

Sala CF  
Est. 6  
Tab. 5  
N.º 22

CF  
6  
5  
22





Universidade de Coimbra  
Faculdade de Letras



1317808715



X  
COMPENDIUM  
BULLÆ  
CRUCIATÆ

LUSITANIÆ CONCESSÆ

*Dei ab eodem Rege Regis Regis de Coimbra*  
A

P. LUDOVICO NOGUEIRA Societ. JESU  
Late expositæ

A P. EDUARDO DE OLIVEYRA  
ejusdem Societatis

*Sacra Theologia Professore in Collegio Conimbricensi  
in lucem editum.*



CONIMBRICÆ Sup. Grat. = N.º 8.453 =

Ex Typographia in Regali Artium Collegio Socie-  
tatis JESU Anno Dñi M.DCCXII.

Sala	CF
Est.	61
Tab.	5
N.º	22

COMPENDIUM

B U L L E T I N

GRUCIATA

JUSTITIAE CONCESSA

*Handwritten signature or name in cursive script*

ADUONTO MOCUATA

Lato exposit

A. P. EDUARDO DE OLIVEIRA

eiusdem societatis

Adm. Thesauri in Collegio Comitatensi

in hunc modum



COMITATENSIS

Ex Typographia in Regia/Thesaurio Societatis

anno MDCCLXXII





## AD LECTOREM



**O**MNIA, quæ in Bulla Latina continentur, vel spectant ad vivos, vel ad defunctos, vel ad compositionem pro incertis, vel ad Commissarij facultates, & propterea posset compendium dividi in quatuor partes præcipuas, quarum 1. esset de Bulla vivorum. 2. de Bulla defunctorum. 3. de Bulla compositionis. 4. de Facultatibus Commissarij. Ut tamen vel in hoc servetur Authoris ordo, nulla facta partium divisione, pro Disputationibus, quæ in illo numerantur sex supra viginti, totidem compendium dabit capita, cum opus fuerit, ne ad fastidium protrahantur, in Articulos subdivisa. In qualibet verò resolutione, qui plures velit Patronos, Authorem adeat, cujus Disputationes, & numeros passim adnotabimus, ut inde Lector facile capiat, & quorum vestigijs insistat, & quidquid hinc propter angustias compendij minus intelligat. Quamquam id curabimus, ne rerum copia brevitati obsit, neu brevitatis claritati.

## L I C E N C A D A O R D E M

**E**GO JOANNES PEREYRA SOCIETATIS JESU Visitator, & Vice-Provincialis in Provinciâ Lusitanâ potestate ad id mihi factâ a R. admodum P. Nostro Michaelè Angelo Tamburino Præposito Generali facultatem concedo, ut Compendium hoc Bullæ Cruciatæ Lusitaniæ concessæ a P. Ludovico Nogueira Societatis Jesu late expositæ, & a P. Eduardo de Oliveyra nostræ Societatis, Sacræque Theologiæ Professore in Collegio Conimbricensi in lucem editum, & ejusdem Societatis gravium, Doctorumque hominum judicio approbatum, typis mandetur: in quorû fidem has literas manu nostra subscriptas, sigilloque nostro munitas dedimus. Datum Conimbricæ die 29. Januarij Anno 1712.

*Joannes Pereyra.*

## L I C E N C A D O S. O F F I C I O

**O**S MUITOS Reverendos PP. MM. DD. Fr. Angelo de Britto, & Fr. Antonio Chichorro vejaõ este livro, & informem com seu parecer. Coimbra em Mela. 11. de Fevreyro de 1712.

*Cabral.*

*Portocarrero.*

*Gama Lobo.*

## C E N S U R A S

**O** Bedientia ductus, admiratione motus, & voluptate allectus  
*Pf. 68. v.* compendium hoc vidi, legi, ac inoffenso pede cucurri, cursi-  
*4.* tanisque veni in altitudinem maris, in quo tamen non me tempestas  
demersit; est enim hoc mare magnum, sed spatiosum, profundum,  
*Pf. 103.* sed clarum, immensum, sed crystallinum, bullatum, sed cærule-  
*V. 25.* um. Ut cæruleum cælum indicat, ut crystallinum ostium pandit,  
ut clarum fluctus serenat, ut spatiosum scopulos, imo & scrupulos  
explicat. Explicat scrupulos elegantiae undis, serenat fluctus sapi-  
entiae aquis, pandit ostium veritatis pelago, & cælum indicat indul-  
gentiarum æstu.

*Super*



Super rivulos igitur aquarum, quæ lacte sunt lotæ, & resident  
juxta fluentia plenissima, descendi in hortum nucum, ut viderem  
poma convallium, & vidi fluvium aquæ vivæ splendidum, tanquam  
cristallum de sede Dei, ac de loco voluptatis egredientem, univer-  
samque terram irrigantem, [qui inde in quatuor capita, seu in qua-  
tuor præcipuas partes, ut in præfatione dicitur, spatiosè dividi po-  
terat] & ex utraque parte fluminis, & horti nucum lignum vitæ,  
& scientiæ, hoc est, Olivam fructiferam in domo Dei non solum ad  
sanitatem gentium duodecim fructus afferentem, sed etiam sex su-  
pra viginti virentibus ramis, jucundisque pomis Ecclesiæ Paradisum  
oblectantem; Olivam enim uberem, pulchram, fructiferam, spe-  
ciosam vocavit Dominus nomen tuum.

Quid ergo ex sede Dei, ex loco voluptatis, ex fluvio Paradisi,  
ex arbore vitæ; ex ligno scientiæ, & ex horto nucum sub Olivæ  
nomine, & omine pullulare valet, quod sensui fidei, aut olfactui  
bonorum morum sit ingratum? Non enim hujus mentietur opus  
Olivæ, sed potius hæc arva afferent cibum; omnia enim hic protu-  
berant, germinant, atque florent, quæ, ut ait Poëta,

*Quæ numero tot sunt, quot in horto fertilis arvi  
Punica sub lento cortice grana rubent.*

*Ovid. de  
Pont. l. 4.  
Ep. 15*

Conimbricæ. In Collegio Ordinis Jesu Christi. 17. Februarij.  
1712. Fr. Angelus de Britto.

**H**Oc sane mirabile, & admirabile compendium ea, qua potui,  
cura, ea, quam non capio, voluptate, vidi, legi, & præ-  
ponderavi; illudque veluti suavissimorum florum faiciculum ex  
fertilissima, præterque morem reflorescente, decerptum Nuce,  
in bonamque insertum Olivam, ita fructus parturire contemplor, ut  
non jam quasi Olivam pullulantem, sed tanquam lignum admirer, quod  
non solum suo, sed in omni tempore dabit fructum suum ad animarum  
salutem adeo utilem, ad morum compositionem adeo suavem, ad con-  
scientiarum quietem adeo jucundum, ab omnis, vel levissimi erroris  
putredine adeo præservatum, ut jure merito absque fidei diffidentia,  
absque bonorum morum dissonantia dignum opus judicem, quod  
laminis aureis exaretur, per totumque terrarum orbem protenda-  
tur, ut illius utilitate, suavitate, ac jucunditate potiatur lector, glori-  
etur Author; per orbem enim *ibunt rami ejus, & erit quasi Oliva gloria ejus.*

*Oze. 14.  
V. 7.*

In Collegio Ordinis Jesu Christi die 23. Februarij Anno 1712.

Fr. Antonius Chichorro.

**P** Odefe imprimir, mas não correrà sem nova licença, para o que torne conferido. Coimbra em mesã 23. de Fevreyro de 1712.

*Cabral.*

*Portocarrero.*


*Gama Lobo.*



## LICENÇA DO ORDINARIO

**P** Ode imprimirse, mas não correrà sem ser conferido, & haver novas licenças. Coimbra 21. de Março de 1712.

*Rebello.*



## LICENÇA DO P A C, O

**O** P. M. Antonio Galvão Lente de Prima de Moral no Collegio da Companhia veja este Livro, pondo nelle seo parecer & o remeta a esta meza, &c. 28. de Mayo de 1712.

*Oliveyra. Lacerda. Carneyro. Gastaõ. Andrade. Botelho.*

## D O M I N E

**S** Erenissimæ Majestatis vestræ jussu capeffens, vidi Syllabû Præpositionum damnatarum post Concilium Tridentinum, olim jam typis mandatum; nec non Compendium Bullæ Cruciatæ, nuper collectum industria P. M. Eduardi de Oliveyra Societatis JESU, in Collegio Conimbricensi Sacræ Theologiæ Professore; in quo mentem sequitur P. M. Ludovici Nogueyra ejusdem Societatis, qui Bullâ Cruciatâ latius exposuit: dum tamen longiorem ipsam expositionem brevius cogit in compendium, opus sanè gratissimum elaborat; ut enim ferunt hominum mores, gratior liber est, qui dispersa, atque diffusa in unum collecta tenet, & multa paucis perspicua brevitate complectitur. Illud præterea novum hoc Bullæ Compendium multum commendat, quod Bullâ Lusitanam ab Hispanâ latè distinguit, atque discernit; & quantum inter utranque discriminis intercedat, clarè ostendit; quod certè non præstant alia in lucem edita Bullæ Compendia; in quibus cum indistinctè de Bulla tractetur, non satis constat quid sibi specialius vendicet Bulla Lusitana, non sine magno studentium dolore, studijque, ac laboris jactura, ideòque omnium

um votis expetitur erat unum hoc Bullæ Lusitanæ Compendium. In illo  
sicut & in syllabo propositionū damnatarū, nil Regijs sanctionibus dissonum,  
vel à politicis moribus alienum reperi: quare opus dignissimum judico, quod  
in lucem prodeat, & typis mandetur. Conimbricæ in Collegio Societatis  
JESU, 27. Junij Anno 1712.

*Antonius Galvão.*

**Q**ue se possa imprimir vistas as licenças do S. Officio, & Ordinario, &  
depois de impressio tornarà a Mesa para se conferir, & taxar, & tem isto  
naõ correrà Lisboa. 29. de Julho de 1712.

*Oliveira. Lacerda. Carneyro. Gastaõ. Andrade. Botelho.*

**C**ohæret cum originalibus. Conimbricæ. In Collegio Ordinis Jesu Chri-  
sti. 9. Augusti. 1712.

*Fr. Angelus de Britto.*

**P**ode correr. Coimbra em Mesa. 9. de Agosto de 1712.

*Portocarrero. Gama Lobo.*

**P**ode Correr este Livro. Coimbra 9. de Agosto de 1712.

*Freyre.*

**T**axação este livro em                      reis em papel. Lisboa 4. de Agosto de  
1712.

*Duque P. Oliveyra. Lacerda. Carneyro. Gastaõ. Andrade. Botelho.*

ERRATA CORRIGENDA, QUIA VARIANT SENSUM.

Pag.	col.	Errata.	Correcta,	Pag.	col.	Errata.	Correcta.
10.	1.	Lusitana	Latina	91.	2.	privilegij	privilegijs
16.	2.	repugnat.	repugnaret.	98.	2.	recedente	recedentes
25.	2.	Cum	Eam	101.	1.	differenti	differendi.
27.	2.	Quadraginta	Quadringenta	110.	1.	sufficiens	sufficientem
31.	1.	illorum	de illorum	113.	1.	& illius absolutio sacramentalis	Quod si absolutio sacramentalis.
31.	1.	æconomici	æconomi.	120.	1.	enuntiationis	enuntiationes
31.	2.	puritate	paritate	120.	2.	inerit	inierit
35.	1.	Immediatum	immediatam	122.	1.	peccet	peccent
35.	1.	aliam	alium	123.	1.	aut	ut
35.	2.	Alteris	alteri.	139.	2.	tum violationem sigillum	cum violationem sigilli.
35.	2.	contrariam	contrarium	140.	2.	venereis.	venereas
38.	1.	causas	clausulas.	148.	1.	tenetur	tenentur
38.	2.	quadragintarij	quadragenarij	149.	1.	de §. 12.	de quo §. 12.
38.	2.	quadraginta	quingenta	152.	1.	videndæ	videnda
38.	2.	septima	septena	156.	1.	injessisse	ingessisse
40.	1.	Indulgentijs	in indulgentijs.	158.	2.	numeramus	numerantur.
44.	2.	est	eos	162.	1.	vobis	vois
45.	2.	confessionem	absolutionem	164.	1.	concesso	concessa
47.	1.	faciendum	faciendam	164.	2.	hunc	hanc
48.	2.	munere	manere	166.	1.	juxta	justa.
50.	2.	consequanter	consequantur	167.	2.	probabilibus	probabilius
54.	1.	sint quinquies	sint quinque	172.	1.	macerationis	macerationis.
56.	2.	sine	si sine	173.	2.	3. quid	3. quia
57.	2.	capellæ	capellas	173.	2.	accessione	acceptione
58.	1.	cōmunionem	cōmunem	178.	1.	virtupe	virtute
62.	1.	quia alius	qui alias	178.	2.	vulgo <i>meio tostaõ</i>	vulgo <i>tres vintens</i>
62.	1.	eroganda	erogandæ.	190.	1.	gallina	gallinam.
62.	2.	parvum	parvam	195.	2.	superiorum	superiorum
69.	2.	invenitur, ut	non inveniatur	203.	1.	elicite	illicite
		inveniatur, ut	non invenitur	228.	2.	turpidinem	turpitudinem
75.	1.	collantur	tollantur	230.	1.	demeri	demereri.
77.	1.	alijs	alius	237.	2.	Bullam	Bulla
77.	1.	A	At	244.	2.	percipitur	præcipitur. <i>bis</i>
77.	1.	intelligi	intellige				<i>n. 19. &amp; iterum n. 20.</i>
81.	2.	Ordinarij	Ordinarijs				In Indice verbo Absolutio. An dari pos-
81.	2.	probare	approbare				sit per metus? per natus
84.	1.	suos	tuos.				
86.	2.	juris	jus				
87.	1.	ad	a				
89.	1.	solvere	tollere				

COMPENDIUM  
BULLÆ

CRUCIATÆ

*LUSITANIÆ CONCESSÆ*

A Patre

EDUARDO

DE OLIVEIRA

Societatis JESU Sacræ Theologiæ Profes-  
fore in Collegio Conimbricensi in lu-  
cem editum.

COMPENDIUM

BULLAE

CRUCIATAE

EXISTANTIAE CONCESSAE

A PARIS

EDUARDUS

DE SOLIVERRA

Societas Jesu sua Theologiae Pars  
in Collegio Conimbricensi in  
com editum

CAPITUM, ET ARTICULORUM.

- XXXIX. *Idolatria, & quilibet ritus gentilicus.* 148.
- XXXX. *Vendere servos mutos, aut surdos, vel alijs infirmitatibus occultis affectos, eas malitiose celando emptores.* Ibid.
- XXXXI. *Retinere apud se servos fugitivos, vel à dominis suis aberrantes, illosve furari.* Ibid.
- XXXXII. *Invadere in vijs publicis iterfacientes.* Ibid.
- Artic. II. **D**E casibus reservatis Episcopis in singulis diocesisibus hujus regni Portugalliae. 149.
- §. I. *De casibus reservatis in Diocesi Bracharensi.* Ibid.
- II. *De casibus reservatis in Diocesi Ulyssipponensi.* 150.
- III. *De casibus reservatis in Diocesi Eborensi.* 151.
- IV. *De casibus reservatis in Diocesi Conimbricensi.* 152.
- V. *De reservatis in Diocesi Egyptanensi vulgò da Guarda.* 153.
- VI. *De reservatis in Diocesi Portuensi.* Ibid.
- VII. *De reservatis in diocesi Visensi.* 154.
- VIII. *De casibus reservatis in Diocesi Lamecensi.* 155.
- IX. *De reservatis in Diocesi Algarbiensi.* Ibid.
- X. *De casibus reservatis in Diocesi Mirandensi.* 156.
- XI. *De casibus reservatis in Diocesi Portalegrensi.* Ibid.
- XII. *De casibus reservatis in Diocesi Elvensi.* 157.
- XIII. *De reservatis in Diocesi Levensi.* 158.
- XIV. *De casibus reservatis in Diocesi Funchalensi, seu Insulae Materiae.* 159.
- XV. *De casibus reservatis in Diocesi Angrensi Insularum Tertiarum.* 160.
- XVI. *De casibus reservatis in Ecclesia Thomariensi, & Prioratu Cratensi nullius Diocesis.* Ibid.
- XVII. *De reservatis in Diocesi Bayensi.* Ibid.
- XVIII. *De casibus reservatis in Diocesi Angolana.* 161.

CAPUT XIX.

De absolutione à casibus Episcopo reservatis tam ex privilegio, quam virtute Bullae.

CAPUT XX.

An Regulares virtute Bullae Cruciatæ eligere possint confessarium pro reservatis, quam pro non reservatis.

CAPUT XXI.

De privilegio commutandi vota in Bulla concessio.

Artic. I. **D**E comutatione voti per Bullam facienda. 170.  
II. A-

- II. *Alia dubia circa voti commutationem virtute Bullæ faciendam.* 175.
- III. *Quæ vota virtute Bullæ possint, & quæ non possint commutari.* 179.
- IV. *Alia ad votorum reservatorum spectantia.* 182.

C A P U T XXII.

De privilegio comedendi carnes, ova, & lactinia per Bullam concessio.

- Artic. I. **D**E privilegio edendi carnes de consilio utriusque medici. 185.
- II. *De privilegio edendi ova, & lactinia.* 186.

C A P U T XXIII.

De Commissarij Bullæ Cruciatæ facultatibus.

- Artic. I. **D**E alijs Commissarij facultatibus. 196.

C A P U T XXIV.

De Tribunali, Privilegijs, & Ministris Sanctæ Cruciatæ.

C A P U T XXV.

De Bulla Compositionis.

- Artic. I. **R**esolvuntur aliqua ad hujus Bullæ, & compositionis

*nis per illam faciendæ intelligentiâ necessaria.* 199

- II. *De taxa, & modo, quo fit compositio per Bullas, aut cum Commissario.* 207.
- III. *De primo casu Bullæ compositionis circa compositionem fructuû Ecclesiasticorum ex omissione horarum.* 211.
- IV. *De secundo casu Bullæ compositionis super fructibus male perceptis ex alijs principijs.* 216.
- V. *De alijs casibus, in quibus locum habet compositio.* 219.
- VI. *Brevis explicatio ad contenta in quinto casu Bullæ Compositionis.* 221.

C A P U T XXVI.

De Bulla defunctorum.

- Artic. I. **D**E multis remissive circa suffragia, & indulgentias pro defunctis. 229.
- II. *De indulgentijs animabus Purgatorij applicandis virtute Bullæ tam vivorum, quam defunctorum.* 234.

Ad calcem colligemus, velut in manipulum, præcipuas differentias, quibus Lusitana differt ab Hispana Bulla.

COM-



CAPITUM, ET ARTICULORUM.

CAPUT XIII.

De Privilegio nobilibus concessio ad celebrandam Missam ante Auroram, & post Meridiem.

CAPUT XIV.

De approbatione confessarij, qui per Bullam est eligendus.

- Artic. I. **R**esolvitur juxta dictam Clem. Constit. à quo Ordinario debeat esse sacerdos approbatus, ut per Bullam possit eligi in confessarium. 75.
- II. De approbatione Regularium in ordine ad Bullam. 80.

CAPUT XV.

De facultate absolvendi à reservatis Sûmi Pontifici virtute Bullæ.

- Artic. I. **Q**ui, & quoties in vita absolvi possint virtute Bullæ casus reservati Pontifici extra Bullam Cœnæ. 90.
- II. De absoluteione à reservatis Pontifici in articulo mortis virtute Bullæ impertienda. 95.

CAPUT XVI.

De electione confessarij virtute Bullæ ad absolvendum a reservatis in Bullâ Cœnæ.

- Artic. I. **D**e tribus primis casibus ex contentis in Bullâ cœ-

næ in Cruciatâ exceptis. 99.

- II. De alijs tribus casibus ex contentis in Bullâ cœnæ in Cruciatâ exceptis. 104.

CAPUT XVII.

De absoluteione à censuris virtute Bullæ Cruciatæ.

- Artic. I. **D**e absoluteione à censuris quoad satisfactionem partis læsæ, & forum externum, sive judiciale. 107.
- II. Utrum, & quomodo absoluteio à censuris impertienda sit in foro sacramentali. 111.
- III. De alijs ad absoluteionem censurarum virtute Bullæ conferendam spectantibus. 115.

CAPUT XVIII.

De casibus Episcopo reservatis, qui virtute Bullæ possunt absolvi toties quoties.

- Artic. I. **B**revis explicatio casuum in Diœcesibus ad coronam Portugallie spectantibus Episcopis reservatorum. 119.
- §. I. Heresis. 119.
- II. Blasphemia publica. 119.
- III. Veneficia. 120.
- IV. Invocatio Dæmonis, & pactum tacitum, vel expressum cum ipso. 121.
- § 2 V. He-

- V. *Homicidium voluntariū*. ibid.
- VI. *Abortus procuratio*. 124.
- VII. *Oppressio sive suffocatio pro-*  
*lis*. 125.
- VIII. *Voluntaria membri mutila-*  
*tio*. 126.
- IX. *Incendiū de proposito ex inten-*  
*tione nocendi*. Ibid.
- X. *Sacrilegium*. 127.
- XI. *Injectio manūs violentæ in cle-*  
*ricum*. 130.
- XII. *Excommunicatio maior a jure,*  
*vel ab homine nulli reserva-*  
*ta*. 130.
- XIII. *Juramentū falsum in judicio,*  
*vel actis judicialibus, aut corā*  
*superiore cōpetenti, nec nō corā*  
*Rectore Universitatis*. 131.
- XIV. *Decimæ non solutæ*. 132.
- XV. *Retinere bona aliena, quorum*  
*dominus ignoratur*. 134.
- XVI. *Matrimonia clandestina*. 137.
- XVII. *Ordinari sine patrimonio,*  
*pensione, vel beneficio, aut per*  
*saltum, vel sine dimissorijs,*  
*aut furtive, aut ante legitimā*  
*ætatem*. 137.
- XVIII. *Facere scripturam falsam,*  
*falsificare factā, illis uti*. 138.
- XIX. *Revelatio sigilli sacramenta-*  
*lis a sacerdote facta*. 139.
- XX. *Solicitatio in confessione, vel*  
*occasione illius*. 140.
- XXI. *Copula inter sponfos ante con-*  
*tractum matrimonium, &*  
*inter conjuges ante Benedi-*  
*ctiones*. 141.
- XXII. *Commutatio votorum*. 142.
- XXIII. *Testimonium falsum in acti-*  
*bus*. ibid.
- XXIV. *Simonia*. Ibid.
- XXV. *Sepelire excommunicatum*  
*in loco sacro*. 143.
- XXVI. *Qui non sunt confessi annis*  
*præteritis*. 144.
- XXVII. *Homo uxoratus habens con-*  
*cubinam*. ibid.
- XXVIII. *Concubinatus qui duravit*  
*per tres annos, aut ul-*  
*tra*. Ibid.
- XXIX. *Habere bona aliena, quæ ex-*  
*cedant valorem 300. rega-*  
*lium lusitanorum*. 145.
- XXX. *Recipere, vel dare pretium*  
*pro confessione*. Ibid.
- XXXI. *Celebratio Missæ illius, qui*  
*ordinatus fuit cum dimis-*  
*sorijs falsis*. Ibid.
- XXXII. *Peccatum sacerdotis habens*  
*annexam irregularita-*  
*tem*. 146.
- XXXIII. *Dispensatio in votis, aut*  
*juramentis absque pote-*  
*state*. Ibid.
- XXXIV. *Extrahere à loco sacro il-*  
*lum, qui ejus immunitate*  
*gaudet*. Ibid.
- XXXV. *Cohabitatio ante denun-*  
*tiationes*. 147.
- XXXVI. *Invasio Indorum*. Ibid.
- XXXVII. *Cognitio carnalis mulieris*  
*pagane, vel hominis si-*  
*militer pagani*. Ibid.
- XXXVIII. *Venditio, vel emptio indo-*  
*dorū liberorum*. Ibid.
- XXXIX.



# I N D E X

## CAPITUM, ET ARTICULORUM.

### C A P U T P R I M U M

De Procœmialibus, nempe de natura, concessione, & interpretatione Bullæ.

Artic. I. **D**E definitione, & concessione Bullæ Cruciatæ. p. 1.

II. De interpretatione Bullæ Cruciatæ. p. 2.

III. Alia ad privilegiorum notitiam. p. 3.

### C A P U T II.

De Personis, quæ Bulla gaudere possunt.

Artic. I. **D**E Excōmunicatis, Hæreticis, & schismaticis. 6.

II. De alijs personis, de quibus dubitari potest, an privilegij Bullæ gaudere possint. 7.

III. De Regularibus quoad usum Bullæ Cruciatæ. 10.

### C A P U T III.

De locis, quibus Bulla Cruciatæ conceditur.

Artic. I. **N**otantur aliqua pro dicendorū intelligentia. 16

II. Resolvuntur alia ex proxime notatis. 17.

### C A P U T IV.

De Tempore, quo durat Bulla Cruciatæ.

Art. Un. **R**esolvuntur dubia circa durationem Bullæ ex dilectis resultantia. 21.

### C A P U T V.

De Eleēmosyna pro Bulla erogāda.

Artic. I. **P**remittuntur quæ circa eleēmosynam pro Bulla sūt certa. 25.

II. De illis qui pro Bulla debent erogare eleēmosynam 300. vel 200. vel 80. reg. 27.

III. De alijs, qui pro Bulla unum tantum erogare debēt argenteū id est dois vinteēs 29.

IV. Alia ad eleēmosynam spectantia. 32.

I N D E X

C A P U T VI.

De Acceptatione, ac retentione Bullæ, & inscriptionis nominis in illa.

C A P U T VII.

De indulgentijs plenissimis initio Bullæ Cruciatæ concessis.

Artic. I. **Q**Uæ, & sub quibus conditionibus indulgentiæ concedantur initio Bullæ. 40.

II. De communione ad binas indulgentias requisita, & alijs huc spectantibus. 43.

C A P U T VIII.

De indulgentijs concessis tempore mortis.

Art. Un. **D**E alijs indulgentijs, alijsque privilegijs in Bulla concessis illis, qui contriti absque confessione decedunt. 47.

C A P U T IX.

De Participatione bonorum operum in Bulla concessa.

C A P U T X.

De Indulgentijs stationum in Bulla Cruciatæ concessis.

Artic. I. **Q**uid nomine Ecclesiæ, vel altaris veniat, & de illorum visitatione, ut indulgen-

tiæ stationum obtineatur virtute Bullæ. 52.

II. De intentione, oratione, devotione, tempore, loco, & modo, quibus faciendæ sunt visitationes. 54.

III. An stationum indulgentiæ possint pro defunctis applicari, ubi obiter de Regularium privilegio ad illas. 56.

C A P U T XI.

De privilegijs in Bulla Cruciatæ pro tempore interdicti concessis.

Artic. I. **C**olliguntur aliqua ex proxime suppositis. 60.

II. Numerantur, & distinctius proponuntur aliqua Bullæ privilegia huc spectantia. 62.

III. De duobus alijs privilegijs Bullæ pro tempore interdicti. 64.

C A P U T XII.

De privilegijs in Bulla concessis circa oratoria privata.

Artic. I. **D**E approbatione Oratorij privati requisita, ut quis gaudeat privilegijs Bullæ pro eo concessis. 68

II. An aliquæ limitationes, quæ apponi solent in brevi pro concessione Oratorij, cessent virtute Bullæ. 71.

CAPUT I.

De Proœmialibus, nempe de Natura, Concessione, & Interpretatione Bullæ.

**O** Missis, cùm latino, tùm lusitano Bullæ transcriptis, quæ apud Authorem in principio videri possunt, omiſſis etiam, quæ ipse d. 1. à n. 5; & alij ab eo citati congerunt circa Bullæ originem, & nominis etymologiam, sit

ARTICULUS I.

De Definitione, & Concessione Bullæ Cruciatæ.

**B**ulla Cruciatæ dicta, quia continet indulta, gratias, & privilegia illis similia, quæ cõcessa fuerunt tẽpore Urbani II; & Innocẽtij III. omnibus, qui pro recuperatione Terrę Sanctæ contra Turcas ibant pugnaturi, gestantes Crucem rubeam, à qua dicebantur Cruciatæ, definiri potest: *Est diploma Pontificium sigillo munitum, per quod certæ indulgentiæ, privilegia, & facultates conceduntur pro spirituali fidelium utilitate.*

3 Utilitas hæc fidelium est finis intrinsecus Bullæ, qui semper est idẽ. Finis autem extrinsecus, ad quem hic non attendimus, est congerere pecuniarum elemosinas in manutentionẽ, & subventionem locorum Africæ, & Classis subsidium in Saracenos nostramaria infestantes.

4 Ex tradita definitione perspicua sunt, quæ in Bulla conceduntur, ni-

mirum *Privilegia, Indulgentiæ, & Facultates*, quæ hic pro opibus non sumuntur, ut apud Juristas, sed prout *facultas* est potestas exercendi actũ, qui aliàs licitè exerceri non poterat, in quo sensu *facultates* idem valèt, atque *Indulta, Privilegia, & Gratia*. Nog. d. 1. à n. 14.

5 Nota deinde 1. Indulgentiam in Pontificum rescriptis nunquam comprehendi sub nomine *Privilegiorum*. 2. *Privilegium* ab *Indulto* non differre. 3. *Gratiam*, quæ à Theologis multipliciter usurpatur, hic sumi pro beneficio à S. Pontifice collato. *Beneficium* autem differre a *Privilegio*, inquit n. 54. in eo, quod Beneficium sit Gratia, seu facultas à Principe collata præter, non vero contra jus. *Privilegiũ* vero est facultas faciendi aliquid, vel aliquid omittendi, non tantum præter, sed etiam contra jus.

6 Bullam potest concedere S. Põtifex, ut ipsa suadet praxis; nec de potestate hac ulla potest esse controversia inter Catholicos, quidquid latent hæretici. Item Episcopi, non quidem in ea amplitudine, & secundũ omnia privilegia, & indulta, sub quibus S. S. Pontifices, sed juxta jurisdictionem, & facultates, quas habent, elargiendi indulgentias, absolvendi ab aliquibus reservatis, commutandi, & dispensandi in votis, addito etiam subditis onere solvendi unum, vel alterum argentum. Nog. d. 1. à n. 21.

## ARTICULUS II.

*De Interpretatione Bullæ Cruciatæ.*

7 **S**upponendum 1. Interpretari nihil aliud esse, quam declarare legem, aut privilegium ad aliquem casum extendi, vel non extendi. 2. Interpretationem vel esse authenticam, & juridicam, vel doctrinalem. 1. habet eandem vim, quam ipsa lex, aut privilegium: 2. non ita.

8 Dico igitur 1. Bullam interpretari possunt, qui concedere. Jure ordinario solus Sum. Pontifex potest authenticæ; potestate delegata etiam Commissarius Generalis; viri autem docti, solum doctrinaliter: quam interpretationem potest quis amplecti tuto, si sit certo probabilis, imo etiam tenetur, si in illa omnes D.D. conveniant. *Nog. d. 1. à n. 81.*

9 Circa declarationes, seu interpretationes S. Congr. Card. in aliqua Trid; vel quacunque alia materia, triplex datur sententia. 1. defendit esse tantum doctrinales, magni tamè ponderis, & authoritatis. *Ita P. Sanchez. l. 8. de Matrim. d. 2. n. 10; & plures alij.* 2. tuetur esse authenticas, & habere vim legis obligantis in utroque foro, in conscientia nempe, & in judicio. *Ita P. Salas de Leg. tract. 14. d. 21. sect. 12; & plures alij.*

10 Cum 3. & probabiliori sententia dico 2. Dictæ declarationes sunt juridicæ, & habent vim legis, si has habeant conditiones: 1. si de illis cõ-

tet authenticè per Breve Pontificis, vel, si sigillo Eminent. Card. Præfecti, & Secretarij ejusdem Congregationis fuerint signatæ: 2. si exprimat in ipsis declarationibus, factas esse consulto S. Pontifice: 3. si solum declarent, & interpretètur, & nõ dispensent, restringant, aut amplient ultra verborum significationem: 4; si publicentur, quia D.D. hoc requirunt, ut leges obligent. *Nog. d. 1. n. 13.*

11 Dico 3. Indulgentiæ Bullæ (quidquid in oppositum sentiat Trullench, & alij) latissimè sunt interpretandæ. Patebit à fortiori ex dicendis n. sequenti de Privilegijs; neque enim indulgentiæ sunt contra jus commune, nec in præjudicium tertij, & Deo per illas fit integra solutio ex meritis Christi infinitis; nec proinde periculum subest, ut Thesaurus Ecclesiæ exhauriatur, nec, quod S. Pontifex non sit fidelis dispensator, licet ex alieno debita alterius solvat, cū id faciat ex authoritate Christi. *Nog. d. 1. n. 77.*

12 Dico 4. Privilegia Bullæ etiã juri communi contraria omnia sunt amplissimè interpretanda, non solum prout continent potestatem dispensandi, commutandi, absolvendi, &c; sed etiam prout actualement involvunt dispensationem, seu relaxationem juris. *Nog. d. 1. à n. 72.* Et quoad 1. partem est resolutio communissima; cum enim potestas dispensandi, &c; nulli afferat præjudicium, nisi eam cõcedenti, & sit beneficium Principis  
su-

supremi, non est, cur latissimè non sit interpretanda, & quandoque extendenda ultra verborum proprietatem, ut cum multis ait *P. Bened. Per. in Prompt. tr. 41. n. 1377.*

13 Quoad secundam partem, pro ut scilicet privilegia involvunt actualem dispensationem, &c; est resolutio satis controversa, & non esse extendenda ultra propriam verborum significationem, sed strictè interpretanda docet *P. Sanchez. l. 8. de Matr. d. 2. n. 7.* & plures alij, quos sequitur *P. Bened. cit.* idque ex eo, quod exorbitent à jure communi, & cum actualis dispensatio sit relaxatio juris, & vulnus legis, est odiosa, proindeque strictè interpretanda juxta reg. *Que a jure de Regul. jur. in 6.*

14 Nihilominus *P. Nog.* resolutionem suam, ut probabiliorem, ex eo probat, quod dicta privilegia, etiam quoad actualem dispensationem, in nullius cadunt præjudicium, sunt beneficium Principis supremi, sunt favores, & gratiæ, sunt concessa motu proprio & ex certa scientia, sunt in favorem Religionis, & causæ piæ, nimirum pro manutentione locorum Africæ, & in subsidium classis contra infideles. Si quodlibet autem ex his principiis sufficit ad admittendam latam interpretationem, à fortiori omnia; maximè, cum dicta privilegia nõ concedantur personæ particulari, sed omnibus Christi fidelibus illam summentibus, qui sunt una quasi commu-

nitas.

### A R T I C U L U S III.

*Alia ad privilegiorum notitiam.*

15 **C**Um Bulla multis, iisque amplissimis privilegijs cõstet, ad pleniorum coram notitiam, sciendum est 1. Privilegium ex *cap. Privilegia d. 3. & in cap. In his de Privilegijs definiiri: Privata lex aliquod speciale beneficium concedens. Vido dicta n. 5.* Sciendum 2. Privilegiũ à jure, & D.D. in varias dividi species; & ad rem præsentem dividitur 1. in personale, reale, & mixtũ. 2. in purũ, & conditionale; hoc dicitur, quod ex conventionione, & pacto conceditur, qualia sunt privilegia Bullæ concessa sub pacto dandæ elemosinæ; illud autem est, quod omni pacto, & conventionione caret, quale est, quod alicui conceditur ad habendum oratorium privatũ.

16 Privilegium personale illud dicitur, quod ratione personæ conceditur, ipsique immediate inhæret, & eam sequitur, quocumque eat. Reale est, quod conceditur personæ ratione rei, loci, officij, seu dignitatis, & his annectitur, non personæ immediate. Mixtum est, quod ex personali, & reali participat, quod scilicet alicui individuo conceditur ratione ætatis, sexus, aut ex certa, & determinata causa. Personale subdividitur in illud, quod conceditur singulari personæ, & in jure vocatur absolute privilegium. *Cap. Volentes de Offic. delegat;*

& in illud, quod conceditur personis non ut singulis, sed ut cōstituentibus unum corpus morale, seu unam cōmunitatem.

17 Privilegium hoc adhuc subdividitur in duas species 1. est, quando ita conceditur communitati, ut descēdat ad singulas personas, quæ sunt illius membra, qualia sunt, quæ conceduntur Religiosis, Clericis, Militibus, Scholasticis, &c. 2. est, quando ita cōceditur communitati, ut non descēdat ad singulas illius personas, & dicitur privilegium purè corporale, cuiusmodi sunt, quæ conceduntur Capitulis, & alijs Congregationibus pro electionibus faciendis, quia tamē respicit dignitatem, & unionem multorum ab aliquibus dicitur corporale. *Nog. d. à n. 54.*

18 Quæres 1. An privilegia Bullæ sint personalia, realia, an mixta? Respondetur esse mixta, quia participant ex locali, & personali; participant ex locali, quia, ut fideles Bullæ privilegijs gaudeant, necesse est, ut illa accipiatur in Regnis, vel in terris dominio Regis nostri subjectis, juxta inferius dicēda à n. 76. & participant ex personali, quia personā sequuntur, illi directè præstantur, & cū illa extinguuntur. Et ex hoc principio, accepta Bulla in loco apto, postea, quocumque eat, & ubicumque sit, uti poterit illius privilegijs.

19 Quod, si habentes Bullam Hispanam extra Hispaniam, & alia loca,

in quibus dicta Bulla publicatur, non possunt comedere ova, & lacticia in diebus quadragesimalibus, nec in illis, aut temporibus jejuniorum totius anni carnes de consilio utriusq̄ uemedici, licet privilegia Bullæ Hispanæ etiam sint mixta: id ideo est, quia in Bulla Hispana, ubi conceduntur dicta privilegia *Omibus, & singulis regnis, insulis, locis*, in quibus illa publicatur, additur clausula: *Et non extra illa*: in Bulla verò Lusitana nō apponitur talis exceptio, aut restrictio, sed absolutè cōceduntur privilegia. *Nog. d. 1. à n. 1. 60.*

20 Quæres 2: An Bulla Cruciatæ suspendatur per jubilæum anni facti? Ratio dubitandi est; quia per dictum jubilæum suspenduntur indulgentiæ pro vivis, commutationes votorum, dispensationes super ijs, quæ Pontifici reservantur, compositiones super malè ablatiis, & electiones confessarij, ut à Pōtifici reservatis absoluat. Respondetur tamē privilegia Bullæ Cruciatæ non suspendi per dictum jubilæum. Ita declaravit Clem. VIII. per Breve datum 8. *Maij an. 1600;* & Urban. VIII. per Breve datum 15. *Februar. an. 1625.*

21 Ad rationem dubitandi dic per dictum Iubilæum suspendi indulgentias, & facultates concessas communitatibus, Ecclesijs, Hospitalibus, Monasterijs, Universitatibus, pijs locis, & Confraternitatibus. Bulla autem Cruciatæ singularibus personis conceditur. Deinde Bulla conceditur S. Regi



Regi nostro ex contractu oneroso; facultates vero, indulta, & Bullæ, quæ ita conceduntur, non suspenduntur per suspensionem generalem, nisi de illis expressa fiat mentio, quæ de Cruciatâ non fit in Jubilæo anni sancti. *Nog. d. 1. à n. 104.*

22 An vero per anni sancti Jubilæum suspendantur Mendicantium privilegia, videlicet indulgentiæ plenariæ, facultates cõmutandi vota, dispensandi, & absolvendi à reservatis? Negat cum pluribus *P. Sanch. l. 4. in Decal. c. 54. n. 62.* Quid sentiat *Nog. vide d. 1. à n. 117.* Et attenda suspensione pro eo Jubilæo facta ab Inocentio X. illius resolutio affirmativa videtur probabilior.

23 Quæres 3. An Bullæ privilegia suspendantur per Bullam Cænæ, aut per beneplacitum Sedis Apostolicæ? Respondetur 1. non suspendi per Bullam Cænæ, tum, quia, ut diximus, sunt privilegia onerosa, quæ absque expressa illorum mentione non censentur revocari; tum, quia infra videbimus posse pœnitentes absolvi virtute Cruciatæ à peccatis, & censuris in Bulla Cænæ contentis, aliquibus exceptis.

24 Respõdetur 2. Finito quolibet anno sexennij, pro quo Inoc. XI. Bullam concessit, potuit eam Pontifex revocare; quia Bulla est gratia pendens ex beneplacito S. Põtificis. Respondetur 3. Data iusta causa, intra durationis annum potest S. Pontifex

Bullam revocare. Tenetur tamen in hoc casu compensationem facere illis, qui jam Bullam acceperunt; debetque fieri hæc revocatio in ijs locis, in quibus Bulla pro eo anno fuerat publicata. *Nog. d. 1. à n. 126.*

25 *Mend.* cum alijs existimat, si revocata Bulla ante annum expletum, aliquis ignorans revocationem absolvatur virtute illius à reservatis, & votorum commutationem obtineat, non teneri, detecta ignorantia, ea reservata legitimo superiori subijcere, nec iterum votorum commutationem obtinere. Quam doctrinam solum veram esse casu, quo revocatio non sit publicata per Dioceses, & Parochias tenet *Nog. d. 1. à n. 132;* quia solum tunc datur error communis, ex quo tantum habet confessarius jurisdictionem, & non ex quocumque errore.

26 Quæres 4. Utrum Bulla expiret morte Pontificis concedentis, aut Regis eam impetrantis? Respondetur ad utrumque negativè. Ad primum; quia gratia facta, qualis est Bulla, ad sexennium concessa, nõ expirat morte concedentis, si ante sexennium moriatur; quæ doctrina generalis est ad privilegia pro determinato tempore concessa, ut docet *Soar. l. 8. de leg. c. 32. n. 10. & alij.* Ad secundum, quia licet morte privilegiati expiret gratia, ut omnes docent, Bulla non solum Regi conceditur, sed etiam omnibus Christi fidelibus in his regnis degentibus, quæ fidelium communitas non moritur.

*Nog. d. 1. à n. 135.*

CAPUT II.

*De Personis, quæ Bullâ gaudere possunt.*

27 **B**ullæ Cruciatæ privilegij gaudere possunt *Omnes utriusque sexus Christi fideles in Portugallia, & Algarbiorum Regnis, alijsque terris, & locis Regum Portugalliaë dominio subiectis commorantes, atque degentes*, qui est ipsius Bullæ textus. Notandum autem est discrimen inter Lusitanam, & Hispanam Bullam; in hac enim primo agitur de illis, qui accedunt ad bellum contra Turcas, & alios infideles a Rege Catholico initum, aut alios ad idem mittunt, & illis conceditur Indulgentia plenaria. In Bulla vero Lusitana non agitur de precedentibus ad defensionem locorum Africaë, aut alios eo mittentibus, nec illis aliqua conceditur indulgentia, vel privilegium.

28 Notandum deinde privilegia Bullæ esse in triplici differentia; nam vel supponunt statum gratiæ, ut indulgentiæ, vel cõmunionē inter fideles, ut interesse Divinis, & sepeliri in loco sacro; vel neutrum supponunt, ut comestio carniū de consilio utriusq; medici in diebus prohibitis, & commutatio votorū in sententia asserente posse fieri extra confessionem, &c. Hoc notato, quia de aliquibus personis potest esse dubium, sit

ARTICULUS I.

*De Excomunicatis, Hereticis, & Schismaticis.*

29 **D**ico 1. Excommunicatus potest utiliter sumere Bullam. Cùm enim per excommunicationem non amittat fidem, adhuc est Christi fidelis, concessio autem Bullæ est universalis ad omnes fideles. Neque excommunicatus censetur esse extra Ecclesiam quoad omnia, sed solum quoad aliqua, nimirum quoad communionem cum fidelibus.

30 Quod si *ex cap. 1. de Reser. in 6.* dicas Rescriptum impetratum ab excommunicato super alia gratia, quàm absolutione ab excommunicatione non valere: Respondetur inde non sequi excommunicatum invalidè Bullam suscipere, 1; quia multoties excõmunicati Bullam accipiunt, ut ab excommunicatione possint absolvi: 2; quia excommunicatus non impetrat Bullam, & *text cit.* loquitur de excommunicato impetrante rescriptum super alia re. *Nog. d. 2. n. 29.*

31 Dico 2: Excommunicatus, si sit pertinax, & in statu peccati mortalis, non potest frui privilegij Bullæ in 1. differentia ex numeratis *n. 28.* ut pote, quæ supponunt statum gratiæ. Si verò pertinax non sit, nec per eum stet, quominus ab excommunicatione absolvatur, & per contritionem in statu gratiæ ponatur, poterit

rit ingredi Ecclesiam, dum ibi Divina Officia non celebrantur, ibique visitare quinque Altaria in diebus designatis pro stationibus, & cōsequi Bullæ indulgētiā; sicut enim Deus illum in suam recipit amicitia, ita Mater Ecclesia in consortium thesauri Ecclesiæ. *Nog. d. 2. n. 30.* contra *Dian.* & alios contrarium quoad hoc ultimum communiter sentientes.

32 Dico 3. Bulla non prodest excommunicatis quoad privilegia in 2. differentia recensita *cit. n. 28*; prodest tamen quoad privilegia in 3. differentia ibidem allata. Ratio primæ partis est; quia ante absolutionem ab excommunicatione non possunt sacris interesse, nec sacro loco sepeliri. Ratio secundæ partis est; quia cū mutatio votorum ( si extra confessionem fieri potest) comedere ova, lacticia, & carnes de consilio utriusque medici diebus prohibitis, & compositio super bonis incertis non sunt incompatibilia cum excommunicatione. *Nog. d. 2. à n. 31.*

33 Dico 4. Hæretici, tam externi, quam interni privilegij Bullæ gaudere nequeunt. Hæretici enim, etiam interni, cum amittant habitum fidei, non sunt Christi fideles, & juxta plures in favorabilibus non veniunt nomine Christianorum: Bulla autem est favor concessus Christianis *Utriusque sexus Christi fidelibus.* *Nog. d. 2. à n. 21.* contra *Abr. Trullench. Mend.* & alios, & quoad hæreticum inter-

num plures citatis accedunt.

34 Dico 5. Schismaticus, qui fidem D. non deferat, sed solum se subtrahat ab obedientia S. Pontificis, potest Bullæ privilegij frui, si peniteat, & se subdat Pontifici; si tamen in suâ pertinaciâ persistat, adhuc aliquibus Bullæ privilegij gaudere potest, nimirum illis, quæ per excommunicationem, quâ ligatus existit, non impediuntur, de quibus supra *n. 32.* Ratio est; quia cū fidem retineat, venit in Bulla nomine fidelium. *Nog. d. 2. n. 20.* Contra *Mend.* de irregularibus, suspensis, interdictis, & degradatis, similiter dico esse capaces indulgentiarum, & posse uti Bullæ privilegij, quæ non repugnât cum his censuris. *Nog. d. 2. n. 33.*

## A R T I C U L U S II.

*De alijs personis, de quibus dubitari potest, an privilegij Bullæ gaudere possint?*

35 Dico 1. Existens in peccato mortali valide accipit Bullā, etiā quoad lucrandas indulgentias, non quidem, dū in peccato mortali sit; siquidem acquisitio indulgentiæ statum gratiæ supponit *ex dictis n. 28*; sed postea, cū gratiam recuperet. Alijs verò Bullæ privilegij, quæ non requirunt statum gratiæ, gaudere potest, etiam, dū in peccato perseverat, nisi aliquibus obstet excommunicatio peccato annexa *juxta dicta n. 32.* *Nog. d. 1. n. 25.* ex parte contra *Cae t.*

36 Dico 2. Qui scienter retinent pecunias, bona, scripturas, aut instrumenta ad Bullam principaliter, vel secundario spectantia, nec id cum possint, Commissario, vel ab eo deputatis manifestant, nullis Bullæ privilegijs frui possunt. Habetur expræssè in Bulla, ibi *Declarantes eos tales, si scientes aliquid prædictorum retinuerint, nullo modo harum litterarū, & gratiæ beneficio frui posse. Nog. d. 1. n. 35.*

37 Facta vero restitutione, Bullæ privilegijs gaudere possunt, etiam eligendi confessarium, qui eos absolvat à censuris S. Pontifici reservatis, quas (si moniti à confessario, non restituant) incurrunt ipso facto; nempe Episcopi, & alij maiores Prælati suspensionem à Divinis, & interdictum ab ingressu Ecclesiæ, cæteri excommunicationem. Ratio est; quia dictio *Retinuerit* importat fensum de præsentibus, id est *dum retineant*, ut explicat commissarius: *Em quanto elles retiverem: ergo si jã non retineant, absolvi possunt, & alijs frui privilegijs. Nog. d. 23. à n. 228;* ubi latissimè agit de dictis censuris, & *ibidem a n. 232.* docet nomine *Maiores Prælati*, venire Archiepiscopos, Patriarchas, & Primates, & non omnes habentes jurisdictionem quasi Episcopalem, aut Religionum Prælatos. Contra *Mend.*

38 Dico 3: Qui committunt reservata, non solum cum confidentia Bullæ, ita ut etiamsi Bulla non foret,

illa committerent (quæ dicitur confidentia negativa, & concomitans) sed etiam ex confidentia, ita ut illa non committerent, si Bulla non foret (quæ dicitur confidentia positiva antecedens, & est causa peccati) uti possunt privilegio eligendi confessarium, qui illos a dictis absolvat; quia Bulla concedit posse absolvi reservata absque ulla limitatione circa confidentiam. Ubi autem jus non distinguit, neque limitat, nec nos distinguere, vel limitare debemus, præsertim, cum privilegia Bullæ non strictè, sed latissimè sint interpretanda *juxta dicta n. 12; & 13. Nog. d. 15. à n. 129.*

39 Dico 4: infantibus, & perpetuo amentibus Bulla prodesse potest, ut tempore interdicti sepeliantur in loco sacro cum moderata pompa, nempe cum Missa in gratiarum actionem; Bulla enim generaliter conceditur omnibus Christi fidelibus sine distinctione ætatis, & conditionis amentis. Ut vero gaudeant hoc privilegio, debent pro illis (dum vivunt) Bullam sumere parentes, vel tutores, vel curatores, qui possunt pro illis acceptare, erogata competenti elemosina.

40 Dixi *dum vivunt*; quia, licet *Fragos. l. 2. d. 7. n. 33;* & alij doceant Bullam Cruciatæ sumptam post mortem alicujus ei prodesse ad sepulturam tempore interdicti, & absolutionem censurarum: non prodesse tamen, ut certum docet *Nog. d. 2. à n. 60;* etiamsi defunctus, dum adhuc viveret,

ret, eleemōsynam daret, aut mandaret, ut Bulla pro ipso acciperetur. Ratio est, quia Bulla vivorum, & non defunctorum est; illiusque privilegia, & facultates conceduntur commorantibus, & degentibus in his Regnis, & illorum subditis; defuncti autem jam non sunt subditi istorum Regnorum, nec in illis degunt. Si tamen defunctus, dum erat vivus, Bullam accepit, tunc asserit n. 62. illi prodesse ad sepulturam; non autem, ut absolvatur ab excommunicatione, à qua vivus non fuerit absolutus; quia, inquit, primum conceditur in Bulla, non secundum.

41 Amentes vero & phrenetici, qui post usum rationis in amentiam inciderunt, Bulla frui possunt: 1. ad sepulturam, & sacramentum Extreme unctionis tempore interdicti; 2. ut absolvantur à censuris, si illis antecedenter ligati erant; 3. ut ipsis applicetur indulgentia. Et hoc idem tenendum de ebrio morti proximo, si sine culpa ebrietas contigerit. *Nog. d. 2. n. 19.*

42 Dico 5. Cathecumenus (qui scilicet jam est fidelis, non tamen baptizatus, sive jam sit perfectè, sive imperfectè instructus) nullis indulgentijs, aut privilegijs Bullæ frui potest; quia hæc concedit S. Pontifex fidelibus jurisdictione, qua in ipsos pollet; nulla autem pollet in cathecumenos, cum Ecclesiam non sint ingressi per januam baptismi. *Nog. d. 2. à n. 7.*

contra *Henr.* & alios, qui docent cathecumenos gaudere posse 1. indulgentijs, 2. compositione incertorum, 3. commutatione votorum, & juramenti, 4. sepultura in loco sacro. *no. 43.* Illud apud omnes certum est, cathecumenum nec uti posse multis Bullæ privilegijs, ut eligendi confessorium, qui illum absolvat à reservatis & censuris, cum ante baptismum sit incapax sacramenti, & censure, nec indigere Bulla ad comedendas carnes, ova, & lactinia in diebus prohibitis, aut ad audiendum sacrum tempore interdicti, cum nullo Ecclesiæ teneatur præcepto.

44 Dico 6. Qui non habent proprium nomen in summario scriptum, Bullæ privilegijs non fruuntur. *Nog. d. 2. à n. 52;* & iterum *d. 6. à n. 60.* Ratio, inquit, evidens est; quia ita disponit Commissarius Generalis in ipso summario per hæc: *Tomaraõ este summario da Bulla, que le vnaõ comfigo cõ seu nome neste escripto; enaõ le vnaõ por si, ou por outrem, nem se escrevêdo neste o seu nome, lbe naõ valerã.* Disponere autem Commissarium non valere summarium illud tumentis, si nomen proprium in eo non sit scriptum, est expressè declarare non posse uti privilegijs in eo contentis.

45 Notanda verò hic est differentia inter Bullas Lusitanam, & Hispanam; in hac enim præcipitur inscribi nomen suscipientis, ibi *Descrito ibidem uniuscujusque nomine proprio* &c;

& tamen expofitores Hispanæ Bullæ communiter docent, etiamfi fufcientis nomen in Summario non fcribatur, illius privilegij gaudere. E contra verò in Bulla Latina Lufitana ea conditio infcriptionis nominis non apponitur, neque aliquod præceptum circa idem ex illa infertur; & tamen afferimus ex defectu talis infcriptionis ipfius Bullæ privilegia invalida-  
*fi. 21. n. 12. Nec Commiffarius Hispanus, cum omnia habeat in Bulla Lufitana à S. Pontifice difpofita, & ordinata ad illius executionem, ullam habet facultatem, nifi interpretandi dubia, nihil addendo, nec detrahendo.*

46 Et difparitatis ratio eft; quia in Bulla Hispana non inveniuntur ea verba irritantia, & folum datur præceptum de nominis infcriptione, & dari hoc præceptum aliqui negant apud *Mond. d. 21. n. 12.* Nec Commiffarius Hispanus, cum omnia habeat in Bulla Lufitana à S. Pontifice difpofita, & ordinata ad illius executionem, ullam habet facultatem, nifi interpretandi dubia, nihil addendo, nec detrahendo.

47 Licet autem in Bulla Latina Lufitana ea conditio infcriptionis nominis non apponatur, nec ex illius defectu privilegia invalidentur; Commiffarius Lufitanus, quia multa neceffaria, & opportuna non habet Bulla Latina, facultatem habet à S. Pontifice concessam faciendi, & exequendi ea, quæ neceffaria, & opportuna fuerint ad Bullæ executionem; ille autem opportunam judicavit, & neceffariam illam nominis infcriptionem in Summario cum irritatione, & invaliditate privilegiorum propter ratio-

nes à *Nog. expenfas cit. d. 6. à n. 62.*

48 Nota deinde ex eodem *ididem à n. 63.* 1. non effe opus, ut nomen in Summario à thefaurario infcribatur, fed poffe à quocumque fcribi; 2; fi per errorem nomen, aut cognomen falfo fcribatur, poffe errorem emendari, fine nota falificationis literarum Apostolicarum, quod latius probat *eadem d. 6. n. 31. 3.* fufficere fcribere nomen appellativum, ut Prior talis Parochiæ, Epifcopus talis Diocecefis, Marchio talis oppidi; 4. fufficere fcribere nomen proprium non fcribendo cognomen, fi fic fingularis, & determinata perfona fignificetur; 5. non fufficere loco nominis, vel cognominis fcribere aliud nomen, vel cognomen; quia fic non fignificatur certa, & determinata perfona. Quid fit tenendum circa nominis infcriptionem in Bulla Compositionis, & Defunctorum, fuis in locis dicetur.

ARTICULUS III.  
*De Regularibus quoad ufum Bullæ Cruciatæ.*

49 **D**ico 1: Regulares poffunt uti omnibus privilegijs & indultis in Bulla Cruciatæ Lufitana contentis (exceptis folùm, quæ concernunt poenitentiaæ facramentum) Ratio eft; quia veniunt nomine fidelium, & Bullæ privilegia omnibus fidelibus conceduntur. Confirmatur; quia Gregorius XIV concedens Commiffario facultatem taxandi eleemofinas fmgulis perfonis, inter illas

las Religiosos, & Religiosas numerat.

50 An verò Regulares indigeant licentia suorum superiorum ad Bullam accipiendam, ut dictis privilegijs fruantur? Respondet *Averd.* eam acceptionem sine licentia, saltem tacita, nec validam, nec licitam esse. Validam tamen, licet venialiter peccaminosam contra obedientiam, aut paupertatem dicit *Mend.* addens nec etiam venialiter peccare Religiosum, si ei Bullam gratis tradat amicus, quod etiam docet *P. Arriag. tom. 8. d. 26. n. 28.*

51 Communis tamen sententia (inquit *Nog. d. 2. n. 43.*) tenet posse Regulares Bullam sumere absque licentia superiorum; hanc sententiam (exceptis Societatis nostræ Religiosis) quoad alios tenet *P. Tambor. tr. de Bull. c. 3. §. 1. n. 12.* Adde ex *à Cost. Villalob; & Dian.* peccare mortaliter Prælatos regulares prohibendo, ne subditi Bullam suscipiant, quod negat *Lezant.* & ad summum intelligendi sunt, si Prælati absque legitima causa licentiam neget; posse enim superiorem ex legitima causa licentiam negare docet *Mend;* & quoad Religiosos Societatis, etiam, data licentia, posse eam limitare quoad talem usum, vel facultatem. Hæc sunt D.D. placita à *P. Nog.* collecta: ad illius mentem?

52 Dico 2; Religiosi non possunt Bullam sumere licite absque suorum

superiorum licentia tacita, vel expressa, etiam ad usum privilegiorum non concernentium poenitentiae sacramentum. Ratio est; quia, licet S. Pontifex velit, quod Religiosi Bullam suscipiant; id tamen dependenter à voluntate superioris debet intelligi, ut peccatum [etiam leve] contra paupertatem, & obedientiam evitetur. Quod si certo constet superiorem injuste licentiam negare, poterit subditus ad dictum usum Bullam sumere, & illius uti gratijs.

53 Dico 3: In Regularibus acceptio Bullæ ad usum dictorum privilegiorum sine licentia superiorum, & si illicita sit, quia est contra voluntatem superioris, etiam tacitam, & paupertatem, ut suppono; est tamen valida; quia nullum invenitur Breve, in quo Religiosis interdictus sit usus Cruciatæ, quoad illas gratias, quæ non concernunt sacramentum poenitentiae: imo, quia hæc solæ excipiuntur, & non aliæ, aliæ censentur concessæ; exceptio enim firmat regulam in contrarium.

54 Hæc resolutio quoad Religiosos Societatis JESU est contra *Bard;* & *Tambor;* quorum fundamentum desumitur ex *Const. Decret Romanum Pontificem;* quæ habetur in *Lib. Lit. Apost.* pro Societate, & in qua Gregorius XIII. prohibuit usum facultatum in Cruciatæ contentarum per hæc verba. *Non esse, nec fore unquam mentis nostræ, aut sedis Apostolicæ, &*

ut personæ Societatis, absque expressa superiorum ejusdem Societatis licentia, utantur facultatibus, quæ in Jubilæis, Bullis Cruciatæ, Confessionalibus, aut alijs quibusvis Apostolicis indultis, &c. Responderetur tamen in dictis verbis, ut ex antecedentibus, & consequentibus manifeste colligitur, solum prohiberi facultates concernentes sacramentum pœnitentiæ, id est, eligendi confessarios, per quas solum relaxaretur Religiosa disciplina. *Nog. d. 2. n. 47.*

#### ULTIMA RESOLUTIO

55 Quoad privilegia concernentia Pœnitentiæ sacramentum, ut regulares validè Bullam accipiant, debent habere licentiam suorum Superiorum. Hæc autem licentia in Religiosis Societatis JESU debet esse expressa juxta const. *Gregor. XIII. n. antecedenti adductam.* In reliquis Religionibus sufficit tacita, sed quæ fit moraliter certa; nam cum iudicijs dubijs, aut solum probabilibus, potest non esse voluntas superioris ad concedendum. *Nog. d. 20. à n. 134.* contra paucos, qui pro omnibus requirunt licentiam expressam, & specialiter pro Religionibus S. Bernardi, & Minorum Observantiæ illam requirit *Ludovic. à Cruce*, fortasse motus, quia in illis extet speciale privilegium, ut in societate.

56 Lex tradita resolutione sequitur 1. absque licentia superiorum non

posse Regulares eligere confessarium [ etiam ordinarium cõmunitatis à superioribus deputatũ ] qui eos absolvat virtute Bullæ à casibus vel in Religione, vel Pontifici reservatis. Est omnino certa, & indubitata sequela, tũ ex veteri declaratione *Clem. VIII;* tum ex novissima *Urban. VIII.* edita a n. 1630; ibi *Perpetuo declaramus concessionem S. Cruciatæ, quantum ad prædictum articulum eligendi confessarium, & absolvendi à casibus reservatis, etiam in Bulla Cene Domini contentis, cum Fratribus, & Monialibus quorumcumque Ordinum locum minimè habuisse, nec habere, nec illis ullo modo suffragari potuisse, neque posse.*

57 Nota hic 1. *Clem;* & *Urban.* Pontificum decreta esse declarationes, quæ extenduntur ad futura; & esse perpetuo valituras, ut inquit ijdem Pontifices. Nota 2. quod si in contrarium aliqua afferatur, aut declaratio, aut privilegiorum revocatio facta à Commissarijs, erit nulla; tum quia Commissarius nequit revocare, declarareve declarationes à S. S. P. P. circa dictum Bullæ articulum factas, cum id ad ipsos Pontifices pertineat; tum quia *Urban. VIII.* in sua Const. perpetuo valitura ei tollit facultatem aliter interpretandi, ibi, *Sublata eis, & eorũ cuilibet quavis aliter judicandi, interpretandi facultate.* *Nog. d. 20. à n. 64;* qui ibidem à n. 53. *A. A.* recēset, qui post decretum *Urb.* contrarium tenuere, & à n. 73. eorum



rationes facile refellit, aperte ostendens falsitatem sententiæ, quam hodie ut improbabilem communissime rejiciunt AA.

58 Sequitur 2. Regulares nec etiam pro non reservatis posse eligere confessarium virtute Bullæ. Nam Clem. VIII. in sua Const. dicit: *quod Fratres, & Moniales, quantum ad sacramentum penitentiae, seu confessionis administrationem dispositioni suorum Prælatorum subjecti sint*; quam Const. se innovare testatur Urb. VIII. Addit tamen, *Quod subjecti sint dispositioni Prælatorum, & sedi Apostolicæ, quoad sibi reservata*. Ex quibus verbis aliqui tenuere, Regulares solum esse subjectos dispositioni Prælatorum quoad reservata, hanc tamen interpretationem optime refellit *Nog. d. 20. à n. 105. cum Card. de Lug; & alijs.*

59 Sequitur 3; doctrinam traditam pro Regularibus à n. 49. intelligendam esse pro Regularibus utriusque sexûs, atque adeo etiam pro monialibus, quæ verè Religiosæ sunt. Nam S.S. P.P. Clem; & Urban. Const. de illis, sicut de viris Regularibus sine differentia locuntur: ergo eodem modo, quo viri regulares uti possunt privilegijs Bullæ penitentię sacramentum non concernentibus, uti possunt Moniales; & sicut illi non gaudent privilegio eligendi confessarium, etiam pro non reservatis, eodem etiam illæ non gaudent. *Nog. d. 20. n. 138.*

60 An vero doctrina hæc intelligenda etiam sit de Monialibus Episcopo subjectis? Negant *Quintanad. tom. 1. tr. 4. sing. 26. n. 2; Pelliz. tom. 2. tr. 10. c. 7. n. 4;* & alij viri docti ab eo consulti, existimantes absque facultate Ordinarij posse illas virtute Bullæ, vel alterius similis privilegij à reservatis absolvi. Ratio illis est; quia, cum eximantur à subjectione proprij Ordinis, nec illius reservatis, sed reservatis Episcopo teneantur; facultas eligendi confessarium non vergit in detrimentum Religionis; quod Pontificibus fuit motivum arcendi Religiosos a tali privilegio.

61 Nihilominus probabilius est non solum Moniales Regularibus subjectas, quæ dicuntur exemptæ, sed etiam non exemptas, & Episcopis subjectas non posse virtute Bullæ eligere confessarios, absque licentia suorum Superiorum, qui, quoad non exemptas, non sunt Prælati proprij Ordinis, sed Episcopi, quibus subjiciuntur. Et ratio est; quia declarationes Clem; & Urb. VIII. sine aliqua distinctione loquuntur de *Monialibus quoad sacramentum penitentiae, & confessionis administrationem: & de Monialibus quorumcumque Ordinum*. Et, cum lex non distinguat inter exemptas, & non exemptas, verbaque in proprio sensu utrisque aptentur, neque nos distinguere debemus. *Nog. d. 2. n. 139.*

62 [Dixi n. 69. *Pro Monialibus, quæ verè religiosæ sunt*: nam ab ea doctrina excipiuntur Moniales Militares, quæ profitentur Paupertatem, castitatem Conjugalem, & Obedientiam, quales sunt Ulyssipone Moniales S. Benedicti de Avis, vulgo, *da Encarnação*, & S. Jacobi, vulgo, *dos Santos*. Ratio, cur non comprehendantur in dictis const. est 1. quia Religiosæ non sunt, nec tali nomine veniunt in odiosis, quales sunt Pontificum declarationes, dum prohibent Religiosis uti Bullæ privilegij: 2; quia nec Ordinario, nec Regularibus subduntur, sed Seren. Regi, & Tribunali Conscientiæ, qui non veniunt nomine Prælatorum. Adde, quod Bulla non egent pro reservatis in communitate, cum nulla habeant. *Nog. d. 20. à n. 140.*

63 Quæres: An juxta proxime dicta, ab ea doctrina excipiantur etiã viri Regulares Ordinum Militariũ, quales sunt Religiosi Ordinis Christi, vulgo, *de Thomar*: Fratres Avisij, & Palmellæ: Equites Militenfes, Christi, Avisij, & D. Jacobi, ita ut omnes possint virtute Bullæ eligere confessarios, qui eos à non reservatis, & à reservatis etiam absolvant, non secus, ac sæculares? De omnibus affirmant *Trullenb, Escob; & alij apud Nog. d. 20. n. 154.*

64 Nihilominus Respõdetur 1. male excipi Religiosos Ordinis Christi, qui sunt strictè Religiosi, licet nõ Mé-

dicãtes: Nam const. Urb. VIII. loquitur de omnibus Regularibus, tã Mendicantibus, quã nõ medicantibus *Nog. d. 20. à n. 159.* Respondetur 2. probabilius esse, propter eandem rationem, etiam non excipi Clericos Fratres Avisij, & Palmellæ; quamquam Palmellenses Bulla non egent pro reservatis in conventu, cum nulla habeant. *Nog. d. 20. à n. 161;* qui tamen n. 160. probabile dicit dictos Fratres Clericos commorantes in Conventibus Avisij, Palmellæ, & similibus non comprehendi in Bulla Urb. VIII. ac proinde, sine licentia suorum Prælatorum, posse eligere confessarios, etiam quoad reservata in Bulla non excepta.

65 Respondetur 3. Bene excipi ab ea doctrina Equites Militenfes, & à fortiori Equites Christi, Avisij, S. Jacobi, & similiũ Ordinũ Militariũ, qui solum voyent castitatem conjugalem, & non veniunt nomine *Religiosorum* in odiosis, cum Religiosi strictè, & propriè non sint. De Militenfibus vero, qui pro veris Religiosis communiter habentur (licet id aliqui negent) ratio est; quia non suis superioribus, sed Episcopis ex consuetudine subjiciuntur, quoad receptionem sacramentorum; & in sæculo vivunt more sæcularium, nec in illis dispensationem observantiæ regularis consideratur, quod fuit motivum ad const. Urb. VIII. in qua propterea non comprehenduntur: ergo non secus, ac

sæ-

seculares frui possunt Bullæ privilegij, etiam quoad electionem confessoriorum. *Nog. d. 20. a. n. 163.*

66 Quæres iterum: Quid de Novitijs sentiendum? Respondetur Novitios, & Novitias quarumcumque Religionum non comprehendi in Const. Clem. & Urban. VIII. declarantium Bullam, quoad articulum eligendi confessorium, non habere locum in Religiosis; cum enim hæc declarationes sint odiosæ Religiosis, ad Novitios non sunt extendendæ, qui solum in favorabilibus, & non in odiosis veniunt nomine Religiosorum. Et cum Novitij comprehendantur sub nomine *Christi fidelium*, quibus Bulla conceditur, & aliunde non excipiuntur per dictas const. sine ulla licentia possunt Bullam accipere, utique illius privilegij, etiam eligendi confessorium pro reservatis tû Pontifici, tum in Religione: nam subjacere reservatis in Religione certum existimat *Nog. d. 20. a. n. 145.* quidquid in contrarium dicant *Dian. Tamb. Pal. & alij.*

67 Quæres tandem: An Regulares de licentia suorum superiorum possint virtute Bullæ eligere confessorium, ut absolvantur etiam à reservatis? Negant adhuc *Magn. Soar. Garc. & alij;* ex eo, quod S. S. Pontifices declararunt Regulares non includi in Bulla quoad hunc articulum; si autem non includuntur; licentia superiorum inferiorum nihil illis pro-

derit contra dispositum à superiore. Affirmativè tamen, ut certum respondet *Nog. d. 20. n. 131.* ex eo, quod posita licentia Prælati cessant inconvenientia, quæ ex usu talis privilegij sequerentur, nempe detrimentum Regularis disciplinæ, quæ fuit causa motiva illarum declarationum: imo Urban. VIII. in sua statuit Fratres, & Moniales quantum ad Sacramentum pœnitentiæ, & confessionis administrationem ordinariæ dispositioni suorum Prælatorum esse subjectos.

## C A P U T III.

*De Locis, quibus Bulla Cruciatæ conceditur.*

68 Satis est ad plenam eorum notitiam verba referre Bullæ Pauli V. & Urb. VIII. quas omnes successores prorogant, & ita habent *In prædictis Portugallie, & Algarbiorum Regnis, ac eorundem Regnorum Insulis, Indijs Orientalibus, & ultramarinis, Conquistis terris, & locis ejusdem Portugallie, & Algarbiorum Regis dominio temporali subjectis commorantibus, & ad illa declinantibus; nec non Regnorum prædictorum subditis in alieno dominio in dictis Indijs mercimonij causa, non tamen animo in alieno dominio hujusmodi permanendi degentibus, Indulgentias, &c.*

69 *Nog. d. 3. a. n. 4.* in particulari recenset loca, in quibus valet &

pu-

publicari potest Bulla. Et ibidem n. 5. asserit concedi, & publicari posse, in oppidis, quæ in bello Lusitanis armis capiuntur; manent enim pro belli tempore sub dominio Regis Portugalliæ; ac proinde in ipis oppidis commorantes, aut ad illa declinantes possunt, vel ibi, vel aliunde per nuntium Bullam Lusitanam accipere.

Secus dicendum existimat de commorantibus in illis oppidis; quæ, ut se, suaque bona conservent immunia, in quadam pecuniæ summa quotannis solvenda conveniunt, & vulgo dicuntur *Avindos*; nam hæc sub dominio Regis Portugalliæ non sunt.

70 Commorantes in provincia, quæ forte à Rege Portugalliæ ad alterum rebellavit, possunt per nuntium Bullam sumere ex parte obediens, dum rebellio recens sit, & talis, quæ proprium Regem non privet dominio suo. Secus dicendum, si per præscriptionem multorum annorum talis provincia in alterius ditionem transierit; licet enim rebellio per multos annos Regem non privet jure proprio ad rebellem provinciam; talis esse potest, ut illam deducat ad extraneum dominium.

Dixi *Ex parte obediens*; quia elemosyna pro Bulla sumpta in ipsa provincia rebeli non mitteretur in fiscum Regis Portugalliæ ad sustentationem locorum Africæ, & subsidium classis in Saracenos; proindeque non valeret

talis Bulla, quæ solum conceditur cum onere elemosynæ in eos fines largiendi. Hæc *Abreu*, cui non repugnat. *Nog.* si de hoc casu meminisset. Ad planiorem vero aliorum resolutionem, sit.

## ARTICULUS I.

*Notantur aliqua pro dicendorum intelligentia.*

71 **R**ecolenda hic sunt, quæ diximus n. 18. & inde notandum 1. privilegia Bullæ esse mixta, ex locali, & personali: Notandum 2. bifariam accipi commorationem in loco, & declinationem ad illum; 1. proprie, quando quis realiter, & personaliter est in loco, aut ad illum declinat; 2. civiliter, quando quis fictione juris censetur esse, aut declinare ad locum, à quo abest, ratione domicilij, quod habet in illo loco.

72 Notandum 3. Nomine *Conquistarum*, seu *Terrarum conquistarum* venire Indias Orientales intra terminos designationis factæ ab Alex. VI. ad compositionem amicabilem inter Reges Portugalliæ, & Castellæ a n. 1494. & juxta terminos dictæ designationis, erant ex conquistis Regis Portugalliæ omnes regiones jacentes ab Insulis Capitis viridis versus Occidentem per 370. leucas, & exinde per lineam rectam versus polum Arcticum, & Antarcticum ex parte Orientis. Item ex concessione ejusdem Alex.

Alex. VI. Tingitana, seu Cæsarea urbs, vulgo *Tangere*, & alia loca Regni Marrochij, & Fez. *Nog.d.3.S.5. n.32. & 46.*

73 Notandum 4. Nomine *Indiarum Orientalium* in communi apud Lusitanos existimatione venire omnes Regiones à Promontorio Bonæ spei Orientem verius jacentes: ex concessione vero, & declaratione Greg. XIII. venire omnes regiones, & insulas, quæ ultra Mauritaniam versus Austrum, & Orientem ad Regem Portugalliæ spectant, sive jure dominij, sive conquestæ, sive cõmercij solum; eo quod sint extra terminos designationis factæ ab Alex. VI. Pro Rege Portugalliæ. Unde

74 Notandum 5. In Indijs Orientalibus esse loca, & regiones, quæ ad Regem Portugalliæ spectant jure dominij, & esse loca, & regiones, quæ ad ipsum spectant, non jure dominij, sed conquestæ, & esse loca, & regiones, quæ neque jure dominij, neque jure conquestæ, sed solo veluti jure commercij ad Regem Portugalliæ spectant, ut sunt Insulæ Philippinæ, & loca alia, quæ juxta designationem Alex. VI. spectant ad conquestas Regis Castellæ. *Nog.d.3.S.7. an.58. & n.46.*

75 Notandum 6. Quoad valoré Bullæ esse magnam differentiam inter primam acceptionem, & illius retentionem; nam prima acceptio debet esse in aliquo ex locis, quibus Bulla

conceditur; valide autem accepta in loco habili, valide retinetur in quacumque mundi parte.

## A R T I C U L U S II.

*Resolvuntur alia ex proxime notatis.*

76 **D**ico 1. commorantes, aut declinantes solum ad aliquem locum spectantem ad Regem Portugalliæ, sive jure dominij, sive solum jure conquestæ ( licet talis locus jam non sit, ut jam non est Tingitana urbs, nec unquam fuerit sub dominio ejusdem Regis ) possunt Bullam accipere, vel ibidem, si detur, vel per nuntium aliunde. Privilegiũ hoc adeo amplum ex ipsismet Bullæ verbis deducit *Nog.d.3.n.36.* & late explicat à *n.40.* confirmatque *n.51.* declaratione facta à D. Francisco Correa de Lacerda Commissario Generali à se Consulto.

77 Dico 2. Quicumque fidelis [ sive Lusitanus sit, sive exterus, ac alienigena ] & quacumque ex causa ad prædicta loca, & eorum singula declinet, sive negotij agendi, sive tantum invisendi loci, sive solo animo summendi Bullam, & statim revertendi, utique Bullam accipit utiliter; illa enim conceditur omnibus Christi fidelibus, & non postulat aliquam determinatam causam, aut moram in ipsis fidelibus ad ea loca declinantibus. *Nog.d.3.n.66. & à n.76.*

78 Addit, & bene à n. 68. ut quis Bullam validè accipiat, satis esse, quod ad portum loci accedat, & ex navi mittat nuntium, qui Bullam pro ipso accipiat, quin necessario debeat ad terram descendere, quia in favorabilibus portus venit nomine Civitatis, & Oppidi, cui adjacet. Imo ait *Bardi* sufficere, si ex mari vicino, & adjacente nuntium mittat pro Bulla. Quod tunc solum concedit *Nog.* cum in eo mari est aliquod propugnaculum illud defendens; quia tunc illud mare erit sub dominio Regis Portugalliae. n. 72.

79 Ex traditis resolutionibus sequitur, quod si fidelis Castellanus (licet in Regnis Hispaniae habeat suam Bullam) declinet ad aliquem locum Portugalliae, posse ibi valide sumere etiam Bullam Lusitanam, & postea, ubicunque sit, uti illius privilegij, tam quoad ea, quibus caret Bulla Hispana (ut edere ova, & lacticia in quadragesima, extra loca, in quibus illa Bulla publicatur juxta dicta n. 19.) quam quoad ea, quae in Bulla Hispana conceduntur.

80 Inferes: Ergo poterit Castellanus post binam Bullae Hispanae susceptionem (quam intra annum potest sumere juxta privilegiū Greg. XIII.) declinare ad Regni Portugalliae locum, & statim reversurus sumere ibi Bullam Lusitanam, ut tertio absolva- tur in vita, vel in morte à Pontifici reservatis non exceptis. Respondetur concedendo illationem.

§ Et similiter poterit Lusitanus, & quicunque alius fidelis, post susceptionem Bullae Lusitanæ loco habili (quæ intra annum non potest repeti) declinare ad locum, ubi Bulla Hispana publicatur, & ibi validè sumere unam, & alteram Bullam, ut virtute illarum secundo, & tertio ab eisdem reservatis absolva- tur. Ratio utriusque est; quia contra has acceptiones nec in Bulla Lusitana, nec in Hispana aliqua reperitur limitatio, aut restrictio. Illas suscipientes utuntur jure suo, & Bullae privilegia late interpretanda sunt ex dictis à n. 12. *Nog. d. 3. à n. 8. & à n. 76.* ubi id exemplis confirmat, & solvit argumentum in contrarium.

81 Dico 3. Commoratio in dictis locis, & declinatio ad illa ad validam Bullae acceptionem debet esse personalis. Est contra *Bardi*, qui existimat sufficere civilem, saltem quoad aliqua privilegia: est etiam contra *Quintanad.* & alios, qui dicunt Lusitanum, ubicunque terrarum existentem (idem tenerentur dicere de quocunque alio habente domicilium in dominijs, vel conquestis Portugalliae) posse uti Bulla aliunde per nuntium quaesita. Traditur tamen 3. hæc resolutio à *P. Nog. d. 3. à n. 27.* & ex sequenti manifeste ostenditur.

82 Dico igitur 4. Quin declinent ad aliquem locum spectantem ad Regem Portugalliae, sive jure dominijs, sive jure conquestæ, soli Regis Por-

Portugalliae subditi degentes in Indijs Orientalibus extra illius conquistas mercimonij causa, & non animo ibi permanendi, possunt inde per alios Bullam valide sumere, & illius uti privilegijs. Hoc privilegium, quod in Bulla Hispana non datur, constat ex verbis Bullae relatis n. 68. ad finem, & in sumario habetur ibi *Ea os subditos delles, que vivem em senhorio alheo nas partes da India, & Conquistas, por causa do comercio.* Et ad maiorem illius intelligentiam

83 Notabis 1. Tale privilegium concedi quidem solis subditis Portugalliae Regis, non tamen ubicunque, sed solum in Indijs Orientalibus in dominio alieno degentibus; & ex hoc principio *Nog. d. 3. à n. 12.* rejicit ut improbabilem, & expressè contra textum Bullae sententiam *Quintanad.* & aliorum, de qua n. 81.

84 Notabis. 2. in Bulla Latina illud *In alieno dominio* debere intelligi de dominio alieno etiam jure conquistae; & in sumario verbum *Conquistas* à commissario appositum, est intelligendum de Conquistis Regis Castellae juxta designationem *Alex. VI.* de qua n. 72. Ratio utriusque est; quia juxta dictam designationem, intra terminos conquistarum Regis Portugalliae sunt multa loca, quae ad ipsum non spectant jure dominij; quia tamen spectant jure Conquistae, non solum illius subditi, sed omnes etiam alienigenae ibi degentes quocunque animo,

& causa possunt per se, vel per alios Bullam sumere juxta dicta à n. 76. ergo, ut privilegium, de quo agimus, solis Portugalliae subditis concessum aliquid operetur, debent dicta verba intelligi modo hic explicato, & sic significant loca in Indijs Orientalibus ad Regem Portugalliae spectantia solo jure commercij juxta dicta n. 74.

85 Notabis 3. Regis Portugalliae subditos in Indijs Orientalibus degentes extra illius Conquistas, quanvis ibi detineantur per decem, vel plures annos, semper gaudere hoc privilegio sumendi Bullam medio internuntio, dummodo animum non habeant perpetuo permanendi in hujusmodi alieno dominio, & ibi degant causa commercij; sub his enim conditionibus, & sine ulla limitatione temporis Bulla privilegium hoc concedit. *Nog. d. 3. §. 6.* qui n. 54. bene notat eo non gaudere, qui aut infideles convertendi, aut militandi causa ibi degunt, quanvis Portugalliae subditi sint; quia Pontifex pro causa hujus absentiae mercimonium requirit.

86 Quæres adhuc 1. Utrum privilegium hoc extendatur etiam ad Indias Occidentales, ita ut eo fruantur subditi Regis Portugalliae degentes in Brasilia in alieno dominio, extra illius conquistas, commercij causa, & sine animo ibi perpetuo permanendi? Respondetur probabile id visum fuisse viris doctis à *P. Nog.* consultis, ex eo quod privilegia concessa Indijs O-

rientalibus, etiam conceduntur occidentalibus, & è contra, ut probat *Avend. sed contrarium sequitur ipse P. Nog. d. 3. n. 63.*

87 Quæres 2. An, qui in loco ad Bullam validè sumendam inhabili (v.g. in Gallia) illam ab amico missam accipit, possit adhuc eadem uti Bulla, si durante anno promulgationis, ad locum habilem prius accedat, & personaliter declinet? Affirmativè respondet *Nog.* dummodo in loco habili renovet acceptationem; si enim eam non renovet, cum prima acceptatio, quia facta in loco inhabili, fuerit nulla, nullum operabitur effectum *d. 3. S. 3. per totam.*

#### CAPUT IV.

*De Tempore, quo durat Bulla Cruciatæ.*

88 **N**on solum singulis triennijs, ut ex concessione *Greg. XIV. ab a. n. 1591. usque ad annum 1605.* sed singulis annis solemniter publicatur Bulla. Et certum est annum publicationis, & durationis Bullæ incipere à die publicationis solemnis, in quacunque Civitate, Castello, aut Pago etiam minimo fiat. Constat ex ipsa Bulla Latina, ibi *Ad die publicationis in singulis locis. ... numerandum, &c.*

89 Sed, cum hæc solemnitas plerumque consistat in duplici actu,

processione scilicet, & concione; dubium est; an valeat Bulla sumpta post processionem ante Concionem? Valet, quia jam publicata est. Secus si ante utrumque actum sumatur: quia tunc nullo modo est publicata. *Nog. d. 4. n. 6; qui n. 7.* ex dictis bene docet accipientes Bullam duos, aut tres menses à publicatione, non debere annum computare à die; quia illam accipiunt, sed à die, & hora, qua promulgata est.

90 Alterum dubium est. Quanto tempore Bulla duret? Pro quo notandum est annum, vel esse Naturalem, vel Ecclesiasticum: Naturalis constat 365. diebus (vel 366, quando Bissextilis) 5 horis, & 48 minutis. Ecclesiasticus sumitur pro spatio, quod juxta ritum Ecclesiæ intercurrit ab uno ad alium similem terminum, v.g. à Pentecoste ad Pentecosten, licet aliqui dies, vel defint, vel supersint ad annum Naturalem, seu Solarem, seu Mathematicum complendum. Hoc notato, ad dubium

§ Respondetur Bullam durare per annum Ecclesiasticum, nempe ab una ad aliam publicationem in eodem loco. *Nog. d. 4. à n. 12:* & probat 1; quia annus in favorabilibus interpretandus est Ecclesiasticus: 2: à paritate interstitiorum inter unum, & alterum Ordinem, in his enim præcipitur annus, designando illius principium a susceptione Ordinis,

non



non designando terminum, in quo compleatur; & tamen D.D. sine controversia docent talem annum esse Ecclesiasticum, v.g. ab uno sabbato quatuor Temporum Quadragesimæ ad aliud simile sabbatum sequentis: ergo similiter, &c. Contrarium docent non pauci, qui pro anno Naturali pugnant apud ipsum *Nog. tota sect. 2.*

91 Nihilominus dum annus Naturalis non sit completus, licet Ecclesiasticus jam defierit per novam publicationem, posse habentem Bullam illa uti, donec annus Naturalis compleatur, docet *Nog. cit. n. 15;* tum à paritate interstitiorum, tum quia annus Ecclesiasticus durationis Bullæ est favor: aemo autem cogitur favore uti, sicut neque privilegio.

92 Si nova Bullæ promulgatio non fiat sequenti anno, adhuc asserit *Bardi* annum Bullæ commensurandum ad modum anni Ecclesiastici, & quidem maximi, qui scilicet supra naturalem extenditur ad 35 dies; quia Pascha non solet esse ante 22 Martij, nec ultra 25 Aprilis, quod spatium continet 35 dies. Futurum tamen annum Bullæ in eo casu naturalem tenet. *Nog. d. 4. n. 21;* quia cum annus Ecclesiasticus tunc non possit suum terminum habere per novam publicationem, necessario subingreditur annus Naturalis.

93 Publicata Bulla anno superi-

ore, v.g. 1. Martij, supponamus hoc sequenti anno differri illius publicationem ad 20 Aprilis, nimirum dies 50 supra annum Naturalem; valebitne Bulla præterita etiam per eos 50 dies usque ad novam publicationem? Negat *Bardi apud Nog. cit. n. 20.* asserens, quando publicatio Bullæ differatur, annum Ecclesiasticum solum habere supra Naturalem latitudinem 35 dierum. Affirmat e contra *Nog. cit. n. 21.* dicens annum Ecclesiasticum Bullæ semper esse commensurandum de publicatione ad publicationem, quando nova publicatio facienda sit anno sequenti, intra sexennium, pro quo Bulla conceditur.

#### ARTICULUS UNICUS.

*Resolvuntur dubia circa durationem Bullæ ex dictis resultantia.*

94 **C**UM Bulla duret ab una ad aliam publicationem in eodem loco: Dubium est 1. Petrus accepit Bullam Conimbricæ, ubi illa tardius publicatur, & profectus est Ulyssiponem, ubi citius publicata fuerat: Potestne Ulyssipone uti Bullæ privilegij post publicationem sequentem Ulyssipone factam, usque ad novam publicationem Conimbricæ, ubi illam accepit, faciendam? Possit respondet *Nog.* Quia, sicut accipiendo Bullam Conimbricæ, serius incepit frui illius privilegij, sic serius

debet illis finem imponere, quando nimirum ibidem Bulla iterum promulgetur.

95 Dubium est 2. è contra: Petrus accepit Bullam Ulyssipone, ubi citius publicatur, & profectus est Conimbricam, ubi publicatur tardius: Poteritne anno sequenti, cum jam nova Bulla Ulyssipone promulgata sit (& non Conimbricæ, ubi jam existit) uti privilegijs Bullæ Ulyssipone acceptæ, usque ad publicationem Conimbricæ faciendam? Resp. *Nog. d. 4. n. 25. sine* probabilius esse, quod non possit, stando in sua sententia de anno Ecclesiastico circa durationem Bullæ.

§ Nihilominus ibidem, etiam in eadem sententia, probabilem judicat, & in praxi tutam opinionem *Escobar*, & *Joan. Sanch.* asserentium posse ex varijs principijs, & quia hæc præsumitur voluntas Pontificis, ne quis per aliquot dies maneat sine fructu Bullæ. Et *n. 23. ait*, Qui docent annum durationis Bullæ esse naturalem, consequenter asserunt posse Petrum, durante anno naturali privilegijs Bullæ frui, quod cum sit probabile, probabile est etiam consequentia.

96 Dubium est 3. & quidem in utraque sententia de anno durationis Bullæ; An terminus dicti anni, sive durationis ita sit indivisibilis, ut nullam patiatur extentionem? Negative respondent aliqui; nam quod post diem 365, aut post novæ Bullæ pu-

blicationem possit quis uti antiquâ per triduum, vel hebdomadam inquit *Henriq; Ludov. a Cruce* per octo dies; *Joan. Sanch.* limitat, si per eos dies detur difficultas, aut ex magno concursu, aut ex malitia, vel negligentia distributoris nova non possit haberi, Nihilominus *Nog. d. 4. n. 30* docet oppositum cum communi; quia privilegium pro determinato tempore concessum, eo elapso, expirat; Bulla autem conceditur pro determinato tempore unius anni. Sûmarium ibi *Que dentro em hum anno.*

97 Dubium est 4, An qui durante anno virtute Bullæ Confessionem incepit, possit transacto anno virtute ejusdem Bullæ perficere dictam confessionem ex rationabili causa interruptam, v.g. propter pœnitentis scrupulos, vel quia parti non erat satisfactum, vel quia ob calus difficiles consulendi erant DD; aut similes ob causas? Ante resolutionem notandum est tunc Confessionem inceptam censeri juxta *Tamb*; quando pœnitens genuflexus coram confessario pœctus percussit, & recitavit *Confiteor*; multo magis, si vel unum veniale patefecit; & hoc ultimum admittit *Nog.* cui alia non placent *d. 4. n. 40.* Deinde

98 Ad dubium propositû & affirmative, posse scilicet in eo casu pœnitentem perficere confessionem, etiam cum alio confessario, si primus deficiat;

ciat; Item absolvi à reservatis non solum ante confessionem inceptam cōmissis, sed etiam, quæ post illam finito jam anno Bullæ, de novo incurrit. Item obtinere voti commutationem, si petita est ante elapsum annum, non solum voti determinati, sed etiam indeterminati v. g. cū quis habens plura vota, omnium petit cōmutationē, sed obliviscitur alicujus.

99 Ne tamen pœnitens maneat cum onere observandi interim votum, confessarius statim illud melius commutabit, hoc modo: *Ex nunc id votum tibi commuto in opus, quod ego postea, vel quidam dēctus designabit;* quanquam ad id non teneatur, ut *Nog. d. 4. n. 34.* contra *Card. de Lug.* qui asserit teneri confessarium statim dicto modo commutare vota, absolvere à censuris, auferre reservationē, & differre absolutionem Sacramentalem ad tempus commodum. Quæ pro resolutione dubij 4. hucusque diximus, latius prosequitur *Nog. d. 4. S. 5. & 6. & n. 33.* bene notat habere locum pro Jubilæo duplicis hebdomadæ.

100 Dubium est 5. An eodem durante anno possit bis accipi Bulla, ut quis possit semel, atque iterum in vita; & semel, atque iterum in articulo mortis a reservatis Papæ absolvi, aut alijs illius uti privilegijs? & Non posse; licet enim id concessum fuerit accipientibus Bullam Hispanam à *Greg. XIII. 5. Mart. à n. 1574.* Per

quoddam Brève, quod extat in Bulla Latina speciali; nullibi tamen invenitur concessum accipientibus Bullam Lusitanam; neque quoad hoc nomine Hispaniarum, quibus privilegium hoc conceditur, venit Lusitania [sicut neque quoad recitanda officia S. S. Hispanorum] maxime cum habeat distinctam Bullam, & specialem commissarium ab Hispano independentem.

§ Est autē hoc maxime notandum; quia sunt plures AA. qui docent, eodem durante anno, posse quemlibet bis Bullam accipere, & uti illius privilegijs. At hi AA. aut sunt Hispani, & loquuntur de sua Bulla Hispana: aut si Lusitani sunt, Lusitanæ Bullæ obliiti, fideliter referunt, quod apud Hispanos invenere: nec ideo prorsus ignorantie arguendi, vel enim obiter tantum de Bulla agunt; & sic ex inculpabili inadvertentia Bullæ Lusitanæ quoad hanc quæstionem, & alias immemores, ad mentem innumerum pene DD. de Hispana tractantes locuti sunt; vel Lusitanam Bullam ex professione exponunt, & hi aut de hoc dubio nihil attigerunt, ut *Sebastianus a Costa de Andrade*, aut negativam resolutionem tradiderunt, ut *Nog. d. 4. tota S. 2.*

§ Nec, inquit *n. 51.* dubium ingerat chirographum per receptatorem traditum a Cōmissario illud accipientibus; quia per eleemosynam in eo con-

tentam, & elargitam tantum conceditur Jubilæus sex mensium, & non omnes facultates, quæ Hispanis per secundam Bullam privilegio Greg. XIII. conceduntur. An vero dum Lusitania subjecta erat Regibus Hispaniæ ad illam extēderetur Bulla Hispana, possitque ibidem valide publicari, & a Lusitanis utiliter accipi? Negative etiam respondet *Nog. n. 55.* De aliis quoad revocationem, & cellationem Bullæ, illiusque privilegiorum intra annum durationis dictum est supra à n. 20.

## CAPUT V.

*De Eleemosyna pro Bulla eroganda.*

101 **S**. Pontifex in Bulla Lusitana eleemosynam non designat quoad quotam; ne tamen fidelium conscientiæ redderentur dubiæ, & scrupulis obnoxia, committit illius taxam Commissario Generali, qui non pro titulis, dignitatibus, & cujuslibet personæ statibus (ut fit in Hispania) sed sine distinctione personarum, pro earundem facultatibus eleemosynam taxat hoc modo:

*§ Todas as pessoas assi Ecclesiasticas, como tambem seculares, & suas molheres, que tiverem quatro centos mil reis de renda, & e da hi para si, darão de esmola tres tostoes cada hum por sy.*

*§ Todas as pessoas assi Ecclesiasticas, como tambem seculares, & suas molhe-*

*res, que tiverem duzentos mil reis de renda atbe quatrocentos, darão dous tostoes por cada Bulla cada hum por si.*

*§ Todas as mais pessoas de qualquer calidade que sejaõ, assi homens, como molheres, assi Religiosos, & Religiosas darão de esmola cada hum por si quatro vintees, exceptos filhos familias, que não tiverem a sobredita renda propria com uso-fructo, & os criados, q actualmente servirem, & os escravos, & obreyros, & jornaleyros, & pobres mendigos; & assi mais os Religiosos, & Religiosas de S. Francisco, & Carmelitas descalços, & descalças; porq estes darão somente de esmola dous vintees.*

*§ Toda a pessoa, que quizer tomar a Bulla de defunçtos, ha de dar meyo tostão por cada huma. Pro chirographo autem impresso ab illis accipiēdo, qui post sex menses a publicatione Bullæ alium Jubilæum lucrari velint, designat Commissarius eleemosynam dimidij argentei, id est, de hum vintem, ibi, E derem hum vintem de esmola, idque pro omnibus absque ulla differentia facultatum.*

102 Et quia de chirographo hoc sermo incidit, Notabis 1. eleemosynam pro illo non esse injiciendam in Capsulas ad alia in Ecclesijs appositas [ut olim] sed thesaurario tradendam. Nota 2. ut quis valide illud accipiat, debere prius accipere Bullam vivorum; quia hic Jubilæus Secundus conceditur ut dependens

a primo; nulla tamen datur obligatio illud accipiendi, etiam post acceptam vivorum Bullam. Nota 3. non valere Jubilæum, si chirographum non recipiatur, sed apud thesaurarium relinquatur; etiam si eleemosyna pro eo taxata thesaurario solvatur. *Nog. d. 5. a n. 106; & d. 6. n. 38.*

A R T I C U L U S I.

*Premittuntur, quæ circa eleemosynam pro Bulla sunt Certa.*

103 **C**ertum est 1. non esse limoniacum, sed quidpiam, dare pecuniam pro Bulla, & illius privilegij; quia talis pecunia non datur tanquam pretium rei spiritualis, sed ut eleemosyna ordinata ad rem spiritualem, nempe Ecclesiæ quietem, quæ obtinebitur occasione Bullæ profligatis illius hostibus. Certum est 2. prædictam taxam cum illo respectu ad determinatas personas esse sufficientem tam pro divitibus, quam pro pauperibus, ut pote quæ ut sufficiens designatur a Commissario, cui a Pontifice designanda committitur.

104 Et quia nulla maior designatur pro divitibus eleemosyna quam tercentorum regalium, id est, *de tres tostoens*, pro Bulla, & dimidij argentei, id est, *de hum vintem* pro chirographo, bene notat *Nog. d. 5. n.*

105 Quod si sereniss. Rex gaudere velit privilegij Bullæ, non teneatur, nisi ad sumendum Bullæ Summariæ, erogata eleemosyna tercentorum regalium; & si velit sex mensium Jubilæo frui, ad accipiendum chirographum cum eleemosyna dimidij argentei. Et idem dictum habeas de quocunque alio etiam ditissimo. Illorum autem filij, etiam Infantes, si nullos habeant redditus, ut filijfamilias regulandi sunt, de quibus infra.

105 Certum est 3. Bullæ privilegij non gaudere, qui designatam a Commissario eleemosynam non conferunt; quia Pontifex illam concedit ex quodam contractu cum pecuniæ quantitatem contribuentibus. Neque audiendi sunt qui dicunt Fratres Minores ex privilegio Pauli III vivæ vocis oraculo gaudere gratijs, & privilegij in Bulla concessis, si pro Bulla non suscepta, loco eleemosynæ Sacerdotes duo Sacra faciant, & alij Religiosi non Sacerdotes bis Psalmos pænitentiales recitent; Laici vero dicant ducenties Pater noster, & ducenties Ave Maria: Ut certum enim respondet *Nog. d. 5. n. 37.* tale privilegium, si extitit, jam cessasse, & revocatum esse, etiam quoad indulgentias, quidquid in contrarium velit *Quintanad.*

106 Certum est 4. sufficere eleemosynam per alium solvere. Et si alius non detur, qui pro te statim

D

sol-

solvat, sufficet ut illius utaris privilegij, illam credito accipere, & pecuniam tradere præscripto tempore; id enim concedit Commissarius in advertentijs, ibi, *Assi as pessoas, que logo derem as esmolas, como as que se offererem de as dar no tempo, que lbe for declarado.* Quod si Bullam credito accipiens non habeat intentionem solvendi eleemosynam, illius privilegij non gaudebit. Si tamen intra annum animum mutet, a die, qua intentionem habuerit solvendi, usque ad finem anni Bullæ privilegia lucrabitur. Et è contra, si ab initio suscepit Bullam cum intentione solvendi eleemosynam, & postea eam retractavit, ab ipso die Bullæ privilegij non gaudebit. *Nog. d. 5. a n. 9. Addit P. Bened. tr. 41. n. 1387.* Sufficere quod depositarius alicui Bullam gratis concedat; quia tunc solvendi obligationem in se suscipit.

107. Certum est 5. eleemosynam pro Bulla erogandam debere esse ex cujuscunque illam accipientis facultatibus, sive ex propria pecunia: *Pro opibus & facultatibus suis* inquit textus Bullæ Lusitanæ. Et ratio, quæ dicat non faciendâ esse mala, ut veniant bona, suadet etiam ex proprijs, & non ex alienis bonis eleemosynam esse faciendam. Et hinc ad dubium.

108. An Bulla valide accipiatur ex pecunia turpi lucro acquisita? &

1. valide accipi, quando in tali pecunia dominium est acquisitum, ut acquirunt meretrices; assassini, qui pro homicidio; iudices, qui pro injusta sententia; testes, qui pro falso testimonio; divinatores, qui pro revelandis dæmonis ope occultis; & alij, qui pro alijs patrandis delictis pecuniam accipiunt; hi enim peccant quidem ea delicta committendo; dominium tamen mercedis acquirunt; & possunt pro libito de illâ dispendere, etiam ad opera pia, absque peccato: ergo etiam ad eleemosynam pro Bulla valide suscipienda. *Nog. d. 5. a n. 75.*

109. & 2. valide non accipi Bullam, quando in ea pecunia turpi lucro comparata dominium non est acquisitum, ut non acquirunt fures, usurarij, simoniaci, & qui ob aliquam legem incapaces sint acquirendi dominij, quod etiam non acquirunt meretrices, & aliæ impudicæ foeminae, licet meretrices non sint, si pecuniam accipiunt a non potentibus alienare; quod etiam dictum habeas de lucrantibus pecunias ab his in ludo expositas. *Nog. cit. d. 5. n. 83.* resolutionem intelligens, si fur, usurarius, simoniacus, &c. nullâ aliam pecuniâ habeant, nec habere possint sub suo dominio præter illam furto ablatam, ex usuris, aut simoniâ acceptam. Et hinc, inquit, §. Sequitur 1. posse dominum pecuniæ, etiam renuente fure, capere ab

ab illo Bullam, utpote suam, quia pecunijs suis fuit recepta, & illius frui privilegij. 2. posse eundem dominum ratam habere dictam acceptionem Bullæ; & tunc fur illius privilegij gaudebit; dummodo rati habitio acceptionis Bullæ, facta a domino, innotescat furi; & ab illo acceptetur; cum enim sit quædam Bullæ donatio, dum fur ignorat illam esse suam, illius privilegij gaudere non potest.

110 At [ inquit *Nog. cit. d. 5. n. 85.* ] si fur aliam habet pecuniam propriam, qua possit restitutionem facere, & loco illius tribuat pro Bulla pecuniam furtivam, Bulla illi proderit; quia illa pecunia, quanvis materialiter sit furtiva, æquivalenter est sub dominio illius; quia debitum solvi potest in qualibet pecunia; quando enim hoc consistit in rebus, quæ functionem recipiunt, potest fieri restitutio per idem in specie, & non requiritur, quod fiat per idem in individuo, quia sic servatur æqualitas.

§ Quod si fur pecuniam furto ablatam cum propria immisceat, a fortiori ex tota illa pecunia, sic mixta, valide eleemosynam pro Bulla erogabit; per talem enim mixtionem furtiva, vel usuraria pecunia, quæ à propria discerni non potest, transit in dominium furis, vel usurarij. Bene tamen monet *Nog. n. 88.* hoc esse intelligendum, si propria, & furtiva pecuniæ sint in proportionata quan-

titate, nam si furtiva sit in magna quantitate, propria vero in minima, cum parum pro nihilo reputetur, dominium non transit in furem; nec proinde eleemosyna ex toto illo a cervo proderit pro Bulla, nisi fur operetur juxta dicta §. antecedenti.

## A R T I C U L U S II.

*De illis, qui pro Bulla debent erogare eleemosynam 300. vel 200. vel 80. regalium.*

111 **A**D eleemosynam 300. regalium, ut Bullæ privilegij fruantur, tenentur (juxta taxam a commissario factam, de qua *n. 101.*) qui habeant in redditibus quadraginta millia regalia Lusitana, hoc est, *Mil cruzados, ou quatrocentos mil reis,* & eorum uxores. Et ad eleemosynam 200. regalium tenentur, qui habeant in redditibus annuis ducenta millia regalia, id est, *Duzentos mil reis,* & similiter illorum uxores. Et quidem certum est, si aliquid deficiat ad dictas summas, tametsi defectus sit exiguus, non teneri accipientes Bullam in primo erogare eleemosynam 300. regalium, nec in secundo eleemosynam 200.

112 Dubium est qui censendi sunt habere in redditibus annuis 400. vel 200. millia regalia Lusitana? Ad cujus resolutionem supponendum est nomen *Reditus* vel posse intelligi strictè, pro annuis fructibus, ducto voca-

bulo a verbo *Redeo*, eo quod singulis annis fructus redeunt, aut a verbo *Reddo*, eo quod fundus redditus ferat: vel possit sumi late prout continet omnes fructus, utilitates, & proventus, ex bonis immobilibus, & mobilibus, & animalibus, tam si naturaliter, quam si hominis industria percipiuntur. Hoc supposito,

113 Resp. nomen Reditus in taxa a Commissario designata accipi in lata significatione, ut constat ex ipso Regim. Bullæ Cruciatæ §. 68. ibi, *Hora a venda seja de bens de raiz, ou por razão de officio, ou mercancia, dara cada hum por si trezentos reis de esmola em cada hum ann. E os que tiverẽ duzentos mil reis atbe quatrocentos mil reis de venda darão a duzentos reis por Bulla.* Et cum Commissarius designando fructus, qui nomine reddituum veniunt, possit hanc facere declarationem, ei standum est. *Nog.d.5.n.19. qui n. 22.* bene notat in acceptione redditus annui a Commissario solum computari fructus, & utilitates, quæ deductis expensis, ex rebus immobilibus, mobilibus, aut hominis industria proveniunt.

114 Ex tradita resolutione sequitur, ut valide Bullam accipiant, teneri ad eleemosynam 300. vel 200. regaliū, qui ad quadringenta, vel ducenta millia regalia reddituum annuorum accedant, ex quacunque dignitate, officio, industria, aut negotiatione procedant; sive illi sint Reges, Prin-

cipes, Episcopi, Legati, Inquisitores, Vicarij Generales, Classium Præfecti, & Prætores, Secretarij Principum, Senatores, Cathedralici, Advocati, Notarij, Tabelliones, Medici, sive quicumque alij.

Etiam Canonici ratione distributionum quotidianarum; nec non Beneficiati, & Capellani ratione emolumentorum ex beneficijs, & capellanijs receptorum. Etiam quicumque alij clerici ratione eorum, quæ ex mortuarijs, anniversarijs, & manualibus missarum eleemosynis comparant. Etiam Moniales retinentes annuos redditus sibi, dum vivunt vel ex donatione, vel ex legato, intuitu eleemosynæ, aut consanguinitatis relictos. Etiam illi, qui ad summam a Commissario designatam accedunt in lucro, quod suscipiunt de pecunia ad censum, vulgo, *a rezao de juro*, tradita publicæ vectigalium domui vulgo *Alfandega*, sive alijs domibus cōmunitatibus etiam, & particularibus personis. *Nog.d.5. Sect. 2. a n. 24.*

115 Jam vero ad eleemosynam 80. regalium, sive duorum argenteorum, hoc est *de quatro vintens*, tenentur omnes tam Ecclesiastici, quam sæculares utriusque sexus, qui nec in redditibus habent eas summas, de quibus hætenus, nec a Commissario excipiuntur, de quibus art. seq. tales sunt artifices, & illorum uxores, omnium fabri sive lignarij, sive ferrarij, sive camentarij, aurifices, sutores, sartores,



res, barbitonfores, sculptores, pictores, piscatores, figuli, & similes. Quod si aliquis ex his in lucro, deductis expensis, accedat ad summam taxatam pro eleemosyna 300. vel 200. regaliū ad hanc tenebitur juxta dicta n. antecedenti.

116 Prædictam taxam duorum argenteorum ex declaratione facta in advertentijs ad Bullam per D. Commissarium D. Franciscum de Bragança, limitat P. Nog. 1. in militibus gregarijs, in militia non exercentibus aliquod munus, sed ex militari stipendio viventibus; idque intelligendum de militibus, qui à patria potestate jam exierint; si enim sub patria potestate, a qua per militiam non egrediuntur, adhuc sint, ut filijfamilias regulandi sunt. d. 5. n. 47.

Limitat 2. in personis sæcularibus, quæ licet domos habeant ad habitandum, & unum rete ad piscandum, vel quid simile; aluntur tamen miserabiliter. Et hinc limitat 3. in agricolis, qui ex agris, & bobus locatis sustentantur. Limitat 4. in viduis, quæ si filios, vel consanguineos non haberent, à quibus sustentantur, ex mendicatu viverent. Limitat 5. in mulieribus, quæ ex colo, & acu aluntur. Limitat 6. in peregrinis, carceratis, & puellis, etiam nobilibus, quæ secundū suam conditionem vivere nequeunt. Limitat 7. in fœminis, quarum mariti, juxta suum statum, unum tantum pro Bulla dant argenteum. Ibidem n. 48.

## A R T I C U L U S III.

De alijs, qui pro Bulla unum tantum argenteum erogare debent, id est, dous vinteës.

117 **A** Danda eleemosyna duorum argenteorum, id est, quatro vinteës, excipiuntur 1. Filijfamilias, ibi *Exceptos filiosfamilias, que não tiverem a sobredita renda propria com uso fructo.* Ut hoc autem intelligatur, Notandum 1. filiumfamilias illum dici, qui subjectus patri, sub cura, & potestate paterna vivit, etiam si viginti annos habeat, aut illos longe excedat. Et quia patria potestas ex jure lusitano residet in patre; dum filij non emancipantur, aut matrimonium contrahunt, nec dicitur esse in potestate matris, vel avi, mortuo patre, filius a patria potestate eximitur.

Dum autem vivit pater ab illius potestate non egreditur filius per sacrorum ordinum etiam Presbiteratus susceptionem; nec per militiam; nec per professionem in ordinibus militaribus, quæ matrimonium ratum nõ dinimit, ut in Ordine Christi D. S. Jacobi, & S. Benedicti de Avis; secus dicendum de professione militentium. Et si filij legitimi sint, nec per Doctoratum, Magisterium, aut officia Advocati, Judicis, Tabellionis, Medici, artificis, &c. Nog. d. 5. an. 55. & n. 59. idem (Saltem in Lusitania) pro-

babilius docet de filijs naturalibus; de spurijs enim cum communi DD. ait sub patria potestate non esse.

118. Notandum 2. Bona filij aut esse profectitia, aut adventitia, quæ ad præsens non conducunt; aut castrensia, vel quasi castrensia, in quibus filiusfamilias habet plenum dominium, proprietatem, usum fructum, & liberam administrationem. Bona vero castrensia sunt, quæ filiusfamilias acquirit militando, vel occasione, aut causa militiæ; quasi castrensia, eo quod gaudeant privilegio castrensi-um, sunt, quæ acquiruntur officio doctoratûs, advocati, tabellionis, medici, aut professoris alicujus ex septem artibus liberalibus, aut Theologiae, Philosophiæ, utriusque juris, aut quavis aliqua publica administratione, cui statutum est publicum salarium. Item quæ filius acquirit ex beneficio Ecclesiastico, Ordinibus, & Clericando. Nec non donata a Rege, Principe, Regina, & regni hærede. *Nog. d. 5. an. 62.* His notatis.

119. Dico 1. Si filiusfamilias in his bonis castrensibus, vel quasi habeat quadringentorum, vel ducentorum millium regalium redditus, tenetur ad eleemosynam 300. vel 200. regalium juxta dicta *an. 114.* Dico 2. Si filiusfamilias in dictis bonis, in quibus habet dominium, & usum fructum, habeat aliquos redditus non attingentes summam ducentorum millium re-

galium, tenetur ad eleemosynam duorum argenteorum: nec alio modo intelligenda sunt verba Commissarij adducta *n. 117.* Dico 3. Si filiusfamilias nulla bona habeat castrensia, vel quasi, [ licet habeat profectitia, aut adventitia, in quibus non habet usum fructum ] solum tenetur ad eleemosynam unius argentei; id enim expresse dicunt Commissarij verba. *Nog. d. 5. an. 65.*

120. Ex hac 3. resolutione videtur sequi Clericos, etiam Sacerdotes, cujuscunque sint ætatis, si sint sub patria potestate [ a qua non egredi per ordines diximus *n. 117.* ] solum teneri erogare pro Bulla unum argenteum, si nulla habeant bona cum usufructu; utpote qui sunt adhuc filijfamilias. *Nog. d. 5. n. 142.*

§ Nihilominus ibidem *n. 43.* probabiliter dicit Sacerdotes, qui habent patrimonium, etiam si illius redditus parentibus donent, ad duos argenteos pro Bulla teneri. Secus dicendum, si sacerdos sit alienigena, mendicatu vivens, licet in solo patrio obtineat patrimonium. Secus etiam dicendum de Sacerdotibus, qui etiam si Lusitani sint, non habent patrimonium, & adeo pauperes sunt, ut ex manualibus promissa, eleemosynis, aut ex mendicatu vivant. Ibidem *n. 44.*

121. Excipiuntur 2. à danda eleemosyna duorum argenteorum, *Os creados, que actualmente servirem, & os escravos, & obreyros, & jornaleyros, & pobres*

*pobres mendigos.* Pro famulis actualiter fervientibus, notabis nomine famulorum, juxta usitatum loquendi modum (qui tenendus est in verbis, dum non constat illorum amplitudine) venire tantum illos, qui in domesticis ministerijs fervilem, vel quasi fervilem operam præstant, & quos proprie famulos dicimus; & hi pro eleemosyna ad unum tantum argenteum tenentur, nisi aliunde habeant in proprijs facultatibus quantitatem notabilem; quia tunc ad duos argenteos tenebuntur. Dixi, *Notabilem*; quia si aliunde parum habeant, pro nihilo reputabitur.

122 Alij sunt, qui actualiter ferviunt, & tamen in vulgari acceptione nomine *famulorum* non veniunt, sed altius ministerium tractant, quales sunt Antecambulatores, vulgo *Escuderos*, dicecetæ, id est *Feytores*, æconomici, nempe *Mordomos*, famulorum præfecti, & similes, qui pro stipendijs habent multoties ad 50. 80. & 100. millia regalia, & hi ab eleemosyna duorum argenteorum excipi non videntur nomine *famulorum*. Sicut neque nomine *Servorum* aliqui servi Angolani, qui ex consuetudine illorum regnorum, & tolerantia dominorum jam præscripta, habent sub suo dominio alios servos, qui sibi ipsis, & non domino directo acquirunt. Hi enim cum aliunde habeant bona tenentur ad eleemosynam duorum argenteorum, aut 200. vel 300. rega-

lium, si ad summas pro eis taxatas accedant, juxta *a n. 114. Nog. d. 5. a n. 51.*

123 Circa verba *obreyros, & jornaleros* dicendum est ad eleemosynam unius tantum argentei teneri omnes operarios, mercenarios, videlicet, agricultores, messorum, cursores, artificum tyrones, bajulos, & his similes; tamen si aliquid habeant, non tamen ad vitam alendam sufficiens.

124 Circa verba *& pobres mendigos*, Dico 1. ut teneantur solvere pro Bulla unum tantum argenteum, his verbis veniunt, qui ostiatim necessaria vitæ petunt, & mendici dicuntur a verbo *Mendicare*, quod est vitæ alimenta ostiatim postulare. Quod si hujusmodi mendici, non ut vitæ necessaria comparent, sed ex avaritia, & ex mala consuetudine mendicando vivant, cum aliunde domi habeant largas pecuniarum summas, quibus tanquam sacris parent, Commissarij mens nullatenus erit eos ab eleemosyna duorum argenteorum excipere.

125 Dico 2. Nomine mendicorum in dictis verbis etiam veniunt omnes, qui ex eleemosynis vivunt tam homines, quam foeminae, licet ob verecundiam, & decentiam ostiatim non mendicent; in his enim datur eadem ratio, & fortasse major, quam in illis, qui mendicando melius sibi consulunt. Nec in sola puritate nitimur, quæ in privilegijs, & dispensationibus non urget; sed in eo etiam quod

quod mendici dici possunt, qui per se, vel per alios pro eleemosynis ad fideles accedunt, & licet non accedant, fideles eorum inopiam intelligentes illis sponte subveniunt. *Nog. d. 5. a n. 69.*

126 Dubitari hic potest, An pauperes, qui propter summam inopiam nequeunt Bullam accipere, possint lucrari alias indulgentias extra Bullam, quas suspendit commissarius pro illis, qui Bullam non habent? Negative respondet *Nog. d. 5. n. 73.* quia cum suspensio illa sit generalissima, non est cur limitetur sine fundamento a benigna commissarii voluntate, quam si voluisset, expretisset.

127 Excipiuntur 3. A danda eleemosyna duorum argenteorum, *Os Religiosos, & Religiosas de S. Francisco, & Carmelitas descalços, & descalças.* Et quia in Religiosis discalceatis S. Augustini, & in Patribus SOCIETATIS JESU in domibus professis habitantibus datur eadem ratio, nimirum ex mendicatu vivere, & nullos habere redditus stabiles, illos etiam non teneri ad eleemosynam duorum argenteorum, sed unius tantum docet *Nog. d. 5. n. 34.*

Et *n. 35.* bene notat Moniales a commissario exemptas in dictis verbis solum intelligi illas, quæ ex mendicatu vivunt, & nullos habent redditus stabiles; cæteras autem, quæ redditus habent, & ex mendicatu non vivunt, licet S. Francisci, & Carmeli-

tæ discalceatæ sint, ad duos argenteos pro Bulla tenentur; & fortasse ad 300. vel 200. regalia, juxta dicta *n. 114.* Et pro Religiosis utriusque sexus hic absolute notandum est, ut eleemosyna fiat ex bonis conventus, requiri licentiam Prælati, alias fiet ex bonis alienis.

### ARTICULUS III.

*Alia ad eleemosynam spectantia.*

128 **D** Uos casus hic proponit *P. Nog. d. 5. a n. 94.* 1. sic: Quidam furatus est viginti Bullas a Thesaurario, vel in pretore, illasque tradidit alijs furum ignorantibus, accepta ab illis, & sibi retenta consueta eleemosyna. 2. vero sic: Distributor Bullarum, dum illas primo per provincias distribuebat, receptori cuidam, vel per errorem, vel ex industria viginti Bullas super numerum a receptore expetitum tradidit, de illis mentionem in libro rationum faciendam non curans, receptor autem, quia de illis rationem non erat redditurus, eleemosynas his viginti Bullis correspondentes sibi retinuit. Et in utroque casu inquit, An sumentes dictas viginti Bullas, illarum gratis gaudere possint?

Quoad 1. Casum respondet non posse, quia Bulla conceditur per modum contractus sub conditione dandi certam eleemosynam pro manutentione militum, qui Civitates Africanas

canas defendunt: sed eleemosyna illa a parte rei non fuit pro manutentione militum: ergo ex defectu conditionis defecit et iam contractus. Quare cognita veritate a fumentibus illas Bullas, si virtute illarum etiam bona fide fuerunt absoluti a reservatis; quia ea absolutio fuit tantum indirecta reservatorum, tenentur illa subijcere legitimo confessorio.

§ Quoad 2. Casum respondet posse uti illarum 20. Bullarum gratijs; quia dicta deceptio provenit a receptatore Ministro Cruciatæ; quâdo autem defectus eleemosynæ applicandæ in subventionem militum non provenit a personis particularibus, ut in 1. casu, sed a Commissario, aut ab ejus ministris, Bulla prodest, ut docet *Bard.* Et hinc plana est solutio ad quæstionem illam, An Bulla profit fumentibus, si eleemosynæ non applicentur in subventionem militum Africanorum, aut classium sumptus? Dato enim (quod juxta Cômmissarij procedendi modum, moraliter judicat impossibile) dato, quod Regis ministri distrahant eleemosynas ad alios usus.

§ Respõdet *Nog. d. 5. a n. 101.* adhuc fideles gaudere Bullarum gratijs, & facultatibus; tum ex ratione proxime facta pro 2. Casu: tum quia adhuc datur finis nempe defensio arcis Mazagani, & classis relectio ad defendenda hæc maria a Maurorum incurfione; quando autem finis, propter quem privilegium concessum fuit, existit,

ipsum etiam privilegium existit. Et *a n. 102.* resolvit, quod, si Bullæ eleemosynæ non omnes consumptæ sint pro sustentando Mazagano, nec possint reservari ab uno in alterum annû; nec possit thesaurarius domus Ceutæ, qui dictas eleemosynas recipit, tradere, quod superlit regijs ministris ad alias regni necessitates, nisi ad classem pro maris defensione, quia Pontifex utrunque expressè statuit, ibi, *Siquid supererit, sumptibus classium esse impendendum.*

## C A P U T VI.

*De acceptione, ac retentione Bullæ, & inscriptione nominis in illa.*

129 **D**E his nihil in Bulla latina, habentur tamen in Summario ad calcem, ibi, *Tomarão est Sumario da Bulla, que levarão comfigo, com seu nome nelle escrito, & não o levando por si, nem por outrem, nem se escrevendo nelle o seu nome, lbe não valera.* Et in advertentijs prope finem, ibi, *As pessoas, que tomarem as Bullas, hão de fazer escrever nellas seus nomes, e levar as hão para sus cazas, & guardalas hão.* Et cum hæc necessaria, & opportuna sint ad expeditionem Bullæ, non est dubium ad ea habere Commissarum facultatem a Pontifice concessam his verbis: *aliquæ faciendi, & exequendi, quæ in præmissis, & circa ea necessaria fuerint, quomodolibet opportuna.*

130 Et quia de necessaria nominis inscriptione in Bulla vivorum satis jam dictum à n. 45; & de eadem inscriptione in Bullis compositionis, & defunctorum dicitur suis in locis *cap. 25. & 26*; solum hic dubitari potest. An requiratur ad Sūmarij valorem Commissarij subscriptio, & sigillum? Et quanvis circa hoc nihil a Commissario sit dispositum; affirmative respondet *Nog. d. 6. n. 7*; quia sine his in eo firmatis nota inuritur falsitatis. Et per hoc satisfactum est ultime tituli parti: Quoad reliquas

131 Dico 1. Tam pro foro interno, quam pro externo ita necessarium est accipere Sūmarium Bullæ, ut sine acceptione illius privilegia non profint: licet enim pro foro interno ad privilegij valorem necessaria non sit scriptura, ut est commune DD: necessaria tamen est pro utroque foro, quando jus id disponit, ut in presenti disponit Commissarius, ibi, *Tomarão este Sumario. Nog. d. 6. n. 6. & n. 8.* id extendit ad chirographum pro Jubilæo sex mensium, de quo Commissarius post alia, ibi *Recebendo da sua mão hum escrito impresso, em que se escreverà o uosso nome, e com isto vos he concedido o dito Jubileo, & não de outra maneira.*

132 Dico 2. Non sufficit intentio sumendi Bullam sine actuali receptione illius, hanc enim indicant verba: *Tomarão este Sumario.* Deinde sola intentio non est acceptatio pri-

villegij; privilegium autem, cum sit quædam donatio, non acquiritur ante acceptionem. Dico 3. Etiam non sufficit ad valorem Bullæ sola receptio sine intentione illam acceptandi; quia Bullæ acceptatio, & traditio est per modum contractus, contractus autem sine intentione initus non est validus. *Nog. d. 6. a n. 9.* Ad dubium vero inde subortum:

133 An scilicet possint privilegij Bullæ uti, qui coacti a Parocho, vel thesaurario Bullas recipiunt? Respondet affirmative ibidem *a n. 14*; quia acceptatio Bullæ, & stipis solutio habent se per modum contractus *Do, ut des*; contractus autem etiam factus metu cadente in virum constantem, cum sit simpliciter voluntarius, est validus, non solum de jure nature, sed etiam jure positivo, exceptis aliquibus, ut matrimonium, & professio religiosa; qui de jure positivo sunt irriti. Bullæ autem receptio nullo jure irritatur *Nog. d. 6. a n. 14.*

134 Dico 4. Sumptio Bullæ potest fieri mediate, & per alium: at illius acceptatio necessario fieri debet immediate ab eo, qui illius privilegij gaudere velit. Quod sufficiat sumptio mediata satis constat ex dispositione Commissarij in advertentijs, ibi, *E os amos a poderão tomar para seos criados, & os senhores para seos escravos, & os Pays para seos filhos.* Nec ullū est principiū suadens actionem

nem sumendi Bullam ita esse personalem, & immediatum, ut per alium fieri non possit.

§ Quoad 2. Partem, nimirum quod acceptatio immediata esse debeat, patet, quia ut privilegium personale futurum fortiatur effectum, debet ille, cui conceditur, certior de illo fieri, cap. *Si tibi absenti de Præb. in 6.* Et cum scientia de Bullæ privilegio per aliam haberi non possit, nec etiam illius acceptatio, quæ immediate datur, ubi quis de illa habet scientiam, & illam acceptat. *Nog. d. 6. an. 16.* Pro infantibus autem, & perpetuo amantibus, qui acceptare non possunt, vide dicta n. 39.

135 Ex tradita resolutione sequitur 1. posse quemlibet plures sumere Bullas animo illas huic, vel illi, aut pauperibus distribuendi; & si alicui, v.g. Petro aliquam determinate applicet, & Petrus nolit eam acceptare, poterit eandem alteri donare, ex eo quod in Petro defecerit immediata, & personalis acceptatio, quæ necessaria erat, ut Bulla illa fieret illius propria, & alteri non applicabilis.

136 Sequitur 2. Quod si pater pro filio, vel alius pro amico suscepit Bullam, & in illa inscripsit nomen filij, vel amici; sed quia hi jam habebant Bullas, noluerunt illas acceptare; poterit pater, vel ille alius eam Bullam alteri tribuere, deleto nomine filij, vel amici, ut privilegij ipsius Bullæ gaudet, accepta ab eo elemosyna, quam

pro Bulla thesaurario tradiderat. Ratio est eadem, nimirum defectus acceptationis in filio, vel amico, ratione cujus illa Bulla maneat adhuc nullius; & cum pro ea Commissarius elemosynam jam receperit, vult ut aliquis, cui de novo applicetur, & à quo acceptetur, ejus privilegij fruatur. *Nog. d. 6. n. 29.* Contra *Arriag. Lug. & alios. & n. 31.* bene probat non committi falsitatem in mutatione nominis jam scripti, in aliud scribendum.

137 Quæres adhuc 1. An qui duplicem Bullam Lusitanam sibi sumpsit, & applicavit, ex errore putans valide eas accipi eodem durante anno, sicut valide accipiuntur in Hispania; possit erroris sui conscius unam ex illis alteris cum fructu applicare, & alter illam recipere, & acceptare? Respondeo posse; quia applicatio sibi facta fuit exhibita ex errore circa substantiam, nempe circa privilegia, & utiles fructus Bullæ, quam existimabat sibi prodesse, cum non profit; sed exhibita ex errore circa substantiam sunt invalida, & irrita: ergo & applicatio sibi facta; remansitque proinde Bulla illa nulli applicata. *Nog. d. 6. an. 33.* Qui n. 37. contrariam bene docet de accipiente, & sibi applicante duplicem Bullam Hispanam, cum enim applicatio illarum sibi facta fuerit valida, utraque Bulla mansit alteri inapplicabilis; Bulla enim semel valide ab uno acceptata, alteri applicari valide

non potest, ut est certum inter AA.

138 Quæres 2. An detur in aliquo casu obligatio sumendi Bullam? Certum est neminem obligari ad sumendam Bullam, ut constat ex Bulla latina, ibi, *Ut clare intelligant nos neminem ad quidquam præstandum, vel elargiendum cogere, sed tantummodo eorum devotionem, & charitatem ad id excitare, hortarique, & rogare;* quæ verba etiam extenduntur ad chirographum, & a Commissario declarantur per hæc: *E querendo vòs ganbar o Jubileo dos seis mezes &c.* Et hinc *Nog. d. 6. n. 12.* peccati mortalis damnat Thesaurarios, & Parochos, qui alios cogunt ad sumendas Bullas. *Señt. autem 7. an. 39.* proponit duos casus, in quibus videtur teneri pœnitentem, si commode possit, sumere Bullam, ut a reservatis directe absolvatur. Ipse tamen *an. 41.* Bene resolvit non teneri, sed posse in utroque casu alijs uti remedijs, ut præcepto communicandi satisfaciatur, & scandalum vitet.

139 Quæres 3. Quæ certitudo requiratur de sumptione Bullæ ab alio facta, ut quis illius privilegij uti valeat? Respondeo requiri certitudinem moralem, & non sufficere probabilem. Nam licet possit quis se conformare opinioni probabili; non tamen datur opinio probabilis in hoc, quod cum sola probabilitate morali sumptionis Bullæ, possit quis illa gaudere, sed debet esse certitudo sufficiens, quæ reddat confessarios certos

moraliter de jurisdictione habita per Bullam; hæc enim jurisdictione certa, & indubitata moraliter requiritur ad Sacramentum pœnitentiæ; & non sufficit illa moralis probabilitas; quia exposita est moraliter periculo falsitatis. *Nog. d. 6. n. 21.*

Ut autem declaret, quæ sit hæc certitudo moralis, ex Mendo ait *n. 22.* illam esse, quæ sufficit ad aliquid jurandum assertive: & in acceptione Bullæ ponit exemplum: si quis servo fideli commendat sumptionem Bullæ, & postea ab eo audivisset jam esse acceptam, & servatam. De illo autem, qui certo sciat singulis annis in die promulgationis Bullæ, cum existeret Conimbricæ, a parentibus, vel ab amico pro se ipso accipi Bullam, *n. 24.* bene negat posse uti Bullæ privilegij, si absens sit; nisi habeat fidelem nuntium, vel epistolam de acceptione Bullæ eo anno a parentibus facta. Nam humana conditio tantis incommodis infirmitatis, oblivionis, absentia, negotiorum, & mortis subiecta est, ut ex illa præsumptione orta ex multis annis non habeatur moralis certitudo, quidquid sit, quod detur moralis probabilitas.

140 Quæres 4. Quæ rententio summarij requiratur, ut quis Bullæ privilegij utatur? Recolenda hic sunt verba Commissarij adducta *n. 129.* ex quibus constat Bullæ privilegij non gaudere, qui summarium non deferant vel per se, vel per alium, sed illud re-



linquant in domo Thesaurarij; id enim expresse dicunt verba: *E não o levando por si, nem por outrem, não lhe valerá.*

141 Necessarium tamen non est, quod quis secum deferat summarium, quando virtute Bullæ absolvendus est, aut illius indulgentias lucraturus: sensus enim verborum illorum, *Que levarão consigo: E guardalashão,* est quod Bullæ non remaneant apud thesaurarium, sed exeant ab ejus potestate in potestatem fumentis Bullæ, idque ob vitandas fraudes: hoc autem obtento, non præcipitur physica summarij retentio, sed ad sūmum moralis, quæ dari potest custodiendo sūmariū vel domi suæ, vel apud alium quocūque in loco, etiam extra regnum, dūmodo non sit in domo thesaurarij. *Nog. d. 6. a n. 44.*

142 Quæres 5. An si amittatur, vel rumpatur Bullæ sūmariū, amittantur privilegia? *R. 1.* Si amittatur, vel rumpatur inculpabiliter; nō amitti privilegia; Erogata enim elemosyna pro Bulla, deperdi non debent illius privilegia sine culpa; qui autem morali modo Bullam retinuit, & conservavit, absque culpa illam amittit. Neque verba commissarij: *Levalashão para suas cazas, E guardalashão,* aliud præcipiunt, quā moralem diligentiam in custodiendo, quæ stare potest cum eo, quod sūmariū fortuito amittatur, vel lacere-  
*tur. Nog. cit. d. 6. n. 51.* ubi dicit de

Bulla Lusitana esse sententiam verisimam. Et *n. 50.* testatur etiam de Hispana esse communissimum inter illius expositores.

143 *R. 2.* Etiam non deperdi Bullæ Lusitanæ privilegia, licet summarium pro libito deperdatur, & lacere-  
tur, illa enim, prudens quidem, Commissarij admonitio de ferendo, & custodiendo sūmario non præceptū, sed consilium continere videtur. Et dato, quod præceptum contineat, non materialiter, sed formaliter est intelligenda, nempe ut deferatur ex domo thesaurarij, & in ea nullo modo remaneat. Confirmatur efficaciter, quia exceptio firmat regulam in contrarium: Commissarius autem verbis adductis *n. 129.* solum ait Bullam non valere, si non deferatur sūmariū, & non inscribatur nomen; de custodia verò nihil dicit: ergo si deferatur a domo thesaurarij, & nomen fumentis in eo scribatur, quanvis pro libito non custodiatur, sed amittatur, non amittuntur privilegia. *Nog. cit. d. 6. a n. 54.* Qui *n. 52.* de Bulla Hispana hoc ipsum improbabile dicit ob rationes ibi videndas.

## C A P U T. VII.

*De indulgentijs plenissimis initio Bullæ Cruciatæ concessis.*

144 I Ndulgentia definiri solet: *Remissio pænæ temporalis pro*

*actualibus peccatis debite, extra sacramentum facta ex thesauri Ecclesie dispensatione.* Definitionis causas explicat *Nog.d.7.S.1.* Est autem thesaurus Ecclesie, cumulus infinitus ex satisfactionibus Christi D. Beatissimæ Virginis Mariæ, & aliorum Sanctorum contans. Hujus thesauri dispensator est Romanus Pontifex, qui solus de jure divino potest concedere indulgentias tam pro vivis, quam pro defunctis. Episcopi vero, qui in dedicatione Ecclesie possunt concedere indulgentiam unius anni; & in anniversario, vel aliis, quando placuerit, quadraginta dierum, id habent a S. Pontifice; & non extenditur hæc facultas ad eorum vicarios, nec ad capitulum Sede vacante. *Nog. videndus tota Sect.3.*

145 Dividitur indulgentia in personalem, realem, & localem. Personalis personæ immediate conceditur; realis fidelibus conceditur ratione alicujus imaginis, grani, & similiū; sicut localis ratione Ecclesie, capelle, vel oratorij. Quæcunque ex his subdividitur in totalem, & in partialem. Totalis est illa, quæ totam pœnam remittit; & hæc aliquando dicitur plenaria, plena, & plenissima; sed nullum datur discrimen inter plenam, plenariam, plenissimam, & eam, quæ conceditur in anno Sancto. Nota tamen posse aliquem obtinere indulgentiam plenariam, & adhuc ei superesse pœ-

nam luendam in purgatorio, nimirum illa quæ correspondeat venialibus, de quibus non doluit, quia non remissa culpa, pœna non remittitur.

146 Indulgentia partialis alia est indeterminata, v.g. tertiæ, vel quartæ partis pœnarum; alia determinata, v.g. septem, vel centum annorum, quadraginta dierum, &c. Ut hæc intelligantur, notabis olim pro criminibus gravioribus pœnitentias publicas imponi, v.g. septem annorum, quadragintarij jejunij, & etiam quadraginta dierum in pane, & aqua, quæ dicebatur *Carena*. Quando igitur indulgentia conceditur quadragena intelligendum est concedi pœnæ remissionem, quæ quadragena pœnitentia obtineretur. Si autem sit septima, indulgentia conceditur, quæ per pœnitentiam annorum 7. Et sic quando conceditur indulgentia unius, vel plurium annorum credendum est concedi illam indulgentiam, & pœnæ remissionem, quæ pœnitentia communi, & juridica illorum annorum obtineretur. *Nog. cum communi d.7.Sect.1.* contra paucos intelligentes eos annos, vel dies remitti ex pœnis purgatorij, qui in indulgentia exprimuntur.

147 Quando indulgentia conceditur *De pœnitentijs injunctis*, intelligitur de tantæ pœnæ relaxatione, & remissione, quanta correspondet pœnitentijs a confessario taxatis. *Nog.d.7.*

7.S.2. ubi multa profequitur de indulgentiarum clausulis. Imo, inquit, cum particula *de injunctis* sit ampliatiua, & non restrictiva; quādo indulgentia est de injunctis, valet ad remittendas pœnas peccatorum, etiam si pro illis nullæ pœnitentiæ sint injunctæ, ibidem n. 14.

148 Pro alijs, quæ circa indulgentias latius tractat *Nog. d. 7. S. 4.* Notabis 1. necessario requiri causam piam, & honestam, non solum ut licite, sed etiam ut valide concedatur indulgentia. Not. 2. requiri statum gratiæ in lucrante indulgentiam, non tamen toto tempore, quo opera injuncta ad lucrandam indulgentiam requisita implentur, sed solum in fine, quando effectus indulgentiæ applicandus, vel consequendus est.

149 Not. 3. Veriorem, & in praxi tenendam sententiam, docere pœnitentem tempore Jubilæi, vel indulgentiæ plenariæ non manere liberum ab implenda pœnitentia a confessario imposita (maxime si sit medicinalis) injungendas tamen a confessarijs pœnitentias mitiores. *Sect. 5. an. 54.* Quia tamen graves D. D. apud ipsum ibidem n. 45. inter quos *Suar. Coninch. Amic. & Card. de Lug.* docent pœnitentem manere liberum ab implenda pœnitentia non medicinali; ibidem n. 60. Cum multis docet confessarium, qui invenit pœnitentem non implevisse multas pœnitentias ex antea actis con-

fessionibus, posse, non auditis peccatis jam confessis, illas commutare in aliquam indulgentiam plenariam ab ipso pœnitente acquirendam: imo pœnitentem ipsum, si sit doctus, posse ex se facere eam commutationem, cum id fiat per meram subtractionem materiæ: quod intellige, exceptis medicinalibus, & præservativis pœnitentijs.

150 Not. 4. Concessionem indulgentiæ esse privilegium, & sicut alia privilegia, dupliciter revocari posse, vel per revocationem factam ab homine, vel per revocationem factam a lege. Unde sicut, si privilegium revocetur privatim per hominem, qui illud concessit; non habet effectum revocatio quousque privilegiato innotescat; ita etiam revocatio indulgentiæ privatim, & ab homine facta effectum non habebit apud ignorantes ipsam revocationem; qui proinde adhuc poterunt lucrari eam indulgentiam, donec illis de revocatione constet.

§ Et sicut revocatio aliorum privilegiorum, si fiat per legem Canonicam Romæ publicatam postquam ad privilegiatorum notitiam devenerit, aut commode devenire poterit (& non antea) obligat, & habet suum effectum; sic, & eodem modo Indulgentiæ Romæ revocatæ per legis promulgationem, manent revocatæ, etiam quoad ignorantes

rantes revocationem, post illud tempus, quo commode ad illorum notitiam devenire poterat, ut deinceps illas non possint lucrari. *Nog. d. 7. S. 6.* sic concilians DD. quorum aliqui affirmant, alij negant ignorantes revocationem indulgentiarum illas posse acquirere. Et post *n. 63.* refert indulgentias ut apocryphas, ac nullas a S. Congreg. 12. *Mart. a n. 1678.* approbante Innocentio XI. declaratas.

151. Not. 5. Indulgentijs non juvare opinionem probabilem, si coram Deo illæ veræ non sunt. Unde licet in alijs rebus favorabilis esse possit opinionum probabilitas, v.g. ut liberet a restitutione, jejunio, &c. etiam si re ipsa veræ non sint; non ita in indulgentijs: quanvis enim mille DD. dicant indulgentiam posse hoc, aut illo modo obtineri, vel esse plenariam, & ad hos, vel illos extendi; si re ipsa ita non est, beneficium tale non comparabit, qui illud conatus fuerit lucrari. Et ratio, quia operans juxta opinionem probabilem, ut indulgentiam lucretur, si illa in re non est vera, re ipsa non præstat opus præscriptum ad illam comparandam. Nec S. Pontifex supplet defectum, cum nullum inde sequatur publicum incommodum.

Quod si sufficit opinio certe probabilis, ut censeatur sacerdos habere jurisdictionem ad absolvendum a reservatis; inde non bene arguitur ad indulgentiam acquirendam. Nam ju-

risdictio ad absolvendum à reservatis ex opinione probabili est certa, supplente Ecclesia, seu conferente illam, si re ipsa talis non sit propter salutem animarum. In indulgentijs vero, quæ ad animarum salutem necessariæ non sunt, hoc supplementum non datur. *Nog. d. 7. a n. 79.*

## ARTICULUS I.

*Quæ, & sub quibus conditionibus Indulgentiæ concedantur initio Bullæ.*

152. **P**rimum privilegium, sive prima gratia in Cruciatâ illam valide accipientibus concessa est indulgentia plenissima, his verbis: *Plenissimam omnium peccatorum suorum, de quibus corde contriti, & ore confessi, sacraque communionem refecti fuerint; aut non valentes confiteri, neque communionem ipsa refici, id corde optaverint indulgentiam, & remissionem, quæ in anno Jubilæi elargiri consuevit, bis videlicet intra quemlibet annum, ita ut statim post sextum quemque ipsius trienij mensem indulgentia hujusmodi rursus à prædictis, & alijs eorundem regnorum, & dominiorum personis elemosynas denuo conferentibus, aliaque prædicta toties conficientibus consequi possint, &c.*

253. Conceditur igitur in dicta clausula indulgentia plenaria, seu plenissima (recole dicta *n. 145.*) semel in vita, durante anno publicationis Bullæ. Et si post sex menses a die publicationis Bullæ, sumatur chirographus

graphus elargiendo eleemosynam dimidij argentei, vulgo *bum vintem*, indulgentia plenaria secundo conceditur in vita. Et licet chirographus hic simul cum Bulla sumi possit, plenaria indulgentia in illo concessa lucrari non potest, nisi post semetse. Quia vero Pontifex de hac chirographi indulgentia ait, *Ita ut statim post sextum quemque ipsius triennij mensem, &c.*

154 Notabis 1. illud *Statim* non ostendere, quod non possit intra totos illos sex menses indulgentia obtineri, sed indicat, quod statim possit obtineri post sextum mensem, & non ante. Not. 2. Si cum Bulla simul, aut statim post sextum a publicatione mensem chirographus accipiat, indulgentiam in Bulla concessam lucranda esse intra primos sex menses a Bullæ promulgatione. At si Bulla sine chirographo accipiat (cum de illo accipiendo nulla detur obligatio) tunc poterit indulgentia obtineri quocumque die intra annum durationis Bullæ; quia hæc solum limitatur ad primos sex menses, quando accipitur chirographus.

§ Monet tamen *Nog. d. 7. n. 92.* optimum consilium esse, ut statim, nempe intra primum mensem ad summum, post Bullam, vel chirographum receptum, indulgentia lucretur. Quod si tam Bulla, quam chirographus post sex menses a publicatione recipiatur; posse ait utramque indulgentiam intra totos illos sex men-

ses, vel etiam intra tres, si tunc recipiatur, obtineri. Ibidem *n. 93.* quia erogata eleemosyna a Cómisario designata pro Bulla, & chirographo, non apparet fundamentum, cur ab utriusque indulgentijs fidelis quis excludatur.

155 Condiciones ad dictas tum Bullæ, tum chirographi indulgentias sunt contritio cordis, confessio oris, & communio. Incipiendo a confessione, Dico 1. Ad lucranda quamlibet ex dictis indulgentijs in valentibus confiteri requiritur confessio sacramentalis in re exhibita, maxime juxta Bullam lusitanam, in qua verba *Corde contriti, & ore confessi*, non possunt intelligi distributive, nempe aut confessio detur, aut contritio; sed necessario intelligenda sunt copulative, seu conjunctive, nempe ut detur contritio, & confessio simul cum comunione. Unde qui in quadagesima præterita confessus fuit, licet postea eliciat contritionem, in qua includitur votum confitendi in quadagesima futura, si re ipsa non confiteatur, cum possit, dictas indulgentias non lucrabitur.

§ Resolutionem intellige etiam de illis, qui nulla habeant peccata mortalia, sed sola venialia. Quod si præcepta annuæ confessionis, & ad recipiendam communionem solos obligant habentes conscientiam peccati mortalis; ideo est, quia per ea præcepta solum obligamur ad confessionem, ad

F

quam

quam tenemur de jure Divino; præcepto autem D. non tenemur confiteri peccata venialia, sed tantum mortalia. At ad lucrandam indulgentiam potest S. Pontifex exigere confessionem venialium, sicut alia opera pietatis, & consilij. *Nog. d. 7. a n. 98.*

156 Dico 2. Confessio ad dictas indulgentias lucrandas requisita debet esse valida, & non sufficit invalida, ex quocunque defectu invaliditas proveniat; quia per illam non redditur homo Deo gratus, nec dignus favore duplicis, nec alterius indulgentiæ concessæ; præterquamquod per illam etiam non satisfacit Ecclesiæ præcepto, si voluntaria sit, juxta propositionem ab Alex. VII. damnatam: *Qui facit confessionem voluntarie nullam satisfacit præcepto Ecclesiæ.* *Nog. d. 7. Sect. 9. 10. & 11. a n. 103.* qui n. 110. ait sufficere confessionem validam, & informem ( si dari potest ) dummodo ita confessus contritus perficiat ultimum opus ad indulgentiam præscriptum. Et n. 112. bene notat non requiri confessionem generalem totius vitæ.

157 Circa aliam conditionem ad lucrandas indulgentias Bullæ, & chirographi requisitam, nimirum contritionem, ibi, *corde contriti*: licet Attritio, quæ *Est dolor de peccatis propter eorum turpitudinem, vel ex metu gehennæ, & poenarum, seu carentia beatitudinis conceptus, cum proposito non peccandi de cætero*: specie differat a contriti-

one perfecta, quæ *Est dolor de peccatis propter Deum summe dilectum cum proposito non peccandi de cætero.*

158 Dico 1. Ad lucrandas dictas indulgentias sufficit Attritio, quæ etiam contritio dici solet, sed imperfecta. Dum enim dicitur *Corde contriti, & ore confessi*, intentio S. Pontificis est imponere partes essentielles Sacramenti poenitentiae; qualis est etiam attritio. Et ex hac ratione colligit *Nog. d. 7. n. 129.* ad lucrandas dictas indulgentias non sufficere dilectionem Dei super omnia; quanvis enim talis dilectio sit virtualis contritio, & sufficiat ad justificandum peccatorem extra Sacramentum; non tamen est sufficiens dispositio ad poenitentiae Sacramentum, nec illius pars essentialis sine dolore, & detestatione formali peccati.

159 Ut autem attritio sufficiat ad lucrandas dictas indulgentias, sicut etiam ad valorem Sacramenti poenitentiae, debet esse vera, & non sufficit existimata; nec bona fides poenitentis potest supplere defectum ad indulgentias, sicut neque ad valorem Sacramenti, quod validum esse non potest sine una parte essentiali vera. Debet præterea esse supernaturalis; & non sufficit naturalis, quanvis honestatum quia Innoc. XI. damnavit hanc propositionem, *Probabile est sufficere attritionem naturalem, modo honestam*; tum quia attritio, quæ disponit ad gratiam in Sacramento impetrandam, est do-

donum Dei, & Spiritus Sancti impulsus; ut dicitur in *Trid. Sæct. 14. c. 4. Nog. a n. 132.*

160 Nota deinde ad valorem Sacramenti, atque adeo etiam ad lucrandas dictas indulgentias requiri dolorem formalem, idest, contritionem sive perfectam, sive imperfectam, nimirum attritionem; licet confessio sit de peccatis mortalibus jam rite confessis, sive de solis venialibus: neque enim Sacramentum in aliquo casu validum esse potest, deficiente parte illius essentiali. Unde qui absque dolore efficaci confiteretur sola venialia, committeret peccatum mortale; gravissima enim res est facere Sacramentum irritum. *Nog. d. 7. a n. 139, qui n. 141.* bene docet sufficere, quod tunc dolor habeatur saltem de uno ex venialibus in ea confessione explicatis; quia jam tunc non frustraretur Sacramentum.

## A R T I C U L U S II.

*De communionem ad binas indulgentias requisita, & alijs huc spectantibus.*

161 **V**Ltimum, quod postulatur ad lucrandas indulgentias Bullæ, & chirographi est sumptio sacræ Eucharistiæ, ibi, *sacraque communionem refecti*, quæ non postulatur a Bulla Hispana. Et cum sit ultimum opus præscriptum, etiam ex hoc principio debet indulgentias lucraturus existere in gratia: communi-

ter enim docent DD. quando ad aliquam indulgentiam, vel Jubilæum obtinendum multa opera requiruntur, necessarium esse, & sufficere, quod in ultimo existat gratia.

162 Dixi, *etiam ex hoc principio*, quia licet communio non esset ultimum opus, adhuc ad lucrandas dictas indulgentias (idem dictum habeas de Jubilæo) deberet fieri in gratia 1. quia S. Pontifex quando ad indulgentias requirit communionem, non intendit sacrilegam, in qua suscipitur solum materialiter Sacramentum; sed eam communionem intendit, qua communicantes reddantur refecti; spiritualiter autem refecti solum redduntur per eam, quæ in statu gratiæ, & sine peccato mortali fit. 2. quia Pontifex non admittit communionem sacrilegam ad satisfaciendum præcepto communionis Paschalis; damnavit enim Innoc. XI. propositionem, *Præcepto communionis annuæ satisfit per sacrilegam Domini manducationem*: Ergo neque, &c. quando autem DD. dicunt opera præter ultimum, posse cum fructu fieri in peccato, vel supponunt communionem esse ultimum, ut in præsentem, & plerunque est; vel intelligendi sunt, excepta communionem *Nog. d. 7. a n. 144.*

163 Jam vero quoad eos, qui confiteri, & communicare non possunt, posse dictas binas indulgentias obtinere, si id corde optaverint, est certum ex ipsa Bulla, ibi, *Aut non valentes con-*

fiteri, neque communionem ipsa refici, id corde optaverint. Tunc autem dicitur quis non posse confiteri, neque communicare, quando ad hæc habet legitimum impedimentum, sive sit naturale, ratione cuius non habeat copiam confessarij, aut ad illum non possit accedere; sive impedimentum sit morale, v.g. quia confessarius est censura ligatus, maxime, si sit vitandus, qualis est nominatim excommunicatus, vel manifestus clerici percussor, qui nulla tergiversatione celari potest.

164. Dixi, maxime si sit vitandus, quia P. Sanch. lib. 7. de Matr. d. 9. n. 8. existimat licitum petere Sacramenta, etiam absque necessitate, ab excommunicato tolerato, dummodo aliud non sit impedimentum, præter excommunicationem; nec peccare confessarium sic præventum, nec irregularem manere: nam data facultate, ut datur, communicandi cum excommunicato tolerato, & ab eo petendi Sacramenta, datur etiam ipsi excommunicato indirecte facultas ministrandi, quando alius petit ob suam utilitatē.

§ Alij hoc limitant ad proprium parochum, a quo excommunicato tolerato (si non detur copia alterius confessarij) dicunt posse peti sacramenta extra casum necessitatis, & præcepti propter magnam utilitatem; quia ab Ecclesia toleratur, & datur jus petendi, & Parochus, si velit, potest sine peccato ministrare. Si vero

confessarius non sit proprius Parochus, licet sit paratus ad confessiones audiendas, non posse dicunt ab eo peti Sacramentum extra casum necessitatis, quia intercedit inductio ad actum in individuo, qui est peccatum sic Less. Suar. Reginal. Sol. Bonac. & alij.

§ Utrunque probabile reputat Nog. d. 7. n. 164. Ipse vero ibidem, & n. 161 tutius inquit operari est, qui si non habent copiam alterius confessarij, nisi excommunicati, quantumvis tolerati, confessionem differunt per aliquot dies, nullum inducendo ad peccatum mortale. Monet deinde n. 165. ad lucrandas dictas Bullæ indulgentias, etiam non data copia confessarij, nemini licere accedere ad sacram communionem, non præmissa confessione peccati mortalis, de quo conscius sit, ex Trid. S. 13. can. 11. & cap. 7. Et licet Concilium eodem cap. excipiat casum necessitatis urgentis, hæc non datur, ut quis indulgentias Bullæ lucretur, licet detur utilitas, quæ ad communionem sine prævia confessione mortalis non sufficit.

165. Quæres adhuc 1. An ad lucrandas indulgentias requiratur intentio formalis, dum media requisita exercentur, an vero sufficiat virtualis, quæ datur in eo, qui facit opus injunctum a Pontifice, nesciens tali operi indulgentiam esse annexam? R. requiri intentionem formalem, quando ad indulgentiam lucranda prære-

qui-



quiruntur aliqua opera ut media necessaria; quia Pontifex dum injungit talia opera, ea vult dirigi ad finem intentum. *Nog. d. 7. a n. 166.* Contra *Gobat, Card. de Lug. Scobar, Moya, & alios.* Qui dicunt sufficere virtualem. § Sin autem ad lucranda indulgentiam non requirantur opera antecedentia, sed ea concedantur facienti aliquod opus, v. g. recitanti coram aliqua imagine, sufficere ait *n. 169.* intentionem virtualem, quia unusquisque semper vult ex suo bono opere acquirere totum fructum, quem potest. Et quia ad lucrandas dictas Bullæ indulgentias prærequiruntur confessio, & communio, ideo juxta suam sententiam tenet *n. 170.* requiri intentionem formalem, id est, quod fiant intentione illas lucrandi. Et ibidem probabile putat posse confessionem, & communionem Paschalem pro una ex dictis indulgentijs acquirenda applicari, licet sint opera ex præcepto debita.

166 Quæres 2. An ad prædictas binas indulgentias lucrandas requiratur confessarij applicatio? R. negativè, quia in Bulla Lusitana S. Pontifex solum præscribit electionem confessoris, qui remissionem peccatorum impendat, ibi *In confessorem eligere... plenamque omnium peccatorum suorum remissionem impendere.* Ex quibus verbis non apparet indulgentiam debere applicari per confessarium, sed ut remissionem omnium peccatorum,

dum absolvit, impendat. Et in hoc Lusitana differt ab Hispana Bulla; hæc enim diversimode loquitur, ut videre est apud *Nog. d. 7. n. 171.* § Notat deinde *n. 173.* remissionem omnium peccatorum posse a confessario impendi, cum absolvit, per illa verba: *Passio D. N. ... sint tibi in remissionem peccatorum tuorum.* Et si ea verba enunciando obliviscatur intentionis absolvendi a pœnis; pœnitens habens Bullam remissionem omnium peccatorum obtinebit; quia confessarius semper habet intentionem absolvendi, quantum potest, tam a culpa, quam a pœnis per illa verba: *In quantum ego possum, &c.* Imo possit hæc fieri per confessionem sacramentalem cum intentione absolvendi a culpa, & pœnis, docet ibidem *n. 174.* ex *Suar.* Et quia, licet non necessarium, optimum consilium est petere a confessario absolutionem remissionis prædictæ, ibidem affert formulas, quibus uti potest, quarum una est: *Ego tibi impendo remissionem omnium peccatorum tuorum, quam ex Bulla tibi concedit S. Pontifex, in nomine Patris, &c.*

## C A P U T VIII.

*De Indulgentijs concessis tempore mortis.*

**O**rdinem Bullæ interrumpit hic *Nog.* ut conjunctim agat de indulgentijs, quæ in Bulla conceduntur vivis. Et quia hæctenus de-

plenissima indulgentia, quæ in Bulla conceditur semel in vita, item de alia, quæ etiam in vita conceditur post sex menses accipientibus chirographum juxta dicta n. 153. Circa mortis articulum.

167 Dico 1. In Bulla Lusitana etiam conceditur indulgentia plenaria pro mortis articulo. Resolutione hanc, quam certissimam dicit (quidquid in contrarium velit *Fragos.*) probat *Nog.d. 8. S. 1.* per totam ex verbis Bullæ Lusitanæ, ibi: *Semel in vita, & in mortis articulo... plenamque omnium peccatorum suorum remissionem impendere.* Item ex declaratione Commissarij ibi *Aos quais dando penitencia favedel conforme suas culpas, lhes concede plenaria remissão de todos seus peccados, & isto hũa vez na vida, & outra na morte.*

168 Dico 2. probabilius est hanc indulgentiam pro mortis articulo concessam, esse tantum concessam pro mortis articulo vero, idest, pro illo, in quo quis vere est moriturus; & non pro articulo mortis præsumpto, qualis est, in quo quis moriturus præsumitur, sed vere nõ morietur. Multiplici de capite id probat *Nog.d. 8. a n. 24.* Et certe intentio S. Pontificis, concedentis indulgentiam pro mortis articulo, est, ut accipiens Bullam ex hac vita decedat sine onere luendi pœnas in purgatorio, sicut ea est illius intentio in indulgentijs concessis pro eodem articulo confraternitatibus,

aut habentibus imagines, grana benedicta, quæ non requirunt applicationem, neque ministerium confessorij: sed hæc juxta commune DD. placitum intelliguntur concessæ pro articulo mortis vero; ergo etiam indulgentia Bullæ, licet confessoris ministerio indigeat.

169 Notanda hic est differentia inter Lusitanam, & Hispanam Bullam. Nam Bulla Hispana de hac indulgentia ait ibi: *Semel in vita, & semel in mortis articulo.* Lusitana vero ita habet: *Semel in vita, & in mortis articulo;* & cum non addatur dictio *semel* ad mortis articulum, sed tantum ad indulgentiam in vita, inde (inquit *Nog.d. 8. n. 26.*) Sequitur alia magis pia expositio, quæ videtur satis probabilis, non tamen videtur certissima: scilicet non solum acquiri indulgentiam in vero mortis articulo; sed etiam in quolibet mortis articulo, etiã si mors non sequatur, vel donec mors vere sequatur, durante eodem anno. Et certe cum beneficium principis, quale est hoc, ample fit interpretandum, quando illud ipse non limitat, probabiliter discurrit, qui id colligit ex concessione indefinita pro mortis articulo abque ulla limitatione. Alias rationes vide apud cit. *Auth. a n. 27.*

170 Quæres adhuc 1. An hæc indulgentia concessa pro mortis articulo acquiratur etiam in mortis periculo? Observata differentia, quæ datur inter articulum, & periculum mor-

mortis strictè sumptè, differunt enim metaphysice, licet moraliter, & quoad absolvendum a reservatis, pro eodem communiter accipiantur. In ordine ad indulgentiam, in quo est dubium, respondet *Nog. d. 8. n. 39.* etiam acquiri in mortis periculo, quæ pro articulo mortis conceditur: 1. quia cum privilegia Bullæ ample sint interpretanda ex dictis *a n. 11.* clausula *in mortis articulo* extendi debet ad mortis periculum. 2. quia a S. Pontifice in Bulla designatur mortis articulus illum confundendo cum periculo, ut sæpe in jure confundi ibidem ostendit *n. 37.*

171 Quæres 2. An requiratur confessarij applicatio, ut aliquis in mortis articulo obtineat indulgentiã Bullæ? *R.* Non indigere alia confessoris applicatione, quam ea, de qua supra *n. 166.* Bulla enim de hac indulgentia in morte loquitur eodem modo, quo de illa in vita acquirenda, ibi: *plenamque omnium peccatorum remissionem impendere. Nog. d. 8. n. 33.* qui *n. 15.* bene docet contra *Mend.* si applicatio indulgentiæ necessario fieri debet, per actum externũ faciendum esse; quia hæc potestas ab Ecclesia visibili concessa est. & *n. 16.* non posse juxta Bullam Lusitanam a confessario impendi remissionem peccatorum moribundo absenti, quia requirit confessionem, atque adeo præsentiam. At juxta Bullam Hispanam, in qua ad indulgentiam non requiri-

ritur confessio, maxime vero confessoris applicatio, probabiliter docet *Trullench,* posse absenti applicari.

## ARTICULUS UNICUS.

*De alijs indulgentijs, alijsquè privilegijs in Bulla concessis illis, qui contriti absque confessione decedunt.*

272 **A**Lia conceditur indulgentia in Bulla per hæc verba: *Eos etiam, quos dicto anno durante, contigerit ob repentinam mortem, vel confessorum absentia sine confessione decedere, modo ipsi contriti decesserint, & prius statuto tempore confessi, nec hujus nostræ concessionis negligentiores fuerint, volumus plenariam, ut præfertur, remissionem consequi posse; eorumque corpora, nisi forte vinculo excommunicationis innotati decesserint, non obstante etiam interdicto, etiam Apostolica auctoritate appposito, Ecclesiasticæ tradi sepulturæ.* Quæ omnia vulgari sermone habentur in compendio.

173 Tria ad hanc indulgentiam lucrandam requiruntur, 1. ut morte repentina, vel in absentia confessorũ sine confessione decedant. 2. quod contriti moriantur; existenti enim in peccato mortali indulgentia non prodest. At si post ultimam confessionem in nullum peccatum mortale inciderint existimat. *Nog. d. 8. n. 41.* non requiri a Pontifice contritionem de venialibus, aut mortalibus jam remissis. 3. quod morientes confessi fuerint.

fuerint ab Ecclesia statuto tempore, quale est pro Lusitania quadragesimali, & in hoc negligentes non fuerint ob fiduciam hujus indulgentiæ. Nota tamen ex *Nog. cit. an. 47.* Confidentiam, ut impediatur hujus indulgentiæ acquisitionem, debere esse positivam, & non sufficere negativam, seu concomitantem, pro cuius intelligentia vide dicta *n. 38.*

**174** Ultima clausula Bullæ superius relata *n. 172.* duo continet: 1. quod decedentes morte repentina, vel sine confessione possint sepeliri in loco sacro, non obitante interdicto. De hoc tamen infra. 2. excludit ab Ecclesiastica sepultura prædictos, si excommunicati decedant; certum enim est excommunicatum non posse in loco sacro sepeliri, etiam si in gratia decesserit; nisi prius absolvatur cap. A nobis, cap. Sacri de sent. excom. cap. Is, cui eod. tit. in 6.

**175** Quæres 1. An proxime dicta intelligenda sint etiam de excommunicato tolerato, sive non vitando; ita ut etiam non possit in loco sacro sepeliri? Negativam sententiam probabiliorum iudicat *Nog. d. 8. n. 53.* Quia post Extravag. *Ad vitanda* prohibitio non cadit super ipsos excommunicatos, qui se ipsos sepelire non possunt, sed super fideles, ne illos sepeliant: & fideles non magis prohibentur communicare cum excommunicatis mortuis toleratis, & non vitandis, quam cum vivis. Absolutio-

ne tamen indigent hujusmodi excommunicati, ut Ecclesiæ suffragijs fruantur.

**176** Quæres 2. An excommunicati vitandi, si in gratia decedant, indigeant absolutione, ut possint sepeliri in loco sacro? Respondet *Nog. ibidem n. 55.* probabilior sibi videri defunctos excommunicatos simpliciter, & absolute indigere absolutione, ut in loco sacro sepeliantur; quanvis enim mortuus proprie censura ligari non possit, quæ in eum vivum lata fuit, aliquo modo in eo munere potest, ut ratione illius corpus inhabile sit ad sepulturam Ecclesiasticam, & anima ad fruendum orationibus, & suffragijs, ad quæ habilitari debent per absolutionem, & non per solam declarationem de eo, quod non obierit in pertinacia, quod ex *n. 56.* late probat ex jure, & ratione.

**177** Absolutio autem defuncti ab eo tantum potest fieri, a quo poterat vivus absolvi, sive per ordinariam, sive per delegatam jurisdictionem. Et non potest absolutio impendi a quocunque sacerdote, licet defunctus, dum viveret, Bullam haberet, ratione cuius poterat absolvi semel in vita, & in mortis articulo a quocunque approbato. Tum quia per mortem jam cessavit articulus mortis, in quo tam a censuris, quam a peccatis potuisset absolvi: tum quia etiam per mortem cessant Bullæ privilegia, excepto sepulture Ecclesiasticæ tempore

pore interdicti. *Nog.d.8.a.n.60.*

178 Notat etiam *n. 59. ex Suar.* non indigere absolutione post mortem defunctum excommunicatum vitandum, qui in articulo mortis fuit absolutus a quocunque sacerdote etiam simplici; quia illa absolutio fuit ex jurisdictione omnibus sacerdotibus pro eo articulo quasi delegata. Et hoc multi extendunt ad absolutionem excommunicationis a laico datam in absentia sacerdotis, quod *Nog.* probabile dicit, at probabilius oppositum.

179 Quæres 3. An si excommunicatus sepultus jam sit in loco sacro, debeant exhumari saltem illius ossa. *Resp.* Affirmative, si ossa ab alijs discerni possint, ex cap. *Sacris de sepult.* quod intellige de excommunicato vitando, & publico; nam si sit toleratus, & occultus ex dictis *n. 175.* constat probabilius esse non indigere absolutione, ut in loco sacro sepeliatur; ut autem Ecclesie suffragijs fruatur, secreto absolvi debet; si fieri possit. *Nog.d.8.n. 58. & 62.*

### C A P U T IX.

*De participatione bonorum operum in Bulla concessa.*

180 **P** *Ræterea* [inquit Bulla] *illos omnium precum, eleemosynarum, peregrinationum, etiam Hierosolymitarum, cæterorumque bonorum operum, quæ in militanti Ecclesia univer-*

*sali, & singulis ejus membris sunt, participes esse volumus.* Conceditur autem hæc gratia (quæ sane magna est) omnibus Builam Lusitanam habentibus sine aliqua jejunijs, & orationum conditione, quam habet Bulla Hispana.

181 Ad hujus privilegij, & gratiæ intelligentiam supposita illa *Sanctorum communione*, quæ habetur in symbolo, & datur inter justos in Ecclesia constitutos sub uno capite Christo; sciendum est 1. in operibus cujuscunque justus dari meritum, satisfactionem, & impetrationem. Meritum de condigno gratiæ, & gloriæ solum justo operanti favet, & alteri applicari non potest. Satisfactio est, quæ datur pro pœna temporali ex peccato remissa debita; quam Justus & sibi, & alteri applicare potest, dummodo alter, cui applicatur, sit in gratia. Impetratio, quæ a Theologis vocatur meritum de congruo non solum impetranti, sed alijs etiam peccatoribus prodesse potest.

182 Sciendum 2. Si Justus pro se v.g. jejuset, vel oret, & non indigeat illa satisfactione, aut illius parte, satisfactionem superabundantem ex eo jejunijs, vel oratione reservari in thesauro Ecclesie; supra quæ solus Pontifex jus habet illum distribuendi. Et si justus illud jejunijs, vel orationem pro alio applicet, & hic alius ea non indigeat, quia est in gloria; vel illius sit incapax, quia est in mortali, vel in

gehenna; tunc etiam illa satisfactio reponitur in thesauro Ecclesię. Et simile quiddam potest de merito impetrationis, cū hoc discrimine, quod meritum satisfactoriū, si multis applicetur, minuitur; at meritum quatenus impetratorium, quanto ad plures extenditur, tanto magis crescit. Nam qui pluribus jejunit, magis meretur, quia sibi, & alijs meretur, nec minus sibi impetrat, eo quod alijs etiam impetret.

183 Quando igitur Pontifex cōcedit in Bulla participationem bonorum operum non solum concedit omnia merita impetratoria bonorum operum, in quibus communicant omnes fideles, sed etiam omnes satisfactiones superabundantes, quę in toto orbe peraguntur, sive sint ex eleemosynis, sive ex peregrinationibus Hierosolymitanis, quę specialiter exprimuntur, ut intelligamus etiam maximarum satisfactionum participationem in hac clausula omnibus Bullam habentibus concedi; qui si in gratia sint, in eo momento, quo illa opera a Justis exercētur, statim antequā reponantur in thesauro Ecclesię, illa participant. *Nog. d. 9. Sect. 1.*

### CAPUT X.

*De indulgentijs stationum in Bulla Cruciatæ concessis.*

184 **A**d hoc (prosequitur Bulla) eos, qui in loco, ubi i-

psos morari contigerit, singulis quadragesimalibus, & alijs anni temporibus, ac diebus stationum Ecclesiarum almę urbis, & extra illius muros quinque Ecclesias, sive altaria, seu si ibi tot Ecclesię, vel altaria non fuerint, quinque unam Ecclesiam, seu unum altare devote visitaverint, precesque ad Deum pro Sanctę Romanę, & universalis Ecclesię Catholice conservatione, & salubri directione, paceque inter Christianos Principes confovenda, & alias, prout cujusque suggeret devotio, pie effuderint, omnes, & quascunque indulgentias tam pro se, quam per modum suffragij pro illis, qui in charitate Christi decesserint, & pro quibus ipsi visitaverint, consequenter, quas consequerentur, si eisdem temporibus, & diebus singulas Ecclesias dictę urbis, & extra illius muros hujusmodi, pro eisdem stationum indulgentijs consequendis deputatas personaliter visitassent.

185 Pro harum indulgentiarum notitia sciendum est i. multas esse Ecclesias tam intra, quam extra muros, ad quas Romę fiunt stationes, in quibus sunt copiosissimę indulgentiæ. De Basilica S. Joannis Lateranensis ait Bonifacius VIII. apud Sorb. *Indulgentiæ Ecclesię Lateranensis numerari non possunt, nisi a solo Deo, & ego omnes illas confirmo; & ad illam plures fiunt stationes; in Basilica S. Petri per integrum annum singulis diebus, & in eis conceditur indulgentia plenaria.* Addit Sorbus Romę

mæ quotidie ad minus tribus in locis esse remissionem plenariam omnium peccatorum. *Quintanad. Gobat, & alij* asserunt quotidie esse in aliquibus Ecclesijs indulgentias plenarias, in alijs 4000 annorum, & 1500 quadragenarum. *Nog.d. 10. Sect. 1.*

186 Sciendum 2. S. Congreg. indulgentijs præpositam die 7. Mart. ann. 1678. Suo decreto, quod sanctitas sua probavit, & inviolate servari iussit, hæc circa stationum indulgentias sanxisse: *Indulgentias vero stationum urbis, quæ à Romanis Pontificibus singulari quodam beneficio, vel communicatæ sunt, vel communicabuntur interdum aliquibus locis, or dinibus, & personis diebus tantum stationum in Missali Romano descriptis suffragari posse declarat: semel autem duntaxat, in die plenariam indulgentiam in certos dies Ecclesiam visitantibus concessam, vel aliud pium opus peragentibus lucrifieri.*

187 Jam vero ex hoc decreto colliges 1. Indulgentias stationum in Bulla concessas etiam esse plenarias, ultima enim illius verba clare concedunt in diebus stationum plenariam lucrifieri indulgentiam, quod etiam optimis rationibus, & ex sumario Lusitano probat *Nog.d. 10. a n. 13.* Contra non paucos, quos refert *n. 8.* Contrarium ante dictum decretum sentientes.

188 Colliges 2. indulgentias plenarias stationum in Bulla concessas

non posse pluries eadem die obtineri repetendo visitationes: dicitur enim ibi: *Semel autem duntaxat in die plenariam indulgentiam, &c.* Id etiam optimis rationibus probat *Nog. à n. 30.* contra multos, qui ante dictum decretum contrarium affirmabāt, quos refert *n. 25.* Deinde à *n. 31.* ad 1. neque ab habentibus duplicem Bullam Hispanam posse tales indulgentias bis eodem die acquiri; & probabiliter neque ab habente Bullam simul, & privilegium ad eandem indulgentiam, v.g. quia est Religiosus, vel ex aliqua confraternitate, in qua eadem stationum indulgentia conceditur.

189 Nihilominus quoad hoc secundum, ut probabilius docet *a n. 34.* posse eodem die pluries acquiri indulgentias; quia concessionem ad has binas indulgentias stationum tunc sunt impetratæ per diversa indulta, ex circumstantijs diversis, & ob diversos fines. Et ex eodem fundamento idem docet *n. 35.* quando festum alicujus sancti, in quo datur indulgentia, concurrat cum die stationum. Ita tandem *n. 36.* de indulgentijs, quæ non sunt temporariæ, quales sunt multæ, quæ conceduntur habentibus numismata sacra, imagines, cruces, visitantibus talem Ecclesiam, recitantibus talem orationem &c. De his inquam, indulgentijs docet posse eodem die obtineri pluries, si sæpius opus injunctum repetatur; dummodo ad illas acquirendas, non deter-

minetur tempus; si enim determine-  
tur, semel tantum acquirantur eo  
tempore, quo conceduntur.

190 Collig. 3. Indulgentias sta-  
tionum in Bulla concessas non posse  
quotidie obtineri (quanvis juxta di-  
cta n. 185. omnibus anni diebus Ro-  
mę sint stationes cū indulgētijs plena-  
rijs) nā *Diebus tantū stationū in Missa-  
li Romano descriptis suffragari posse de-  
clarat* Decretum adductum n. 186.  
*Nog. d. 10. a n. 41.* Contra alios ante  
dictum decretum asserentes quotidie  
posse dictas indulgentias virtute Bul-  
læ obtineri.

191 Sed quid dicendum, quando  
duæ stationes in Missali Romano  
descriptæ occurrunt eodem die, v.g.  
si dies S. Marci (in qua ratione litan-  
iarum maiorum datur statio ad S. Pe-  
trum) occurrat in aliquo ex diebus  
infra octavam Paschæ, in quibus dan-  
tur stationes ad diversas Ecclesias?  
Respondet *Nog. a n. 46.* ipso die binas  
indulgentias acquiri posse pro dupli-  
ci defuncto, vel unam pro ipso ac-  
quirente, & pro defuncto alte-  
ram. Neque hoc est contra dicta n.  
188. quia ibi dicta procedunt de sta-  
tionibus Bullæ, quarum una tantum  
in Missali Romano erat descripta; aut  
de indulgētijs, quarum finis, & cir-  
cūstantiæ erant eadem. In præsen-  
ti vero loquimur de duabus indul-  
gētijs, aut stationibus eadem die  
occurrentibus ex diverso fine, & cir-  
cūstantijs, juxta dicta n. 189. Et

habemus exemplum in Natalitio Do-  
mini, in quo ad tres missas tres dan-  
tur stationes, & tres indulgētiæ ple-  
nariæ in illis concessæ possunt acqui-  
ri, & pro tribus de functis applicari, si  
Ecclesiarum, vel altarium visitatio-  
nes triplicentur.

192 Stationes autem in Missali  
Romano descriptæ, ut in promptu  
habeantur, sunt in omnibus Domi-  
nicis Adventus, in diebus quatuor  
temporum Decembr. & Sept. in die  
Natalis Domini tres, una ad quam-  
libet missam, in die S. Stephani, S.  
Joannis Evang. SS. Innoc. die Cir-  
cūcisionis, & Epiphaniæ; Dominicis  
Septuagesimæ, Sexagesimę, & Quin-  
quagesimæ, ac singulis diebus Qua-  
dragesimæ cum suis Dominicis; in  
die Paschatis, & reliquis diebus usque  
ad Dominicam in Albis inclusive: in  
die Ascensionis, & litaniarum Maio-  
rum, ac Minorum; ac privigilio Pé-  
tecostes inclusive, usque ad Do-  
minicam SS. Trinitatis exclusive, si  
qui alij pro stationum indulgētijs  
acquirendis habentur in Catalogo  
summarij, delendi sunt. *Nog. d. 10.  
a n. 43.*

#### ARTICULUS I.

*Quid nomine Ecclesiæ, vel Altaris ve-  
niat, & de illorum visitatione, ut  
indulgentia stationum obtine-  
atur virtute Bullæ?*

193 **D**ico I. Nomine *Ecclesiæ*  
veniunt omnia templa,  
capel-



capellæ, Eremitoria auctoritate Episcopi erecta, in quibus missa, & alia D. officia celebrari possunt; etiam si in suburbis, prædijs, agris, hortis, & carceribus sita sint. Probabiliter etiam veniunt nomine *Ecclesiæ* in ordine ad hanc visitationem oratoria privata, & domestica ab Ordinario approbata ad celebrandum; aut saltem veniunt nomine *Altaris*, cum sint ad celebrandas missas destinata. Quod si habens licentiam ad oratorium privatum ex brevi Pontificio, & Ordinarij approbatione, moriatur, aut ad aliam civitatem divertat sine animo ad eam domum revertendi, probabilius est illud deinceps non venire nomine *Ecclesiæ*, vel *Altaris* ad has visitationes, juxta inferius dicenda *cap. 12. a n. 24. Nog. d. 10. n. 59.*

194 Veniunt tamen ad dictas visitationes nomine *Ecclesiæ* Templum, in quo non licet celebrare propter aliquod impedimentum canonicum, quo cessante, in eo celebrabitur; quia vere est adhuc Ecclesia auctoritate Episcopi erecta. Item Eremitoria, quæ sunt in agris, quorum Altare aram non habet; quia adhuc sunt destinata ad missæ celebrationem, & illorum Altaria propriam Altaris rationem habent, etiam dum aram non habent; quod si in aliqua Ecclesia destruat Altare, non lucrabitur indulgentia stationum, si locus, ubi erat, visitetur; quia jam

Altare non visitatur. Secus dicendum, si visitetur Ecclesia, in qua nullum est Altare, eo quod paulatim destruitur, & paulatim reedificatur; quia adhuc est vere Ecclesia. *Nog. d. 10. n. 80. & à n. 64.*

195 Dico 2. Nomine Altaris venit illa mensa firma, & stabilis, quæ approbata est ad Missæ Sacrificium in ea celebrandum à potestatem habente, unde sufficit visitare Altare, quod in navibus erigitur, ut Missa in eo celebretur, & quæ habentur in prædijs, domibus privatis; & quæ licet non sint ab Episcopis erecta, nec approbata, sunt tamen ab illis, qui ad id privilegium a Pontifice habent; ut sunt oratoria, & capellæ intra claustra, & in prædijs Regularium. *Nog. n. 71. qui n. 65. dixerat,* quando in aliqua residentia, vel domo Religiosa unum tantum est oratorium, posse Bullam habentes in illo indulgentias stationum lucrari, visitando illud quinque [si in eo loco alia altaria, vel Ecclesiæ deficient] quia venit nomine *Ecclesiæ*, vel *Altaris*.

196 Dico 3. Licet in oppido, vel civitate, in qua quis moretur, inveniantur quinque Ecclesiæ, potest quis pro suo libito visitare quinque altaria; quia Bulla utitur alternativa dictione, sive ibi: *Quinque Ecclesias sive altaria*. Quod si in oppido non reperiat, nisi una Ecclesia, vel unum altare; etiam ex Bulla certum est

sufficere illam Ecclesiam, vel altare quinquies visitari; ibi: *si ibi tot Ecclesie, vel altaria non fuerint, quinquies unam Ecclesiam, vel altare devote visitaverint.*

197 Dubium est 1. quando in oppido reperiantur duo, tria, vel quatuor altaria. An omnia sint visitanda, & loco eorum, quæ deficiunt, alia, vel aliud tot vicibus, quot defunt ad quinque? An sufficiat unum tantum ex illis duobus, tribus, vel quatuor altaribus visitari quinquies? & modum utrunque sufficere, secundus autem est magis secundum literam dicentem, *si ibi non sint quinquies altaria, sufficere unum quinquies visitari*; in oppido autem, in quo solum dantur duo, tria, vel quatuor altaria jam non dantur quinque.

198 Dubium est 2. An si in oppido sint quinque Ecclesie, quarum una habet quinque altaria; quælibet vero ex alijs unum tantum habeat, possitne unum altare quinquies visitari, si ad has visitationes eligatur una ex Ecclesijs habentibus unum tantum altare? & non sufficere ad indulgentiam obtinendam visitari quinquies unum altare; quia in casu proposito non esset verum, quod ibi, idest, in loco, ubi morari contigerit, non darentur quinque altaria. *Nog. d. 10. a n. 118.*

§ Per hoc tamen non negatur, quod Moniales, quæ unum tantum altare habeant, Carceribus detenti, infir-

mi Religiosi, & non Religiosi senes, qui domo egredi nequeunt, & alij impedimēto detenti, de quibus *Nog. n. 112; & 126.* possint unum altare quinquies visitando, indulgentiam obtinere, licet alia in eo oppido inveniuntur. Nam pro illis perinde est alia altaria dari, ac si non darentur.

## ARTICULUS II.

*De intentione, oratione, devotione, tempore, loco, & modo, quibus faciendæ sunt visitationes.*

199 **A**D lucrandas stationum indulgentias requiri intentionem saltem virtualem illas lucrandi, dum Ecclesie, vel altaria visitantur, constat ex dictis *n. 165.* De precibus in eisdem visitationibus fundendis pro Ecclesie Romanæ cōservatione, & salubri directione, paceque inter Principes Christianos constat ex textu Bullæ allato *n. 184.* si vero aliquis ignoret pro qua re sint orationes fundendæ; sufficit pro intentione S. Pontificis illas offerre. Non requiritur confessio, neque cōmunio, requiritur tamen, ut lucraturus indulgentias sit in statu gratiæ, saltem quando ponit ultimum requisitum, v.g. quando visitat ultimam Ecclesiam, vel altare.

200 Dubium est, qualis, & quanta debeat esse oratio; & an sufficiant preces debitæ ex voto, aut pænitentia, vel alia obligatione? & 1. saltem

ut

ut tutius requiri orationem vocalem. *¶* 2. ad minus requiri, & sufficere in singulis altaribus, pro visitatione recitare quinques *Pater noster*, & quinques *Ave Maria*. *¶* 3. ut probabilius saltem, & tutius non sufficere preces ex alio titulo debitas; quia quando Pontifex ad lucrandas indulgentias aliquod requirit opus, intelligitur de opere non obligatorio, nisi exprimat, aut ex circumstantijs colligatur, ut colligitur, quando Jubilæum duplicis hebdomadæ publicatur v. g. in quadragesima *Nog. d. 10. a n. 84. ad 92.*

201 Circa devotionem; quia in Bulla dicitur, *Devote visitaverint*, tutius est visitationes fieri debere absque ullo peccato veniali, v. g. vanæ gloriæ, immodestæ, vel cujuslibet finis venialiter mali; maxime si uno, eodemque actu, nempe ex vanagloria, & ex motivo acquirendæ indulgentiæ, quis moveatur ad visitandas Ecclesias, vel altaria. Probabile tamen est prodesse visitationes factas cum peccato veniali, si visitans oret cum ea attentione, modestia, & corporis compositione, quæ ad horas canonicas recitandas, & Missam audiendam requiruntur. *Nog. d. 10. a n. 101.*

202 Quoad tempus tenendum est visitationes fieri debere intra eundem diem naturalem, in quo datur statio Romæ ad aliquam Ecclesiam designata in Missali Romano,

qui dies comprehendit 24 horas a prima media nocte, usque ad mediam noctem sequentem, & intra hoc temporis spatium possunt visitationes fieri noctu, diuque; item interrumpi, ita ut una hora, vel matutino tempore visitetur una Ecclesia, & alia hora, vel tempore vespertino visitetur alia, dummodo eadem die fiant, quia Pontifex non exigit fieri simul, exigit tamen, ut eadem die fiant, quæ sit oratio. *Nog. d. 10. a n. 95.*

203 Quoad locum, ex quo debeant fieri visitationes, occurrit commune dubium: An quando quis ob multitudinem ad Ecclesiam confluentem illam ingredi non potest, sufficiat à foribus quinque Altaria in ea, sita visitare. Respondeo sufficere, si omnia quinque Altaria sint in prospectu; quia ea præsentia moralis requiritur ad Altarium visitationem, quæ ad Missæ auditionem; a foribus autem Ecclesiæ Missa audiri potest, si in Altaribus, quæ in prospectu sunt, celebretur.

§ Quod si Altaria non sint in prospectu, probabilius, & securius est non posse à foribus visitari, licet inde videatur ingressus capelle, in qua Altare est; tunc enim non datur præsentia moralis sufficiens ad audiendam missam, sicut non datur in Monialibus, ut ex choro missam audiant, in Altari, quod est in capella, cujus tantum ingressum aspiciunt. Quod si tanta sit cōfluentium ad Ecclesiā multitudo,

ut ingressum impediatur, tunc ad fores existentes cum illa multitudine, unam præsentiam moralem efficiunt sufficientem ad Missam audiendam, atque adeo ad visitanda etiam Altaria, quæ in prospectu non sunt. *Nog. d. 10. à n. 106.*

204 Tandem circa modum, quo sunt visitanda quinque Altaria, vel unum, quando in oppido quinque non dantur, an scilicet visitationes fieri debeant aliquo corporis motu, v.g. surgendo, genuflectendo, vel caput inclinando, dum singulæ fiunt ex eodem loco ad idem Altare, vel ad quinque in eadem Ecclesia sita, ad quæ detur moralis præsentia? Respond. duplicem dari sententiam. 1. asserit non requiri ad quamlibet visitationem ullum corporis motum, sed sufficere corde moveri. 2. sententia, & securior, & probabilior, ad quamlibet Altaris visitationem requirit aliquem corporis motum, vel capitis inclinationem. Quia Pontifex, ut est Caput Ecclesiæ visibiles visitationes exigit, atque adeo sensibiles, & non mentales, sicut mentales nõ exigit preces juxta dicta n. 200. *Nog. d. 10 à n. 114.*

### ARTICULUS III.

*An stationum Indulgentiæ possint pro defunctis applicari, ubi obiter de Regularium privilegio ad illas.*

205 **P**osse stationum Indulgentias pro defunctis ap-

plicari, constat ex Bulla Latina ibi: *Tam pro se, quam per modum suffragij pro illis, qui in Christi charitate decesserint.* Sed quando hæc applicatio fiat, ea intentione fieri debent visitationes Ecclesiarum, seu Altarium, ut pro defuncto destinato profint. Quid vero sit indulgentia per modum suffragij, & an requiratur status gratiæ in eo, qui indulgentias applicat pro defunctis? Ex dicendis cap. ultimo constabit.

206 Diligenter hic notandum. Licet in summario certi designentur dies pro anima à Purgatorio liberanda, hoc non obstante, non solum in talibus diebus, sed etiam in omnibus alijs, in quibus in Missali Romano pro statione describitur dies (quos retulimus n. 192.) posse cum fructu eam applicationem fieri, quia S. Pontifex eam applicationem concedit pro omnibus stationum Indulgentijs, quæ pro vivis applicari possunt.

207 Notandum 2. nec pro illis diebus in summario designatis; nec pro quocunque alio, posse habentem Bullam obtinere duas Indulgentias, unam pro se, alteram pro defuncto, licet in illis diebus repetat Ecclesiarum, vel Altarium visitationes. Est contra *Scobar, & Trullenb,* ut certum tamen tenendum est ex Decreto S. Congreg. adducto n. 186. & ex dict. n. 188. *Nog. d. 10, à n. 128. qui n. 134. ait: sine aliqua mentis, vel*

vel temporis prioritate hæc stationum Indulgentia pro se ipso, & pro aliquo difuncto simul à vivente applicetur, nulli prodesse, sicut indulgentia in Bulla Defunctorum concessa per modum suffragij, si duobus applicetur, neutri prodest.

208 Notand. 3. non posse defunctis per modum suffragij applicari indulgentiam stationum, quæ à Paulo V. fuit concessa omnibus Regularibus utriusque sexus his verbis: *Fidem Religiosi intra Claustra viventes, qui suam Ecclesiam devotè visitaverint, & ut præfertur, oraverint ( idest ex superius dictis pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, Romani SS. Pontificis salute, ac S. Matris Ecclesie exaltatione) consequentur easdem indulgentias, quas visitando Ecclesias Urbis, & extra eam diebus stationum consequuntur in omnibus diebus, perinde ac si ipsas Urbis Ecclesias visitassent.*

Ubi non conceditur posse eas indulgentias defunctis applicari, quando autem hæc applicandi potestas non exprimitur, non censetur concessa.

§ Quia tamen in prædicta clausula conceduntur eadem indulgentiæ, quas consequerentur, si Ecclesias Urbis, & extra muros in diebus stationum visitarent, & præterea in multis eorundem stationum diebus conceduntur Indulgentiæ pro defunctis, dicendum est has posse à Regularibus pro defunctis applicari. Qui autem

sint dies, in quibus hæc defunctis conceduntur, habes in Cathalogo Indulgentiarum in fine sumarij cum ista ✕ nota. In reliquis regulandū est hoc Regulariū privilegiū juxta superius dicta de privilegio Bullæ, nisi quod ad illius indulgentias consequendas, nõ quinque Ecclesiarū, vel Altarium, sed solius Ecclesie ipsorum Religiosorum requiritur visitatio. *Nog. d. 10. à n. 52.* ubi notat hoc privilegium emanasse post revocationem indulgentiarum, aliàs Regularibus concessarum, atque adeo hodie vigere, & n. 68. advertit ad visitationem non venire nomine Ecclesie Regularium illius Capellæ, aut oratoria intra claustra existentia. Quod etiam diligenter est notandum pro Jubilæo duplicis hebdomadæ, si Ecclesia Regularium visitanda designetur.

## C A P U T XI.

*De privilegijs in Bulla Cruciatæ pro tempore interdicti concessis*

209 **Q**Uæ tempore Interdicti, & circa oratoria, horaque celebrandi Missam in Bulla conceduntur in illius textu, sic proponuntur: *Ac etiam alijs, qui... in manutentionis hujusmodi subsidium alias pias eleemosynas fecerint, pariter concedimus, ut... libere possint in privato Oratorio ad Dei cultum duntaxat deputato, ab Ordinario loci approbando, & visitando, etiam in locis interdicto, quavis etiam Apostolica auctoritate*

suppositis, dummodo ipsi causam non dederint huiusmodi interdicto, vel per eos non steterit, quominus illud amoveatur; ac etiam illustribus, & alijs nobilibus, qui facultatem ad id à Commissario, super hoc deputando habuerint etiam per horam, ante quam dies elucescat, & per horam post meridiem, excommunicatis, & interdictis prorsus exclusis, per se ipsos, si Presbyteri fuerint, seu per alium, vel alios sacerdotes, ut præfertur, approbatos, in sua, ac familiarium, ac domesticorum, & consanguineorum suorum præsentia Missas, & alia Divina officia celebrare, & tempore Interdicti huiusmodi divinis interesse, nec non Eucharistiæ, & alia Ecclesiastica sacramenta, præterquam in die Paschatis, recipere, & eorum decedentium corpora cum moderata funerali pompa Ecclesiasticæ tradi sepulture.

210 Ut autem quæ in his clausulis conceduntur, melius percipiantur, supponendum est 1. Interdictum definiri: *Censura Ecclesiastica prohibens usum aliquarum rerum, ut fidei-lium cõmunionem, & quatenus est usus talium rerum.* Res verò, quas prohibet, sunt 1. Divina officia. 2. Ecclesiasticam sepulturam. 3. ministrari aliqua sacramenta, vel suscipi Eucharistiam, Ordinem, & extremañ unctionem, cum hac tamen limitatione, quod in articulo mortis potest recipi Eucharistia, & extrema unctio, quando quis in eo periculo non potuit recipere

sacramentum pœnitentiæ. Alia verò sacramenta Baptismi, Confirmationis, Pœnitentiæ, & satis probabiliter, Matrimonij non prohibentur. Et omisissis, quæ de jure antiquo concessa, erant in cap. *Permittimus de sent. excommunicat*; cap. *quod in te de pœnit. & remission.*

§ Jure novo in cap. *Alma mater de sent. excom. in 6.* fuerunt prædicta moderata, quia concessum fuit tempore interdicti localis generalis clericis, & Regularibus utriusque sexus celebrare Missas, & Divina officia in Ecclesijs, in quibus, cessante interdicto, possunt, exceptis oratorijs privatis, quamvis ad sacrificium approbatis, dummodo ea Divina officia fierent januis clausis, submissa voce, non pulsatis campanis ad convocandum populum, exclusis excommunicatis, & personaliter interdictis, & ipsi non dedissent causam interdicto. Non prohibetur tamen eo tempore pulsare campanas ad convocandum populum ad concionem, ad salutationem Angelicam, & probabilius neque ad elevationem sacræ Eucharistiæ in Missa. *Nog. d. 11. à n. 5.* ubi benè monet peccare mortaliter violantes interdictum, v. g; audiendo Missam sine privilegio, etiam præciso contemptu, vel scandalo.

211 Supponendum 2. Interdictum dividi in Personale, locale, & mixtum. Personale ipsis personis ea prohibet, & eo modo quo diximus

n. antecedenti. Locale immediatè, & directè afficit locum, mediatè, & indirectè personas eisdem prohibitionibus. Mixtum immediatè cadit supra personas, & supra locum. Quodlibet ex his subdividitur in generale, & particulare, Personale generale est, quo interdicitur communitas unum constituens corpus morale, & politicum, ut universitas, capitulum, Populus civitatis, quod extenditur ad suburbia. Personale particulare est, quo interdicitur hic, vel ille, etiam si sint plures. Locale generale est quo interdicitur locus, qui à communitate incolitur, ut provincia, civitas, quod comprehendit suburbia & Ecclesias Regularium in eis locis sitas. Locale particulare est, quo interdicitur hæc, vel illa Ecclesia. *Nog. d. 11. à n. 10.*

212 Supponendum 3. Interdictum differre à cessatione à Divinis, nam cessatio est simplex prohibitio Ecclesiastica, qua Clerici, seu ministri Ecclesiæ in signum mæstitiæ prohibentur persolvere publicè Divina officia, ministrare aliqua sacramenta, & sepelire laicos in loco sacro. Nō tamē est cēsura, in cujus violatione, quamvis graviter peccetur, incurratur irregularitas, neque ipso jure imponitur, ut imponitur interdictum, quod est censura, & per illius violationem incurritur irregularitas. *Nog. d. 11. à n. 176; qui n. 180. bene docet etiam interdictum differre à violatio-*

ne Ecclesiæ, quæ solum late, & improprie dicitur interdictum, quatenus importat divinorum prohibitionem in Ecclesia violata, & licet mortaliter peccet, qui absque urgenti necessitate in ea celebret, & sine licentia Episcopi, irregularitatem non incurrit, quia violatio Censuræ non est. Quibus verò de causis Ecclesia violetur, exponit *Nog. n. 183.*

213 Supponendum 4. Interdictum, de quo hæctenus, etiam differre ab interdicto ab ingressu Ecclesiæ, est enim hoc quoddam personale, & speciale interdictum, quod privat participatione divinorum in Ecclesia tantum, aliud verò in omni loco. Supponendum 5. privilegia Bullæ pro tempore interdicti solum habere locum in interdicto locali ibi: *Etiam in locis interdicto &c.*

214 Supponendum 6. omnia privilegia contenta in clausulis Bullæ adductis n. 209. cōcedi sub cōditione, quod illis utētes præter eleemosynam pro Bulla datā aliquas pias eleemosynas faciant pro manutentione militum locorum Africae; id enim indicant verba: *Qui in manutentionis hujusmodi subsidium alias pias eleemosynas fecerint.* De alijs verò conditionibus ad aliqua ex dictis privilegijs ex inferius dicendis constabit.

## ARTICULUS I.

*Colliguntur aliqua ex proxime suppositis.*

215 **E**X suppositis n. 212. Colliges 1. privilegia in Bulla concessa pro tempore interdicti non extendi ad tempus cessationis à Divinis, quæ est diversa ab interdicto, nec unum in alio continetur. *Nog. d. 11. à n. 178.* Colliges 2. etiam non extendi ad Ecclesiam violatam propter eandem rationem. *Nog. ibidem n. 185.*

216 **E**X suppositis n. 212. Colliges 3. non prodesse Bullam ad interdictum personale, siue generale sit, siue particulare; quia S. Pontifex illius privilegia solum concedit pro locis interdicto suppositis. Et per aliam clausulam: *Interdictis prorsus exclusis*, fatis declarat se privilegium non concedere personis interdictis. Et hinc colliges 4. etiam hujusmodi privilegij non gaudere interdictum ab ingressu Ecclesiæ, ut pote qui est personaliter interdictus. *Nog. ibidem n. 171.*

217 Colliges 5. privilegia Bullæ Lusitanæ circa Missas, Officia Divina, & Ecclesiasticam sepulturam habere locum in interdicto locali, siue illud generale sit, siue speciale, & particulare; quia Pontifex absolutè, & sine ulla limitatione ait ibi: *Etiam in locis interdicto, quarvis etiam Apostoli-*

*ca auctoritate suppositis, &c.* Ergo siue civitas, siue specialis Ecclesia interdicta sit, possunt habere Bullam dummodo excóunicati, vel interdicti non sint, nec interdicto causam dederint, nec per eos stet quominus amoveatur, assistere Divinis, celebrare, vel facere celebrare, & sacramenta recipere, etiam in Ecclesia specialiter interdicta, & ibidem sepeliri cum moderata pompa. *Nog. ibidem à n. 167.* Quid autem dicendum sit juxta Bullam Hispanam vide apud ipsum n. 168. & à n. 172.

218 **E**X suppositis n. 214. Colliges 6. pias eleemosynas in Bulla Lusitana præscriptas esse de substantia privilegiorum de quibus hic agimus, siue esse conditionem, sine qua valide obtineri non possunt privilegia concessa in clausula adducta n. 209. Pro quo recolenda sunt, quæ diximus n. 105. sicut enim Bullam validè nõ suscipiunt, qui designatà à Commissario eleemosynam non conferunt; ita quoad privilegia præsentis clausulæ validè non recipitur, si piæ eleemosynæ in eadem clausula postulatae non elargiantur.

§ Et patet; quia dum dicitur ibi: *Qui alias pias eleemosynas fecerint pariter concedimus &c.* Dictio *pariter* importat identitatem, & similitudinem juris cum præcedentibus; sed ipsa Bulla, quæ est quoddam jus, loquendo de eleemosyna primo eroganda, dixerat in præcedentibus: *Qui pro facultatibus eleemosynas &c.* Et loque-



quando, de eleemosyna pro chyrographo: *Et alias denuò conferentibus eleemosynas &c.* ergo sicut in præcedentibus dictæ eleemosynæ sunt cōditio, sine qua non recipitur validè Bulla, & chirographus; talis etiam erit eleemosyna præscripta pro privilegijs Oratorij privati, & cæterorum, quæ in hac clausula conceduntur. *Nog. d. II. à n. 41.*

219 Ex eo autem, quod dictæ eleemosynæ sint conditio sine qua nō acquiritur privilegium v. g. celebrandi plures missas eadem die in Oratorio privato, pro quo una tantum pro qualibet die conceditur: si quis sciens, & volens, eas eleemosynas non conferat, & tamen virtute Bullæ faceret celebrare in eo Oratorio plures missas eadem die peccabit mortaliter, non quia verba illa: *Quia alias pias eleemosynas fecerint*, præceptum importent, sed quia facit celebrare plures missas in loco inepto; cū enim concessio facta pro celebranda una tantum missa, non sit concessio pro pluribus; illud Oratorium ad plures missas eadem die est locus ineptus, nisi superveniat privilegium Bullæ, quo non gaudet, qui dictas eleemosynas non erogavit. *Nog. d. II. à n. 49.*

220 Quia verò dictæ piæ eleemosynæ quoad quantitatem neque in Bulla Latina, neque in summario taxantur. Item non exprimitur an semel sint eroganda, an quoties quis u-

titur aliquo privilegio hujus clausulæ, v. g. pro qualibet missa, vel communione in Oratorio, vel in Ecclesijs tempore interdicti &c. Quoad 1. Circa quantitatem eleemosynæ [ si quis pro qualibet vice ut potest, eam erogare velit ] respondeo sufficere elargiri aliquam monetam æream parvi valoris, quando enim ad indulgentiam consequendam aliqua eleemosyna indefinite injungitur, sufficit dare parvum, ut communiter dicitur de eleemosyna in Jubilæo duarum hebdomadarum præscripta. *Nog. ibidem à n. 33.*

221 Quoad 2. Respondeo necessarium non esse pro quolibet ex dictis favoribus specialem eleemosynam erogare, sed unam pro omnibus conjunctim in capsulâ projicere absque respectu ad singulas vices, quibus habens Bullam gaudere potest eo anno durate; neque enim ex verbis Bullæ Lusitanæ: *Qui alias pias eleemosynas fecerint* aliud colligitur, quia non utitur Pontifex dictione *Quoties*, sicut utitur in Bulla Hispana circa preces, quas loco eleemosynæ postulat ad hujusmodi privilegia ibi: *Quoties id fecerint aliquas preces &c.* *Nog. d. II. n. 58.* ibidē docens sufficere tunc, post acceptam Bullam, pro toto anno mittere in capsulâ unū regale argenteum cum quarta parte, vulgo *meyo tostão.*

222 Quæres adhuc 1. quæ persone ad has eleemosynas obligentur? An scilicet solus habēs Bullam ad eas te-

neatur, an etiam familiares, domestici, & consanguinei, cum solum missæ assistūt ratione privilegiati Bullam habentis, si vè assistentia sit in privato oratorio, si vè in Ecclesijs tempore Interdicti? Juxta Bullā Hispanā, omnes tenentur ad preces. At juxta Bullam Lusitanam respondeo ad dictas elemosynas solum teneri habentem Bullam; non verò alios, qui ratione illius privilegio gaudent. *Nog. ibidem n. 56.* ubi ex verbis Bullæ disparitatē assignat.

223 Quæres 2. An præter elemosynam, ut aliquis his privilegijs utatur, requiratur commissarij licentia? Respondeo requiri ab illustribus, ac nobilibus personis, qui gaudere privilegio velint celebrandi, vel celebrare faciendi per horam, antequam dies elucescat, & per horam post meridiē; id enim expressè habetur in Bulla ibi: *Ac etiam illustribus, & alijs nobilibus, qui facultatem ad id à Commissario super hoc deputando habuerint etiam per horā &c.* Et cum exceptio firmet regulam in contrarium; semel quòd ad hoc solū requiritur licentia Commissarij; ad alia privilegia, & favores hujus clausulæ absolute tenendum est eam licentiā nō requiri. *Nog. d. 12. à n. 64.*

ARTICULUS II.  
Numerantur, & distinctius proponuntur aliqua Bullæ privilegia huc spectantia.

224 Privilegia concessa in clausula Bullæ adducta n. 209.

sex ad minimū numerari possunt. 1. ut habens Bullam, per se ipsum, si est sacerdos, vel per alium, aut alios possit celebrare missam, etiam tempore interdicti in Ecclesijs, seu oratorijs privatis. 2. ut reliqua Divina officia, vel per se ipsum, vel per alios valeat celebrare. 3. ut possint missæ, & reliquis Divinis Officijs cum Bullam habente assistere familiares, domestici, & ipsius consanguinei. 4. ut possit tempore interdicti, & extra illud, tam in Ecclesijs, quā in privatis Oratorijs recipere Eucharistiam (præterquam in die paschatis) & alia Ecclesiastica Sacramenta. 5. ut possit celebrare per se, vel per alium, aut alios per horam, antequam dies elucescat, & per horam post meridiem, habita ad id facultate Commissarij, dummodò sit nobilis. 6. ut possit ejus corpus post mortem tempore interdicti Ecclesiasticæ traddi sepulture.

225 Et quidē ex dictis n. 217. satis constat privilegia hæc habere locum in interdicto locali, etiam particulari. Cōstat Deinde (quod late probat *Nog. d. 11. à n. 16. ad 31.*) dictis privilegijs uti posse habentes Bullā Lusitanā, tam intra, quā extra tēpus interdicti, tum in Ecclesijs, tum in Oratorijs privatis ad Dei cultū duntaxat deputatis, & ab Ordinario loci visitandis & approbandis, dummodò ipsi causam non dederint hujusmodi interdicto, vel per eos non steterit, quominus illud amoveatur. Sub his enim conditionibus, præter elemo-

mosynas, de quibus à n. 218. conceduntur ea privilegia.

226 Et quidem, quod uti possint dictis privilegijs in locis, (sive Ecclesiæ sint, sive oratoria) interdicto tam generali, quam speciali suppositis, probât verba: *Etiam in locis interdicto suppositis*, absque ulla limitatione id concedétia. Et cum dictio *Etiam* sit ampliativa, & augmentativa loci, super quæ immediate cadit, dū Pontifex ait: *Etiam in locis interdicto suppositis*, exprimendo casum magis dubitabilé, consequenter implicat, & concedit minus dubitabilé, idest posse habétes Bullam uti ijsdem privilegijs in locis interdicto non suppositis. Et cum extra tempus interdicti localis Oratoria privata non sint interdicto supposita; ex ijsdem verbis probatur posse tunc in Oratorijs unâ, vel plures missas virtute Bullæ eadem die celebrari, de quo n. 250.

227 Quoad 3. privilegium n. 224. quæres 1. quinâ veniant nomine *Familiarium, domesticorum, & consanguineorum*? R. 1. nomine *familiarium* intelligi illos tantum qui personam privilegiam solent comitari servitijs ejus obnoxij, & illius expensis viventes. *Nog. d. 11. n. 75. R. 2.* nomine *domesticorum* venire, qui in eadé domo cum domino habitant, & illi subsunt, vel ratione patriæ, vel dominicæ potestatis, ut filij, & servi. *Ibidem n. 76. R. 3.* nomine *consanguineorum* non venire affines. *Ibidem à n. 92.* sed solû venire filios,

filias, & omnes alios usque ad 4. gradû utriusque lineæ, inter quos numerandus est maritus comparatione uxoris, & uxor comparatione mariti, cū enim una caro sint, plusquam consanguinei sunt. *Ibidem à n. 79.*

228 Quæres 2. An sacerdos habés Bullâ, si velit in aliquo Oratorio, vel Ecclesia tempore interdicti missam celebrare, possit eligere in ministrum laicum, qui nec sit familiaris domesticus, aut consanguineus, nec aliunde habeat privilegium? R. posse dummodo electus non sit excommunicatus, nec personaliter interdictus, nec causam dederit interdicto. *Nog. d. 11. à n. 86.* qui n. 85. bene docet non posse dominum habentem Bullam in fraudem hujus privilegij admittere secum ad missam alios familiares præter solitos ipsum comitari.

229 Quæres 3. An prædicti familiares, domestici, & consanguinei non habentes Bullam possint missæ, & alijs Divinis interesse, absente Domino, qui Bullâ habet? Affirmât *Quintanad. Pellic. Cast. Pal.* & alij, qui similiter discurrunt, quâdo quis habet privilegiû ad Oratorium ex indulto Pontificis, in quo dantur eadé, vel similia verba: *In tua, ac familie tue presentia celebrare facere.* Negat è cōtra *Nog. d. 11. à n. 99.* asserens cum cōmuni DD. tã in casu habentis privilegium ex Bulla, quã in illud habentes ex alio indulto, semper requiri præsentia Domini privilegiati, ut familia, & familiares privilegio

legio gaudere possint.

230 At quid dicendum, si habens Bullam jam missam audivit, poteritne alteram audire, ut familiares &c. qui aberant, illam audiant? Possent respondent DD. n. antecedenti citati pro affirmativa sententia, & quidem à fortiori. *Nog.* tamen ibidem n. 103. cum distinctione respondet non posse habentem Bullam, nec principalem ex indulto Pontificio aliam audire missam, si id faciat tantum intuitu *familiarium*, &c. ut nimirum ipsi missam audiant, posse tamē utrumque secundam missam audire ex devotione, & cum eis familiares &c. Ratio disparitatis, quia in 1. casu uterentur fraude in usu privilegij, non ita vero in 2.

231 Quæres 4. An habentes Bullam teneantur diebus festis tempore interdicti audire missam? Negant multi, quorum opinionem immerito dicit *M. Suar.* non esse probabilem cum probabilitatem habeat extrinsecam ab AA. & intrinsecam ab optimis rationibus, quibus fulcitur. *Nog. d. 11. à n. 104. 2.* tamen, & affirmativa sententia est probabilior, tum ab extrinsecò, tum ab intrinsecò. *Nog. à n. 110.* qui n. 121. bene notat 1. sententiam non esse probabilem, si loquatur de privilegio clericis, & ministris Ecclesiæ concessio in cap. *Alma mater*, quia hi tenentur diebus festis missam audire. Disparitas est; quia privilegium Bul-

læ conceditur ipsi personæ particulari, quæ illi libere potest renuntiare; privilegium verò cap. *Alma mater* omni Ordini Ecclesiastico conferitur, cui proinde privatus renuntiare non potest.

### ARTICULUS III.

*De duobus alijs privilegijs Bullæ pro tempore interdicti.*

232 **Q**uartum privilegium ex numeratis n. 224, est circa usum sacramentorum tempore interdicti. Et ex dictis n. 210 constat quæ sacramenta pro eo tempore ministrari, ac suscipi cōcedantur, & quæ prohibeantur. Modo dicimus virtute Bullæ tempore interdicti ministrari, & suscipi posse, tam in Oratorijs, quàm in Ecclesijs, cuiusvis etiā interdicto suppositis, non solum Sacramenta Baptismi, Confirmationis, Pœnitentiæ, & Matrimonij, quæ per interdictum non prohibentur, sed etiam Eucharistiam, Ordinem, Extremam unctionem, & benedictiones nuptiales, quæ pro tempore interdicti sunt prohibita, dummodo, qui accipit, vel ministrat hæc ultima Sacramenta causam non dederit interdicto, vel per illum non stet, quominus amoveatur.

233 Circa hoc privilegium certum est 1. Communionem Paschalem, & in articulo, vel periculo mortis per modum viatici, matrimonium cum benedictionibus, & Extremam unctionem non nisi à proprio Parocho, vel de ejus licentia, esse administranda, nec Ordines, nisi à proprio Episcopo; in his enim nullum in Bulla conceditur privilegium quoad variationem ministrantis, sed concessa receptione, quæ administrantem spectant, in suo jure manent.

234 Certum est 2. benedictiones nuptiales jure communi esse prohibitas à prima die Adventus usque ad Epiphaniam inclusivè, & à die Cinerum usque ad Dominicam in Albis etiam inclusivè ex Trid. Sess. 24. c. 10. de Reform. Deinde sunt prohibitaë toto tempore interdicti; quia sub Divinis Officijs continentur juxta *M. Suar.* & alios communiter. Dum verò per Bullam conceditur eo tempore interdicti illas recipere, tam in Oratorijs, quàm in Ecclesijs, intelligitur extra tēpus à jure Cōmuni prohibitum; Bulla enim solum tollit tempus interdicti, cætera autem in suo jure relinquit.

§ Confirmatur; quia in cap. *Alma mater* suspenditur interdictum pro diebus Nativitatis, Resurrectionis, Pentecostes, & Assumptionis B. V. *MARIÆ*. Item pro festivitate Corporis Christi, & per Octavam à Martino V. & Eugen. IV. Item in festi-

vitae Immaculatæ Conceptionis, & per Octavam pro sola Hispania à Leone X. & secundum aliquos DD. etiam in festivitate Omnium Sanctorum. Et tamen, licet in alijs possint, non possunt recipi benedictiones in festivitibus Nativitatis, Resurrectionis, & Conceptionis, quia occurrunt in tempore, pro quo jure Communi prohibentur: ergo similiter, &c. *Nog. d. 11. à n. 122.*

235 Dubium adhuc est 1. An virtute Bullæ possit quis recipere Eucharistiam (excepta communione Paschali, & viatico) à quocunque Sacerdote absque Parochi licentia, tam pro tempore interdicti, quàm extra illud? Negant *M. Suar. Lug. Dicast.* & alij apud *Nog. n. 133.* Affirmant è contra plures apud eundem n. 134. quorum opinionem ipse dicit probabiliorem, tum propter DD. auctoritatem, tum propter rationes, quas pro se habet efficaciores. Et quidem exceptio illa: *Præterquàm in die Paschatis*, ratio est efficacissima; si enim excipitur communio Paschalis à solo Parocho, vel de ejus licentia facienda ab alio, ut est de jure, cum exceptio firmet regulam in contrarium, aliæ communionis intra annum per Bullam à quolibet Sacerdote sine Parochi licentia fieri posse conceditur.

§ Addit *Nog.* ex decreto S. Cōgregationis de mādato Inōc. XI. 12. Februar. an. 1679. quod refert, posse fideles etiam absque Parochi licentia

ria, & absque ullo privilegio Bullæ in Ecclesijs, & Oratorijs privatis de iudicio confessoriorum Eucharistiã sumere, quod intelligendum est extra tempus interdicti deficiente privilegio Bullæ, aut simili. Id ipsum ante dictum decretum docuerunt *Abreu*, & *Mendo* ex recepta consuetudine in Portugaliæ Regno, & in Hispania. Nec dissentire videtur, qui asserunt, aut nullam requiri jurisdictionem in Sacerdote ad administrandam Eucharistiam ex devotione per annum, sed sufficere potestatem Ordinis; vel si jurisdictione requiritur, hanc præberi ab Episcopo, dum Sacerdos approbatur ad Missam celebrandam. *Nog. d. 11. à n. 128.*

236 Dubium est 2. quomodo intelligatur exceptio diei Paschalis, tum in Bulla, tum in privilegio Societ. JES. cõcessio à Paulo III. ex quo illius Religiosi, & cum eis in privilegijs communicantes possunt ministrare Eucharistiam omnibus Christi fidelibus quovis anni tempore, & loco excepto die Paschatis, sive Resurrectionis Dominicæ, & in mortis articulo? & per cã exceptionem nõ intelligi illũ diẽ materialiter, in quo celebratur festum Resurrectionis, sed formaliter pro toto illo tempore, in quo fideles tenentur ex cap. *Omnis viri* (que *sexus* de Pœnitent. & Remiss. Eucharistiã sumere, quod tempus in Lusitania ex consuetudine est à prima die Quadragesimæ usque ad

Dominicam in Albis inclusivè. *Nog. d. 11. n. 144.*

237 Ex tradita resolutione sequitur 1. illum, qui jam intra tempus designatum implevit præceptum, vel intendit illud implere ante Dominicam in Albis posse ex devotione in Ecclesijs, vel in Oratorijs virtute Bullæ sacrã Eucharistiam recipere, etiam in ipso solemni die Paschatis. Ratio enim excipiendi communionem Paschalem fuit, ut fideles præceptũ adimpleant, & Parochus oves suas cognoscat. Hoc autem per communionem à proprio Parocho acceptam semel obtento, sicut non tenentur eo anno iterum communicare, ita possunt in Ecclesijs Regularium, vel alibi virtute Bullæ ex devotione communicare etiam in die Paschatis absque ulla Parrochi injuria.

238 Sequitur 2. non posse Parochum prohibere suis ovibus hujusmodi communionem in die Paschatis ex Regularium, vel Bullæ privilegio suscipiendam. Ex declaratione tamen Sacræ Congregationis edita 9. Jul. an. 1644. possunt Episcopi prohibere Regularibus, & personis secularibus in die Paschatis, ut non administrant SS. Eucharistiæ Sacramentum, etiam si dictæ personæ seculares alia die satisfecerint præcepto Ecclesiæ de hac re edito. Dum ergo Episcopi id non prohibeant, poterunt Regulares in iplo etiam die Paschatis Eucharistiam ministrare ex devotione cõmunicantibus, sicut

cut possunt in alijs diebus. Et per hanc declarationem, quæ in hac re est posterior, enervantur aliæ, si quæ erant in contrarium antiquiores. Ex eadem vero declaratione constat non posse Archiepiscopum Burdigalensem prohibere Regularibus habentibus privilegia Apostolica, ut etiam à Dominica Palmarum usque ad Dominicam in Albis inclusivè administrare non valeant personis secularibus sacramentum confessionis. *Nog. d. 11. n. 151.*

239 6. privilegium ex numeratis n. 224. est, ut possint *Eorum decedentium corpora cum moderata funerali pompa Ecclesiastica tradi sepulture tempore interdicti.* Hoc intellige etiam in locis specialiter interdictis, ex dictis n. 217. Et juxta dicta n. 40. ut hoc privilegio fruantur decedentium corpora, debebant ipsi dum viverent, habere Bullam. De illis autem, qui excommunicati decesserunt, vide dicta n. 32. Quod autem hoc privilegium ad Ecclesiasticam sepulturam sit diversum à privilegio assistendi Divinis, & recipiendi sacramenta bene contra *Avil. & Ægid.* probat *Nog. d. 11. à n. 156.*

240 Quæres adhuc 1. An Bulla in aliquo profit Clericis pro Ecclesiastica sepultura? Ratio dubitandi est; quia in cap. *Quod in te, de Pœnit. & remiss.* conceditur clericis, quod sepeliantur tempore interdicti in cæmeterio, nomine autem *cæmeterij* in eodem textu venit omnis locus sacer ad fide-

lium sepulturam destinatus; atque a deo etiam Ecclesiæ: Pontifex autem *cæmeterij* nomine usus est; quia olim fideles in cæmeterio, & non in Ecclesijs sepeliebantur. *Æ.* Bullam solum prodesse Clericis in Ecclesiastica sepultura quoad pompam funeralem moderatam, quæ in Bulla conceditur, & non in cap. *Quod in te*, dicitur enim ibi, *cum silentio, & sine pulsatione campanarum, & absque solemnitate.* *Nog. d. 11. à n. 160.*

241 Quæres 2. in quo consistat pompa funeralis moderata, quæ tempore interdicti per Bullam conceditur? Et non est quæstio de pompa politica, & humana, quæ consistit in comitatu famulorum, amicorum, & aliorum, qui corpus defuncti ad sepulturam associant; hæc enim non prohibetur tempore interdicti. De moderata igitur pompa Ecclesiastica, quæ fit per comitatum Clericorū, & Religiosorum cum cereis in manibus recitantium cum cantu Psalmos, Missam, & consuetas orationes, nec non per campanarum clamores in tristitiæ signum, procedit quæstio. Et

§ *Æ.* consistere in triplici campanarum clamore, si defunctus sit vir, & in duplici, si fœmina, cum cantu publico Clericorum, & Religiosorum cadaver deferentium. Addunt multi apud *Nog.* Dummodo non dicatur officium D. aut Defunctorum, aut Missa, nisi id, quod in Ordinario ad deferendum, & sepeliendum defun-

ctum præscriptum est. Nisi tamen loci consuetudo, iudicium Ordinarij, & in illius absentia Parochi (pro quibus semper standum est) aliud suadeant. Existimat *Nog. d. 11. n. 166.* præter supra dicta, posse fieri officium sepulturæ januis apertis, quæ tamen sunt claudendæ tempore celebrationis Missæ, quam etiam admittit, non quia in moderata pompa includatur, sed quia januis clausis ea conceditur celebranda in *cap. Alma mater*, cujus moderationes sunt observandæ, impleta funeris pompa.

## C A P U T XII.

*De privilegijs in Bulla concessis circa oratoria privata.*

242 **R** Ecolendus hic, in quo adhuc explicando immoramur, textus Bullæ adductus n. 209, & privilegia in eo concessa circa celebrationem, & auditionem Missæ, Eucharistiæque sumptionem, de quibus n. 224. & sæpe alibi *cap. antecedenti*; nec non, quæ de eleemosyna ad usum horum privilegiorum requisita diximus n. 218. Quæ autem de concessione Oratorij privati summarie dici possent, videri possunt apud *Nog. d. 12. à n. 2.* nos quæ ad Bullæ explicationem necessaria videbuntur in dicendis attingemus.

## A R T I C U L U S I.

*De approbatione Oratorij privati requisita, ut quis gaudeat privilegijs Bullæ pro eo concessis.*

243 **V** T libere possint in privato Oratorio ad D. cultum dumtaxat deputato ab Ordinario loci approbando, & visitando, &c. Verba sunt Bullæ Lusitanæ; & ex verbis Ordinario loci, aperte constat visitationem, & approbationem Oratorij debere fieri ab Ordinario loci, in quo est ipsum oratorium, & non sufficere factam ab Ordinario alterius Diocesis: quidquid in contrariū dicant aliqui, qui contra communem sententiam loquuntur juxta Bullam Hispanam, in qua non datur verbum illud *Loci*; sed tantum *Ab Ordinario visitando, & designando.*

§ Est autem hæc Ordinarij approbatio ita necessaria, ut quavis idoneum sit, & arbitrio boni viri decantissimum, si proprius Episcopus non vult illud approbare, non poterit privilegiatus, etiam virtute Bullæ, illo uti, ac si esset approbatum, nec in eo per se, vel per alios celebrare; neque enim hic, sicut neque in approbatione Regularium ad audiendas confessiones, licentia justè petita, & injustè negata, censetur ipso jure a Papa concessa. *Nog. d. 12. à n. 14.*

244 Quæres I. An virtute Bullæ possit quis sine Brevis Pontificio ha-



habere in domo sua Oratorium privatam, visitatum, & approbatum ab Ordinario loci, in quo celebret, vel faciat celebrare? R. nec in Bulla concedi eam habentibus habere Oratorium, ut in eo Missa celebretur, vel audiatur: nec Episcopos posse approbare oratoria privata, nisi eis per Breve Pontificium id expresse committatur: nec Commissarium generalem, data ea Episcopi approbatione absque Breve Pontificio, posse licentiam concedere, ut in tali Oratorio virtute Bullæ celebretur, vel Missa audiatur. Resolutione quoad omnes tres partes late probat *Nog. d. 12. à n. 30. ad 52.* ex varijs Pontificum decretis, & S. Congreg. declarationibus, inter quas est declaratio missa ad Collectorem Lusitanix; & decretum Urbani VIII. anno 1625. pro decisione controversiæ de hac re ortæ inter Illustr. D. D. Antonium Mascarenas Bullæ Commissarium Generalem, & Illustr. D. D. Joannem Baptistam Palloto hujus Regni Collectorem.

245 Quæres 2. An facta revocatione approbationis oratorij privati, possint habentes Bullam post eam revocationem, in eo celebrare, vel Missam audire? Possit Ordinarium revocare approbationem Oratorij privati, à se, vel ab antecessoribus factam, ut certum tenet *Nog. d. 12. à n. 55.* ex verbis in Brevibus pro concessione Oratoriorum plerumque apponi solitis, ibi, *Ac de ipsius Ordinarij licentia e-*

*jus arbitrio duratura;* & quanvis in indulto hæc clausula non invenitur, ut non inveniatur in multis, adhuc poterit Episcopus (idem dictum habeas in utroque casu de capitulo Sede vacante) suspendere, & revocare dicta oratoria; si cum justa causa valide, & licite; si absque justa causa, valide, sed non licite. Hoc præmissio

246 Ad quæsitum R. negative; quia post revocationem approbationis, vel ab approbante, vel à successore factam manet Oratorium, ac si nunquam fuisset approbatum; ut autem in illo virtute Bullæ possit quis celebrare, vel audire Missam, necessaria est actualis approbatio, ut optime explicat summarium transferendo verba de futuro *Ab Ordinario loci visitando, & approbando*, in hæc, *Visitado, & approvado pelo Ordinario.* Confirmatur ex dicendis à n. 275. quia Sacerdos, cujus approbatio fuit revocata, sive justè, sive injustè, non potest virtute Bullæ eligi in Confessarium: ergo neque &c.

247 Quæres 3. An in Oratorio privato approbato ab Ordinario de licentia S. Pontificis finito tempore à Pontifice præfixo, liceat virtute Bullæ celebrare, vel celebrari facere? Casus sic potest figurari; obtinuit quis indultum Pontificium ad Oratorium privatam, quod decenter ornatum, & ab omnibus domesticis usibus liberum ab Ordinario loci fuit approbatum; postea vero ipse, qui indultum pro se

à Pontifice impetravit, mortuus est, aut ad aliam domum divertit, absque spe brevi redeundi ad domum, in qua manet Oratorium cum eadem decencia, & ornatu. Quæritur igitur, an post mortem, vel discessum impetrantis indultum possint ejus hæredes, vel alij habitantes in domo illa virtute Bullæ in eo Oratorio celebrare, vel celebrari facere?

§ Affirmant *Thom. Hurt. Quintanad. Mascarenas, & P. Bened in Prompt. tom. 2. n. 1402, & 1403.* quorum sententiam probabilem judicasse viros Doctos a se consultos inquit *Nog. d. 12. n. 70.* propter rationes ibidem adductas *an. 68.* Dum tamen his viris Doctis assensum non præbuisse dicit cit. *Nog.* huic affirmativæ sententiæ probabilitatem negare videtur; quia, ut ait, illius patroni magis eam, ut veram supponebant, quam ut dubiam, & disputatione dignam.

Quare

248 Ad quæsitum respondet negative cum *Moya in quæst. Select. tr. 2. d. 3. q. 2.* 1. quia Oratorij approbatio perit pereunte illo, vel absque spe revertendi alio divertente, qui pro se indultum impetravit; & patet ex dictis *n. 244.* quia Ordinarius non potest approbare Oratoria nisi juxta licentiam sibi in indulto concessam; in indulto autem non conceditur licentia, nisi ad personam in eo expressam. 2. quia approbatio sequitur licentiam celebrandi in Oratorio: ergo finito

tempore licentiæ Pontificiæ per mortem, vel discessum impetrantis, finitur approbatio Oratorij, quod proinde eligibile non manet virtute Bullæ; aliàs semel approbato Oratorio ex concessione Pontificis ad personam illustrissimam, pereunte illa, maneret approbatum virtute Bullæ ad personam vilissimam in perpetuum, quod est contra mentem Pontificum sibi reservantium, & Episcopis prohibentium concessiones Oratoriorum.

249 Resolutionem suam extendit *Nog. n. 78.* ad casum, in quo per indultum Oratorij matri concessum, filiæ concedatur, ut matre absente, cum familia sua possit in eo Oratorio audire Missam. Nam etiam in isto casu contra *Pellizar.* docet mortua matre, illo indulto non posse gaudere filiam. Et ratio illi est; quia indultum fuit concessum matri, filiæ vero solum in absentia matris; quando autem privilegium uni concessum communicatur alteri, si revocetur in persona, cui fuit concessum, ut revocatur morte matris, etiam revocatur in persona, cui communicatur, ut docet *M. Suar. de Leg. c. 5. & 6.*

[ ✝ ]

## ARTICULUS II.

*An aliquæ limitationes, quæ apponi solent in Breui pro concessione Oratorij, cessent virtute Bullæ?*

250 **R**espondetur cessare limitationem illam, qua in Breui conceditur solum posse celebrari *Unam Missam pro uno quoque die*; ita ut peccatum mortale sit celebrare eadem die in eo Oratorio plures Missas, aut illas celebrari facere, juxta dicta n. 219. At virtute Bullæ in Oratorio privato non solum una, sed plures Missæ a pluribus Sacerdotibus eadem die celebrari possunt; non solum in ferijs, & festis, sed etiam in solemni- oribus; quia in Bulla conceditur privilegium absolutè, & sine aliqua restrictione, ibi, *Per se ipsos, si presbyteri fuerint, seu per alium, vel alios Sacerdotes, &c.* Et hinc

251 **R.** 2. cessare limitationem, per quam in Breui excipitur dies *Paschatis Resurrectionis, Pentecostes, & Nativitatis D. N. JESU Christi, nec non alijs solemnioribus festis exceptis.* Nomine autem *Alijs solemnioribus exceptis*, veniunt ex decreto S. Congr. an. 1607. apud *Gavant.* Dies Epiphaniæ, Annuntiationis, & Assumptionis B. Virginis, Festum S. S. Petri, & Pauli, & festum Omnium Sanctorum. In Bulla autem solum excipitur quoad communionem dies Paschatis juxta dicta à n. 236. quoad auditio-

nem vero, & celebrationem Missæ nullus dies excipitur; & cum privilegia Bullæ amplè interpretanda sint, nec nos illud excipere debemus; sed absolute tenendum omnibus illis diebus licitum esse privilegio Bullæ in Oratorio privato celebrare, vel facere celebrare; imo & satisfacere præcepto audiendi Missam. Et hinc

252 **R.** 3. cessare aliam limitationem, in qua dicitur in Breui etiam *familiares servitijs tuis* ( id est impetrantis indultum ) *non necessarij, ibidem Missæ interessentes, ab obligatione audiendi Missam in Ecclesia, diebus festivis de præcepto minime liberi censeantur.* Hæc autem limitatio non invenitur in Bulla; ac proinde virtute illius possunt satisfacere præcepto audiendi Missam in Oratorio non solum illud impetrans, & ejus familiares; sed quicumque alius extraneus, & in eo celebrare, si Sacerdos sit sine ulla restrictione Oratorij proprij, vel alieni.

253 Nota deinde ad hoc, ut Sacerdos celebret in Oratorio privato necessarium non esse, quod ipse Bullam habeat; sed sufficit illam habere, qui eum facit celebrare; in Bulla enim dicitur, quod Bullam habentes possint celebrare per se, si Presbyteri sint, vel per alium, seu alios, ut illam audiant. Quæ sub hoc titulo continentur, latius expendit *Nog. d. 12. à n. 79. ad 92.* De limitatione autem recipiendi sacramenta in Oratorijs privatis, quæ indicatur per verba sine tamen

men quorumcunque jurium parochialium præjudicio, quomodo cesset per Bullam constat ex dictis à n. 232. & apud *Nog. d. 11. sect. 17. & 18. d. 12. n. 9. & 88.*

## C A P U T XIII.

*De Privilegio nobilibus concesso ad celebrandam Missam ante Auroram, & post Meridiem.*

254 **E**tiam hoc privilegium pertinet ad clausulam Bullæ adductæ n. 209. ubi videri possunt verba illud importantia. Cõstat deinde ex dictis n. 223. requiri ad hoc privilegium, & solum ad illud, præter acceptionem Bullæ licentiam Cõmissarij. Ut autem melius innotescat, quid illustribus, & alijs nobilibus concedatur per privilegium celebrandi, & celebrare faciendi, *per horam antequam dies illuscescat, & per horam post meridiem.*

255 Supponendum 1. ex rubricis Missalis horam celebrandi Missam esse ab aurora usque ad meridiem; excepta die Nativitatis Dominicæ, in qua statim post mediam noctem celebrari possunt omnes tres Missæ: excepto etiam casu urgentis necessitatis, v. g. dandi Viaticum infirmo; cum enim præceptum communicandi sit de jure Divino, illi cedere debet prohibitio non celebrandi

statim post mediam noctem, quæ est de jure positivo humano, vel ex consuetudine tantum, ut vult *Leand.*

256 Sup. 2. per auroram intelligi initium crepusculi diei, quando aer incipit illuminari per primam solis irradiationem, quæ aliquandiu citius, aliquando serius propter temporis varietatem, solis ortum prævenit: aliquando per horam cum quadrante, ut vult *Mascaren.* aliquando per horam cum dimidia, ut ait *Bard.* & etiam per duas horas juxta *Card. de Lug.* sed quia hi termini non physicè, & mathematicè, sed moraliter sumendi sunt; si quis præveniat auroræ initium mathematicum per mediam horam, incipiendo tunc Missam, ita ut finis illius cadat circa auroræ initium, non peccabit juxta *M. Suar. Vasq. Ægid. & plures alios.*

257 Sup. 3. Etiam terminum meridiem moraliter esse sumendum, & non mathematicè. Et licet *Leand.* doceat non esse peccatum mortale Missam incipere una hora post meridiem; si tamen absque causa inchoetur post tertiã partem horæ à meridie, ex *Az.* vel post mediã horã, ex *Laym.* & alijs, vel post tres quadrates, aut horã ex *Bonac.* erit peccatum mortale. *Nog. vero d. 13. n. 8.* ait non licere inchoare Missam sine justa causa post meridiem; si vero ante inchoetur potest finiri.

258 Ex juxta autem causa (prosequitur ibidem) v. g. itineris, vel

solemnitatis alicujus diei, in quo fa-  
credos non potuit celebrare ante  
Missam solemnem, nec tempore con-  
cionis, vel quando datur consuetudo,  
vel ne magna populi pars careat  
Missâ; poterit hæc inchoari una hora,  
& non amplius post meridiem. Non  
tamen licet eam incipere post tertiam  
horam promeridianam, nisi ad dan-  
dum viaticum, quia tunc licere do-  
cent DD. communiter, quod *Leand.*  
extendit ad Missam privatam, quan-  
do solemnitas fuit inchoata ante me-  
ridiem, & durat usque ad tertiam ho-  
ram, quia, ut inquit, potest incipi,  
dum solemnitas durat. His circa horam  
celebrandi absque privilegio suppo-  
sitis.

259 Quando nobilibus conce-  
ditur in Bulla celebrare, vel celebra-  
ri facere *per horam antequam dies il-  
lucescat, & per horam post meridiem*, ita  
intelligendum est, ut sicut supra di-  
ximus initium auroræ, in quo potest  
inchoari Missâ, prævenire solis ortum  
per horam cum quadrante, vel cum  
dimidia hora; & in ipso meridie pos-  
se inchoari Missam, & post illum fi-  
niri; ita virtute Bullæ, sine alia causa,  
possint nobiles Missam inchoare per  
duas horas cum quadrante, vel cum  
dimidia ante solis ortum; & in ipsâ  
una hora post meridiem. *Nog. d. 13.  
n. 11.*

209 Similiter explicandum est  
privilegium à *Greg. XIII.* concessum  
Religiosis societatis JESU (quo per

communicationem gaudent alij Re-  
ligiosi) ut possint per horam ante  
auroram, vel infra horam post meri-  
diem itineris, vel alterius legitimi  
impedimenti causa Missas celebrare,  
& si extensio hujus privilegij facta a  
*Tamb, & Leand.* ad tres horas ante  
solis ortum, & ad tres post meridiem,  
vera est; idem dicendum de privile-  
gio Bullæ, quod est idem. *Nog. d.  
13. n. 12*

261 Quæres adhuc quinam ve-  
niant nomine *Illustrium*, & quinam  
nomine *Nobilium*? R. nomine *Illu-  
strium* veniunt Reges, Duces, Mar-  
chiones, Comites, Vice-comites, Ba-  
rones, Dynastas, & omnes alios, quos  
vulgo dicimus *Fidalgos*, non solum  
ex generis antiquitate; sed qui in  
Regis servitio, & illius libris sunt  
descripti. Nominem autem *Nobilium*  
veniunt Doctores tam Theologi,  
utriusque juris, & etiam Artium Ma-  
gistri. Divites etiam inter nobiles nu-  
merantur; & similiter in Hispania, &  
Lusitania illegitimi ex patribus nobi-  
libus, qui ad insignia, nomen, stéma-  
ta, honores, & nobilitatem patris ad-  
mittuntur. *Nog. ibidem à n. 14.* pro  
reliquis vide ab ipso citatos.

## CAPUT. XIV.

*De Approbatione requisita in confes-  
sario, qui per Bullam est eligendus.*

262 **E** Tut purius (prosequitur  
Bulla Lusitana) preces  
K Deo

*Deo fundere, & eo efficacius D. auxilium implorare possint, quo magis peccatorum vinculis absoluti in his literis contenta adimpleverint. Ut iisdem omnibus dicto anno durante, quemcunque presbyterum secularem, vel cujusvis etiam Mendicantium Ordinum Regularem, ex his, qui ab ordinario, & quoad Regulares, semel tantum approbati fuerint, in confessorem eligere &c.*

263 Supponendum 1. approbationem ad confessiones audiendas, secundum aliquos, esse juridicam testificationem, testimonium, seu sententiam, quam Episcopus profert de aptitudine sacerdotis, doctrina scilicet sufficienti, morum integritate, prudentia, cæteris que conditionibus ad confessarij munus digne exercendum. At secundum alios est mera & simplex testificatio Episcopi approbativa sufficientiæ sacerdotis. Sive autem sit sententia, sive simplex testificatio, debet esse ab Episcopo; & non sufficit sententia alicujus Universitatis de scientia alicujus laureati, neque testimonium examinatorum, aut privatim, aut in concursu alicujus beneficij aliquem approbantium. *Nog. d. 14. n. 3.*

264 Sup. 2. Jurisdictionem esse potestatem dicendi jus, & proferendi sententiam, absolvendo à delicto, vel imponendo penam. In præsentem vero est potestas data à legitimo superiore alicui sacerdoti, per quam tanquam in suos subditos possit dictus sacerdos

reducere in actum eam potestatem absolvendi à culpis, & pænitentias injungendi, quam habet in ordine sacerdotij. Hæc jurisdictione, quæ potestas clavium appellatur, dividitur in ordinariam, & delegatam. Ordinaria residet in S. Pontifice respectu omnium fidelium, in Episcopis, Parochis, & Prælatibus Regularibus respectu suorum subditorum. *Nog. ibidem à n. 8.*

265 Sup. 3. Approbationem à jurisdictione multipliciter differre. 1; quia approbatio est actus intellectus, est enim judicium, seu testimonium de sufficientia; at jurisdictione est actus voluntatis libere concedentis. 2; quia approbatio est actus justitiæ, quæ negari non potest illis, qui per examen inventi sunt idonei; at jurisdictione, cum à voluntate libera dependeat, est actus gratiosus, qui etiam approbatis negari potest. At supposita Ordinarij approbatione, licet Ordinarius ipse jurisdictionem non concedat, illam virtute Bullæ habent omnes sacerdotes ab eo approbati. Et similiter discurre circa Jubilæum duarum hebdomadarum. Et hanc etiam jurisdictionem possunt Parochi eisdem committere ad confessiones suarum ovium audiendas. *Nog. ibidem an. 11.*

266 Sup. 4. Clementem X in cõstit. *Superna magni Patris familias* edita à n. 1670 in unum collegisse definitiones S.S. Põtificum prædecessorũ suo-

suorum, & varias S. Congr. declarationes circa confessoriorum approbationes, *Ut* (ait ibi) *ut magis, magisque dissentionum collantur semina, & in posterum firmiter in agro Domini pax Christi floreat.* Et in eadem const. statuit ibi, *Ad hæc Religiosos ab Episcopo ad confessiones secularium in sua diœcesi audiendas approbatos non posse in alia diœcesi eas absque Episcopi diœcesani approbatione audire; quanvis pœnitentes subditi sint ejus Episcopi, à quo ipsi Religiosi jam fuerant approbati.*

§ Notandum autem hic est, quod licet S. Pontifex loquatur de Regularibus tantum, tamen quia declarationes in dicta Const. contentæ sunt circa approbationes confessoriorum requisitas a *Conc. Trid. ss. 23. c. 15;* de quo initio *Const.* mentionem facit; quod in illa decernitur circa approbationes Regularium, decretum etiam manet circa confessarios sæculares; nam *Trid.* eandem in utrisque approbationem requirit; & sæculares non sunt digni maiori favore, quam Regulares confessorij; imo quia hi existimabant se in hac materia approbationis esse magis privilegiatos, quam sæculares, de illis Pontifex expresse loquitur, ut sciant tales non esse. *Nog. d. 14. à n. 23.*

## ARTICULUS I.

*Resolvitur juxta dictam Clementis Constitutionem, à quo Ordinario debeat esse sacerdos approbatus, ut per Bullam possit eligi in Confessarium.*

**O** Missis varijs declarationibus S. Congr; quæ ante dictam Const. hinc, inde afferebantur, de quibus *Nog. d. 11. à n. 15,* & quæ propter varias intelligentias causa fuerant diversarum opinionum, quæ post dictam Const. probabiles non sunt; tam pro Regularibus quam pro sæcularibus confessorijs,

267 Quod in cit. Const. *Superna* satis expressum habebatur, novissime iterum declaravit Innoc. XII. anno 1700. ad instantiam Illustriss. D.D. Joannis e Sousa Archiepiscopi tunc Bracharensis, & postea Ulyssipponensis, & Illustriss. D.D. Alvari de Abranches Episcopi Leriensis (idque auditis prius hujus regni Regularibus) in Bulla, quæ incipit *Cum sicut*, ibi, *Bullam Cruciatæ sanctæ nihil novi juris induxisse, nullumque privilegium continere quoad approbationem confessoriorum contra formam ejusdem Concilij Tridentini, & prædictarum constitutionum Apostolicarum, adeo ut confessorij tam sæculares, quam Regulares, quicumque illi sint, in vim dictæ Bullæ Cruciatæ à pœnitentibus ad audiendas eorum sacramentales confessiones electi, nullatenus confessiones hujusmodi audire valeant sine approbatione Ordinarij, & Episcopi*

diæcesani loci, in quo ipsi pœnitentes degunt, & confessarios eligunt, vel ad excipiendas confessiones requirunt; nec ad hoc suffragari approbationem semel, vel pluries ab alijs Ordinarijs aliorum locorum, & Diæcesum obtentam; etiam si pœnitentes illorum Ordinarij, qui confessarios electos approbassent, subditi forent; confessiones autem aliter, & contra earundem presentium, aliarumque Apostolicarum constitutionum formam deinceps faciendas, & excipiendas respectively, præterquam in casu necessitatis in mortis articulo, nullas fore, irritas, & invalidas, & confessarios ipso jure suspensos esse, & etiam rigide puniendos ab ipsis Ordinarijs locorum. Prohibet deinde sub pœna excommunicationis ipso facto Romano Pontifici reservatæ docere, defendere, & in praxim deducere opinionem huic declarationi contrariam, quam declarat falsam, temerariam, scandalosam, & in praxi perniciosam. Pro decisione dubij in titulo propositi

268 Unica, & universalis resolutio sit: solus sacerdos, qui habeat actualem approbationem Episcopi illius loci, in quo excipitur confessio potest virtute Bullæ eligi in confessarium; constat ex illis verbis Const. *Non posse in alia diæcesi eas absque Episcopi diæcesani approbatione audire, quanvis pœnitentes subditi sint ejus Episcopi, a quo ipsi Religiosi jam fuerant approbati.* Quid vero circa Regulares operetur clausula illa Bullæ *Quoad*

*Regulares semel tantum approbati fuerint* ex inferius dicendis contabit n. 297. Ex tradita vero resolutione

269 Colliges 1. probabiles jam non esse 1. opinionem asserentium posse quemcunque confessarium approbatum ab aliquo ordinario virtute Bullæ ubique eligi. 2. asserentium ad id sufficere approbationem datam ab Ordinario pœnitentis. 3. asserentium approbationem debere esse ab Ordinario confessarij; etiam si confessio fieret extra diæcesim Ordinarij approbantis. *Nog. d. 14. à n. 26.*

270 Colliges 2. Ut probabilius etiam parochum non posse eligi virtute Bullæ, aut jubilæi ubique terrarum; sed in sola diæcesi, in qua habet beneficium; pro hac enim sola, & tota, & non pro alijs approbatur à suo Ordinario. *Nog. d. 14. à n. 30. ad 55;* apud quem videri potest, an, & quam probabilitatem habeant, duæ de hoc opiniones diversæ, & quidem sētentia asserens Parochum, dum talis est (eo quod nec animarum curam demiserit, nec officio privatus sit per sententiam) posse ubique eligi Virtute Bullæ, etiam post Const. *Superna*, est valde probabilis ex fundamentis à *Nog.* adductis à n. 34. In contraria vero quam ipse, ut probabiliorem, sequitur,

271 Limita 2. corollarium in Episcopis, & Parochis, respectu suorum subditorum; hi enim extra suam diæcesim possunt absolvere su-



os subditos; quod tamen non possunt sacerdotes, qui ab eodem Episcopo solum habent jurisdictionem delegatam in eosdem subditos. Disparitas est; quia Episcopus, & Parochus de jure communi habebant, & habent facultatem exercendi suam jurisdictionem in suos subditos, etiam in territorio alieno, quando exercitium talis jurisdictionis non erat contentiosum, nec strepitum requirebat, per quem aliquis alijs offendi poterat; hoc autem jus non fuit revocatum per Trid. neque per aliquam Pontificiam Const. in *Superna* enim nihil disponitur circa Parochos erga suos subditos.

272 A Sacerdotibus solum habentibus jurisdictionem delegatam prohibitum est per Trid. ne confessiones audiant sine approbatione Episcopi; & hanc approbationem habendam esse ab Ordinario loci, in quo confessiones audiuntur, declarat S. Pontifex Clemens in sua Const. *Superna*. Et hoc intelligi etiam in Episcopis erga non subditos, quos in aliena diœcesi absolvere non potest absque diœcesani approbatione. Imo extra suam diœcesim non potest Episcopus eligere sibi in confessarium sacerdotem, etiam suum subditum, si approbatus non sit ab Episcopo loci, in quo fiat confessio. *Nog. d. 14. à n. 56* Et quoad hoc ultimū *n. 67.* ait jã non esse probabilē contrariã opinionē, quæ ante Const. *Superna* erat cõmunis inter DD. Quia tamen Episcopi Re-

gulares per Episcopatum non amittunt privilegia suorum Ordinum, bene notat *Arriag. de pœnitentia disp. 42.* posse eos, sicut alij Regulares contra Sacerdoti ab Ordinario non approbato.

173 Colliges 3. Parochum, qui vel sponte demittit beneficium, vel ob causam illi fuit ablatum, tunc nova Episcopi approbatione non posse virtute Bullæ eligi in confessarium. Patet, quia ex Trid. constat solum esse idoneos ad audiendas confessiones, qui beneficium parochiale, vel approbationem ab Episcopo obtineant; & hæc ut contradistincta exiguntur: sed qui habuit beneficium, jam illud non habet; sicut qui fuit approbatus cum limitatione temporis, illo transacto, non est approbatus. Deinde non habet Episcopi approbationem; siquidem in tantum erat approbatus, in quantum beneficium obtinebat; cum enim per beneficii collationem Parochus habeat approbationem, cessante collatione, cessat approbatio: ergo &c. *Nog. d. 14. à n. 72.* Quam vero probabilitatem adhuc habeant duæ circa hoc diversæ sententiæ, vide apud ipsum *n. 69. & 71.*

274 Colliges 4. Etiam non posse virtute Bullæ eligi in confessarios, qui approbati fuerunt cum limitatione vel ad personas, vel pro determinato loco, vel pro determinato tempore, nisi à personis, in

loco, & tempore, ad quas, & pro quibus fuerunt approbati. Unde qui fuit approbatus ad confessiones hominum, non potest eligi à mulieribus; qui pro certa parochia, non potest eligi extra illam; qui ad annum, non potest eligi, anno finito. *Nog.d.14. Sect.7. & 8.* asserens contrarias sententias post Const. *Superna* nec probabiles, nec tutas esse.

275 Colliges 5. Etiam non esse per Bullam eligibilem in confessarium Sacerdotem sæcularem (de Regularibus enim infra dicitur) cujus approbatio data ad beneplacitum Episcopi, ab Episcopo revocata sit; sive cum causa, sive absque causa legitima. Patet, quia approbatio concessa ad beneplacitum concedentis non potest quidem licite absque causa revocari, potest tamen valide; cum enim ad arbitrium concessa fuerit, cessante beneplacito per contrarium actum approbantis, licet injustum, etiam approbatio cessat; ac proinde qui illam habuit, jam non manet approbatus. *Nog.d.14. à n.90.*

276 Maius dubium est, quando approbatio concessa fuit absolute, maxime si præcessit examen. Ad cujus resolutionem supponendum 1. licet Episcopus non possit justè negare approbationem sacerdoti, etiam læculari, qui per examen idoneus ad confessiones audiendas inventus est, nulla ad eam negationem interveni-

ente causa, ut cum alijs docet *Arriag. de Pœnit.d.42. n.29.* Potest nihilominus Episcopus Clericos Sæculares à se, etiam prævio examine, absolute approbatos ad examen iterum vocare, & si minus apti inveniantur, eos reprobare, ut bene docet, & probat *M.Suar. de pœnit. d.28. Sect.8. n.5. & 6.* Ibidem autem ex motu proprio Pij V. incipiente *Romani Pontifices*, notat cit. *M.Suar.* esse speciale Mendicantium privilegium, ut semel tantum ab eodè Episcopo examinari possint, de quo infra à n.288.

§ Supponendum 2. Licet Episcopus cum causa licitè, & validè revocare possit approbationem Clerico Sæculari prævio examine absolute concessam, si v.g. detur mutatio in scientia, aut moribus; idque etiam si dictus clericus ad secundum examen non avocetur. Si tamen revocatio dictæ approbationis absque justa causa fiat, erit nulla; clericus enim per examen legitime approbatus, dum nulla in eo datur mutatio circa mores, aut scientiam, retinet idem jus, quod si ab illo auferatur, injustè, & invalidè aufertur. His suppositis, in terminis hujus injustæ revocationis

277 Ad dubiū propositū videtur dicendū virtute Bullæ posse adhuc eligi dictū sacerdotē, etiam post revocationē approbationis; cum enim post reprobationem injustam, sive post revocationem approbationis sine cau-

si adhuc maneat approbatus, habet quod à Bulla requiritur. At cum id nunquam constare possit, nisi Episcopus manifeste declaret se illius sacerdotis approbationem absque causa revocasse. Absolute tenendum est, non posse eum sacerdotem per bullam eligi; quia præsumptio stat pro Prælato, qui potest habere causas, quas nec convenit, nec tenetur propalare. *Nog. d. 14. à n. 92.* De quo etiam optime, ut solet *M. Suar. de Pœnit. d. 28. Sect. 8. à n. 7.*

278 Colliges 6. Non esse per Bullam eligibilem Sacerdotem secularem per examen inventum manifeste idoneum, cui Episcopus injuste ex odio, vel malevolentia approbationem negavit. Et patet, quia talis sacerdos non manet eo ipso approbatus, siquidem juxta *Trid. S. 23. de Reform. c. 15.* nemo manet approbatus, nisi ab Episcopo approbationem obtineat: ubi cum dictio *Nisi* importet actu approbationem, si hæc non obtineatur, non manet approbatus. *Nog. d. 14. à n. 98.* De Regularibus idem esse tenendum dicemus infra n. 282.

279 Colliges 7. esse per Bullam eligibilem sacerdotem approbatum ab Episcopo interius judicante cum esse idoneum. Et patet, quia talis sacerdos manet approbatus: ergo habet quidquid ad electionem per Bullam requiritur. Antecedens est juxta probabiliorum *M. Suar. Sanch.* & aliorum opinionem, qui asserunt valere con-

fessionem factam sacerdoti, cui Episcopus facte licentiam concessit audiendi confessiones, & ratio esse potest; quia licet talis licentia, & approbatio sit illicita, est valida; iudicium enim, quod *Trid.* requirit in approbante de idoneitate approbandi, intelligi debet non de interno, sed de externo iudicio, quod in ipsa externa approbatione includitur; alias occasio daretur innumeris scrupulis; an sacerdos fuerit, an non fuerit interius ab Episcopo iudicatus idoneus. *Nog. d. 14. à n. 103.*

280 Quærit etiam à n. 106. An approbatus ab Episcopo per ratihabitationem sit virtute Bullæ eligibilis? Et in primis certa est resolutio negativa, si loquamur de ratihabitatione de futuro. De ratihabitatione autem de presenti, quæ consistit in approbatione tacita ab Episcopo, qui videns sacerdotem non approbatum confessiones audientem, ei non contradicit, cum facile possit *Nog. n. 113.* respondet, cum moraliter non possit intelligi consensus, aut dissensus Episcopi, nec si ille meminit de approbatione danda, vel de non approbatione concessa; respondet, inquam, præter consensum internum Episcopi, requiri signum aliquod externum manifestativum approbationis, ut sacerdos sine peccato possit audire confessiones, & ad id eligi virtute Bullæ.

## ARTICULUS II.

*De Approbatione Regularium in ordine ad Bullam.*

281 **M**ulta hic congerit *Nog. d. 14. à n. 117. ad 133.* Circa præsentationem Regularium, ut ab Episcopo approbentur; quia tamen multa sunt circa *Extrav. Bonif. VIII. Super Cathedram, de sepult.* Et circa *Clement. Dudum de sepult.* etiam, quas dicit per *Conc. Trid.* esse revocatas; ex illo breviter

§ Dico 1. Præsentatio Regularium, ut Episcopus eos approbet, facienda est a superiori locali Conventus, Collegij, aut domus Religiosæ, nisi regula, aut statutum Religionis aliud determinet, ut determinat in tertio Ordine S. Francisci esse faciendam a Ministro Generali, vel ejus Vicario, vel Provinciali. Dico 2. Probabilius est non peccare mortaliter Regulares exponendo se Episcopo pro impetranda approbatione ad confessiones, nisi constitutiones Religionis ad mortale obligent, vel detur prohibitio superioris obligantis in virtute S. Obedientiæ, vel sub excommunicatione, suspensione &c. Dico 3. Dicti Regulares approbati sine præsentatione suorum superiorum, possunt virtute Bullæ eligi, & confessiones sæcularium valide excipere, si in eorum Religione recepta non sit *Constit. Julij III. facta ad instantiam*

Generalis Prædicatorum, & recepta a capitulo generali *Salmantino*, in qua ejusmodi confessiones declarantur irritæ. At ex *Pal. & Pelliz.* ait in alijs Religionibus, etiã Societatis JESU, eam *Constit.* non fuisse receptam.

282 Quæres 1. An Regulares a suo Prælato præsentati Episcopo, & ab illo injuste repulsi, maneat ipso jure approbati, ita ut possint confessiones audire, & virtute Bullæ eligi? Resolutio negativa patet ex verbis *Clement. Superna adductis n. 266.* & ex dictis *n. 278.* de sacerdote sæculari. Et confirmatur ex damnatione propositionis 13. inter damnatas ab *Alexandro VII. 24. Septemb. à n. 1665.* quæ sic habet, *Satisfacit præcepto annuæ confessionis, qui confitetur Regulari Episcopo præsentato, sed ab eo injuste reprobato. Nog. d. 14. à n. 139.* Quoad electionem Regularium ex justa causa approbatorum cum limitatione personarum, locorum, aut temporis, finito eo tempore pro alijs personis, aut locis, coherenter ad dicta *n. 274.* quæ in Regularibus etiam militare contendit, resolvit *Nog. n. 158.*

283 Quæres tamen 2. An Regulares generaliter idonei possint ab Episcopo approbari cum limitatione vel ad personas, vel ad loca, vel ad tempus, absque justa causa? Resolutio negativa est certa ex *Constit. Superna Clement. X. ibi Illos autem Religi-*

ligiosos, qui ad confessiones audiendas idonei generaliter reperti fuerint, ab Episcopis generaliter quoque, & indistincte, absque alia limitatione temporis, certorumque locorum, aut generis personarum in Diocesi propria admittendos. Et quia Pontifex has limitationes prohibet sub præcepto, & sub indignatione Omnipotentis Dei, &c. bene docet *Nog. d. 14. n. 147.* peccare mortaliter Episcopos contrarium facientes; non obstantibus Synodalibus cujuscumque Diocesis Constitutionibus, quæ post dictam Clementis X. Constituti quoad hoc nullius vigoris sunt.

§ Adde quod *Pezant. Henriq. & Miranda* apud *P. Bened. Pereyra* in *Prompt. tr. 39. n. 1210.* affirmant dictas limitationes absque justa causa factas in approbatione Regularium, non solum esse ipsis Regularibus, & Religionibus injurias, ac proinde injustas; sed etiam invalidas, ita ut sic injuste approbatus v. g. ad solos viros, possit etiam foeminas audire. Et ratio illis est; quia Regulares supposita approbatione Episcopi, à Pontifice accipiunt jurisdictionem; sed Pontifex sine limitatione jurisdictionem impendit: ergo Episcopus injuste limitans non impedit usum jurisdictionis. Ubi nota resolutionem horum AA. procedere in diversissimo casu ab eo, de quo *n. 282.* ibi enim agitur de Regularibus omnino injuste reprobatis, quos dicimus non manere eo ipso approbatos. At AA. citati lo-

quuntur de Regularibus approbatis quidem, sed cum limitatione injusta. Et ideo illorum resolutio apud citat. *P. Bened.* videtur probabilis, maxime post *Constit. Superna*, dummodo evidenter constet de injustitia limitationis; nam in dubio pro Prælato limitante standum est.

284 Si tamen adsit justa causa posse Episcopos cum limitatione approbare Regulares non adeo idoneos, constat ex eadem *Constitut. Superna*, ibi *Quoad cæteros vero, qui non adeo idonei reperientur; si petierint se admitti; arbitrio Ordinariorum relinqui, ipsos cum limitata facultate, prout eisdem Ordinarij magis expedire videbitur probare, & admittere.* Ubi notandum 1. verba illa *Arbitrio Ordinariorum relinqui*, non importare liberam eorum voluntatem, ita ut Ordinarius pro suo libito possit limitare approbationem (ut contingit, quando aliquid committitur liberæ alicujus voluntati) sed importare arbitrium boni viri, secundum quod debet Commissarius facere in re commissa id, quod vellet faciendum in rebus suis, ut explicat cū multis *Nog. d. 14. n. 162.* & latius *d. 12. n. 57.*

285 Notandum 2. Non esse causam limitandi approbationem, nec defectum idoneitatis in Regularibus, defectum ætatis; ut ex eadem *Constitutione* bene probat *Nog. d. 14. à n. 163.* Maxime quia examen Regularium ab Episcopis faciendum

ex Concil. Later. & Leone X. restrictum est, ut sit dumtaxat super literatura, nam quoad mores ad Prælatos Religionis attinet. Nulla deinde potest esse causa, ut Episcopi omnes Religiosos, vel omnes unius Religionis Sacerdotes indifferenter cum restrictione, aut personarum, aut locorum, aut temporis approbent; incredibile enim est, quod omnes scientiæ ita limitatæ sint, ut digni, & idonei plures non habeantur, qui simpliciter approbentur.

286 Notandum 3. Ex eo, quod Episcopi Regularibus non adeo idoneis repertis quoad scientiam possint limitare approbationem quoad tempus, vel locum, in quo non sunt casus difficiles, vel ad certum genus personarum, v. g. ad Clericos, pueros, & rusticos; non ad mercatores, iudices, & advocatos, qui casus habent difficiliores; non inde probari praxim Episcoporum, qui indistincte approbare nolunt Regulares ad confessiones fœminarum ante quadragesimum ætatis annum; quia in verbis citat. Constitut. n. 283. id illis prohibetur. Et ratio convincit; quia si sæcularis 25. ætatis anno in Parochum electus absolute pro tota vita ad confessiones virorum, & fœminarum approbatur, injustè id negatur Regularibus aliunde idoneis, licet 40. annum non habeant. *Nog. d. 14. n. 155. & 166.*

287 Quæres 3. An dicta n. 283. vera sint etiam quando Episcopi Re-

gulares approbant absque examine? & affirmative; nã Regulares absque examine idonei reperiri possunt, ut constat ex *Trid. Sess. 23. de Refor. c. 15. ibi, Per examen, si illis videbitur esse necessarium, aut aliàs idoneus iudicetur.* Vel ergo Episcopi, quando Regulares approbant absque examine illos iudicant idoneos, vel non: si primum, non possunt illos approbare cū limitatione temporis, &c. quia id illis expressè prohibetur in cit. Constitut. si secundum, id est; si Regulares idoneos non iudicant, illos approbare nõ valent; ut colligitur ex *Trid. loco cit. Nog. d. 14. n. 149.*

288 Quæres 4. An Regulares semel examinati, & approbati possint iterum ab Episcopo, vel successore examinari? Resolutio quæstionis constat ex cit. Constit. *Superna, ibi, Regulares vero ad eiusmodi confessiones audiendas, prævio examine, simpliciter, & absque ulla temporis præfinitione ab ipsomet Episcopo (secus autem si ab ejus Vicario, aut ab antecessoribus Episcopis) approbatos, non posse ab eodem, qui sic approbavit, iterum examinari.* Et ex hac resolutione

§ Sequitur posse ab Episcopo examinari 1. qui ab eo fuerunt simpliciter approbati absque prævio examine. 2. qui ab Episcopi vicario, vel antecessoribus etiam prævio examine fuerunt approbati. 3. qui ab ipsomet Episcopo fuerunt prævio examine approbati, sed ex justa causa cum limita-

mitatione, juxta dicta à n. 284. Ratio horū est, quia cit. Constit. solum eximit à secundo examine eos, qui prævio examine fuerunt ab ipsomet Episcopo absolute approbati, & non eos, qui ab illius Vicario, aut antecessoribus, aut ab ipso cum limitatione, quos proinde potest actualis Episcopus examinare, etiam sine causa, sed tantum ut sciat, quos in Episcopatu habeat Confessarios idoneos. *Nog. d. 14. S. 17.* monens in principio, licet possint, non debere Episcopos examinare omnes Regulares, etiam manifeste idoneos, ut Magistros; quia cum de scientia constat examen non requiritur juxta dicta n. 287.

289 Quæres 5. An approbatio Regularibus absolute concessa possit ab Episcopo sine causa revocari, aut suspendi? *R. 1.* non posse Episcopos omnes simul unius Religionis, aut Conventus Regulares Confessarios ab audiendis confessionibus privare, etiam si existimet se habere urgentissimam causam. Constat ex cit. Constit. *Superna*, ibi, *Attamen confessiones audiendi facultatem omnibus simul unius Conventus Regularibus Confessoribus, adimi ab Episcopo, inconsulta Sede Apostolica, nullatenus posse.* Ubi ponderanda est dictio *Nullatenus posse*, quæ importat ipso jure actūs nullitatem. *Nog. à n. 135. & n. 239.*

290 *R. 2.* non posse revocare approbationes à se ipso Regularibus concessas prævio examine, absque justa

causa confessiones concernente. Constat ex cit. Constit. *Superna*, ubi post verba adducta n. 288. dicitur ibi, *Non posse... ab eisdem confessionibus audiendis suspendi, seu licentias illis concessas revocari, nisi nova superveniente causa, quæ ipsas confessiones concernat.* *Nog. à n. 190.* monens in dubio an revocatio fuerit sine causa, præsumendum esse pro Episcopo.

291 *R. 3.* etiam non posse, absque justa causa confessiones concernente, valide revocare licentias, & approbationes vel à se ipso absque examine; vel à suo Vicario, aut à prædecessore Episcopo Regularibus absolute concessas. Ex cit. Constit. *Superna* id probat *Nog. n. 193.* bene monens posse Episcopum in his casibus Regulares ad examen vocare juxta dicta n. 288. §. *Sequitur*, & illos reprobare, si idoneos non inveniat.

292 De approbatione cum limitatione temporis, v. g. ad annum concessa Regularibus, licet in cit. Constit. nihil disponatur, *R. 4.* non finito tempore, pro quo concessa fuit, nec licite, nec valide posse ab Episcopo revocari, sine justa causa, qua interveniente, non est dubium revocari posse. Quoad omnes partes resolutionem probat *Nog. d. 14. à n. 196.* tum ratione, tum ex Bulla Urbani VIII. edita anno 1630; & missa ad D. D. Josephum de Mello contendentem cum P. P. Collegij Eborensis Societatis JESU, ibi, *Tibi ut licentias, & approbationes per*

antecessores suos Ecclesie Eborensis Præsules, ac etiam per te ipsum ad tempus, seu ad beneplacitum tuum, non autem simpliciter, & absque præfinitione temporis concessas, ad id concurrente legitima causa, revocare possis: ergo causa legitima non concurrente non posset.

293 De approbatione tamen ad beneplacitum, seu arbitrium ab Episcopo Regularibus concessa, probabilius dicit *Nog.* n. 201. licet illicite, valide posse revocari ab Episcopo propter dicta n. 275. De capitulo Sede vacante absolute docet, nec valide, nec licite posse revocare licentias, & approbationes ab Episcopo concessas Regularibus Mendicantibus, & cum eis in privilegijs communicantibus, licet de illis expressam, & specialem mentionem faciat in aliquo edicto revocatorio. Quanvis enim de jure id potuerit capitulum; Religiosis S. S. Dominici, & Francisci, & per communicationem alijs concessum est privilegium, cui non derogavit *Trid.* ne capitulum Sede vacante approbationes ab Episcopo emortuo concessas possit revocare. *Ibidem* à n. 202.

294 Quæres 6. Quæ sint causæ confessiones concernentes, ob quas possunt approbationes Regularium ab Episcopo revocari? R. primam assignari in *Constit. Superna* per hæc verba, *Si Regulares cum scandalo, aut aliàs inhoneste vivant, vel aliquod delictum committant, per quod rationabili Episcopi judicio videantur à confessioni-*

*bus suspendi, in quo ipsius conscientiam oneratam esse volumus, &c.* Secunda causa est, si Confessarius Regularis redditus sit mutus, aut mentecaptus, five inidoneus defectu scientiæ, aut pecuniam pro confessione accepit, vel confessionem revelavit. *Nog.* à n. 205. Et à n. 209. notat 1. nõ posse Episcopos alia pœna punire Regulares in ministrandis confessionibus delinquentes. 2. non esse necessarium, ut in actis constet juridice de causa revocationis, nec eam teneri Episcopum ipsis Regularibus significare; id enim expresse cavetur in eadem *Constit. Superna.*

295 Quæres 7. An Regulares ab Episcopo non approbati possint aliquorum confessiones valide excipere? R. 1. posse de licentia Prælati excipere confessiones aliorum Regularium; hi enim de licentia sui Prælati possunt confiteri cuilibet Sacerdoti simplici, etiam sæculari. R. 2. etiam posse excipere confessiones sæcularium, qui sunt vere de familia, & continui commensales, id est, qui servientes ordinarie vivunt, comedunt, bibunt, & dormiunt in monasterijs. Constat ex *Constit. Superna*, ibi, *Cæterum in Monasterijs, ac etiam Collegijs, ubi juxta regularia instituta vivitur, posse tam Prælatos Regulares, quam Confessores Regularium eorundem Monasteriorum, seu Collegiorum audire confessiones illorum sæcularium, qui inibi sunt verè de familia, & continui commensales, non autem*



*autem illorum, qui tantum ipsis serviunt;* id est, non artificum, qui Monasterijs inserviunt, in illis tamen non morantur, nec dormiunt. *Nog. d. 14. à n. 212.*

296 Notat tamen *n. 222.* tam Regulares, quam sæculares, quos dicimus posse confiteri Regularibus ab Episcopo non approbatis, id non posse virtute Jubilæi, aut Cruciatæ, ut illius privilegij gaudeant. Tam enim Bulla, quam Jubilæum ut necessariã pręrequirunt approbationem Ordinarij, & non sufficit approbatio Pręlati Regularis, etiam ad excipiendas virtute illorũ Regulariũ confessiones. Quoad cõfessiones vero Monialiũ Episcopo subjectarũ, ut privilegij Bullæ gaudeant, nõ sufficit, quod Cõfessarius sit ab Episcopo utcumque approbatus, sed necessarium est, quod sit specialiter approbatus ad confessiones Monialium hujus Monasterij, quod ex cit. *Constit. Superna* late prosequitur *Nog. videndus à n. 223.*

297 Quæres tandem, quid importent in Bulla Cruciatæ, dum agit de Confessarij eligendi approbatione, verba illa: *Et quoad Regulares semel tantum approbati fuerint?* Ante cõstitutionem *Superna* multorum opinio fuit Confessarios, etiam sæculares approbatos cum limitatione, vel ad tempus, vel ad loca, vel ad personas posse virtute Bullæ eligi, elapso eo tempore, & ab alijs personis, & alijs in locis, pro quibus nõ fuerũt approbati. Has

sententias, illarum Patronos referens, quoad Confessarios sæculares, ut improbabiles post *Constit. Superna* rejicit *Nog. d. 14. sect. 7. & 8.* & nos cum illo supra *n. 274.*

§ Adhuc tamen post dictam *Cõstit. Superna* eandem sententiam quoad electionem Regularium in Confessarios nonnulli AA. sustinere cõtendunt. Et illorum præcipuum, si non unicum fundamentum defamitur ex proxima adducta clausula Cruciatæ. Quod si illis opponas *Constit. Superna*, aut Bullam, *Cum sicut Innocentij XII.* respondent illarum decisiones solum procedere circa approbationes Regularium dandas ab Episcopis locorum, in quibus excipiendę sunt confessiones; ita ut non sufficiat, quod Regulares sint, aut fuerint approbati ab alijs Episcopis; sed necessario debet præcedere approbatio Episcopi loci, in quo excipitur confessio.

§ An vero necessaria sit actualis approbatio; an sufficiat, quod præcesserit approbatio limitata ad certum tempus, ut Regulares cum ea limitatione approbati, adhuc elapso eo tempore possint virtute Bullæ eligi in Dicecesi Episcopi sic approbantis? Id (juxta hos AA.) non deciditur in dictis Bullis. Et cum de ejusmodi Regularibus verum sit dicere, quod semel jam approbati fuerint, de illis verificatur dicta clausula Bullę Cruciatæ. *Et quoad Regulares semel tantum*

*approbati fuerint.* Et cum privilegia Bullæ late, ut favores, sint interpretanda; consequens est, quod possint dicti Regulares cum limitatione temporis approbati ex vi illius privilegij (quod hanc interpretationem absque violentia admittit) sine ulla temporis limitatione eligi. An hæc probabiliter dicta sint? Alij dicant. § Novissime *Fr. Gabriel de Noboa* Doctor Salmanticensis in Appologia pro Regularibus in lucem edita anno 1702. non obstantibus Bullâ *Superna*, & Bullâ *Cum sicut* hæc, & multa alia Regularium approbationes concernentia late probat, & defendit plurimum DD. apud ipsum videndorum suffragio non destitutus.

§ *Nog. lib. 14. n. 230.* docet per ea verba, *Quoad Regulares semel tantum approbati fuerint*, significari id, quod de jure inest, juxta dicta à n. 290. id est, non posse Episcopum absque justa causa revocare valide approbationes Regularibus absolute concessas; sicut potest valide (licet illicite) revocare approbationes Clericis sæcularibus etiam prævio examine absolute concessas, saltem illos vocando ad novum examen, vel singulos, vel per edictum generale juxta dicta n. 276. Dixi saltem illos vocando ad novum examen; quia etiam absque novo examine posse Episcopum eos valide reprobare, docet *Bard.* & cum pluribus *Leand.* apud *Nog. d. 14. n. 236.*

§ Unde Regulares posita Epif-

copi absoluta approbatione censentur jure idonei, & absque causa confessiones concernente irrevocabiliter. Nec Episcopus per edictum generale revocare potest, aut suspendere approbationes omnium Regularium, aut omnium unius conventus, imo neque alicujus Regularis in particulari. & si approbatio concessa fuit prævio examine, nec eos poterit vocare ad secundum examen: quæ omnia factis constant ex dictis à n. 288. Hoc igitur juris commune, quod unam tantum in Regularibus idoneis requirit approbationem in quacunque Diœcesi, observandum expressit Bulla Cruciatæ, nec per eam clausulam voluit Pontifex novum aliquod privilegium inducere circa Regularium approbationes cum limitatione, vel ad tempus, vel ad personas, vel ad loca concessas, ut virtute illius Regulares possint eligi, vel finito eo tempore, vel ab alijs personis, vel alijs in locis. Et confirmatur efficacissime ex Bulla Innocentij XII. adducta à n. 267. quam si *P. Nog.* vidisset, à fortiori id ipsum doceret, attentis verbis illius, ibi: *Bullam Cruciatæ Sanctæ nihil novi juris induxisse, nullumque privilegium continere quoad approbationem &c.*

\*  
\*

## CAPUT XV.

*De facultate absolvendi à reservatis S. Pontifici virtute Bullæ.*

298 **Q**ui (prosequitur Bullæ Latinæ textus) eorum confessione audita, ipsos ad quorumcunque Ecclesiæ mandatorum, nec non votorum transgressionibus, jejuniorum, & horarum Canoniarum omissionibus, cæterisque omnibus peccatis, criminibus, excessibus, & delictis, quantumcunque gravibus, & enormibus, etiam talibus, propter quæ Sedes Apostolica merito consulenda foret; ac etiam in casibus, qui in litteris die Cænæ D. publicari solitis continentur, exceptis hæresis, conspirationis in personam, & statum Rom. Pontificis, falsificationis litterarum Apostolicarum, & supplicationum, cæteris omnibus alijs casibus, qui undecimo incipiente: Item excommunicamus, & anathematizamus omnes interficientes: nec non duodecimo, tertio decimo, & quarto decimo capitulis, sive articulis dictarum litterarum Cænæ D. scripti sunt, semel in vita, & in mortis articulo; alijs vero eidem Sedi non reservatis casibus, quoties confitebuntur, absolvere, ac pro modo culpe pœnitentiam salutarem injungere, plenamque omnium peccatorum suorum remissionem impendere, &c.

299 Non est compendij in Cruciatam agere de reservatis, aut de censuris in particulari; pro brevi de pec-

catorum reservatione, & de Censuris notitia videatur *Nog. d. 15. sect. 1. & 2.* Compendij etiam non est referre omnes casus, & censuras S. Pontifici reservatas tam in Jure Canonico, quam extra illud; largum de omnibus syllabum habes apud eundem *sect. 3. 4. & 5.* per totas. Solum hic

300 Suppono 1. reservationem definiri *Restrictio jurisdictionis à legitimo superiore inducta Confessarijs, per quam restrictionem ij non valeant aliqua peccata sacramentaliter absolvere.* Et cū ad Confessarios dirigatur jurisdictionis restrictio, etiam si pœnitentes reservationem ignorent, absque privilegio à Confessarijs ordinarijs absolvi non possunt; quod alij alijs terminis explicant, dum dicunt etiam ignorantes reservationem, ea ligari; sicut ligantur pueri ante annos pubertatis, licet ab incurfione censurarum probabiliter eximantur. *Nog. d. 15. à n. 4.* contra non paucos, qui ignorantes absolute excusant; sicut eos excusat idem *Nog. n. 6.* quando reservatio primario imponitur in odium alicujus peccati, ejusque pœnam.

301 Suppono 2. Censuram adæquate dividi in Excommunicationem, Suspensionem, & Interdictum; neque enim eos admittimus, qui inter Censuras numerant Irregularitatem. Suppono 3. peccata S. Pontifici reservata regulariter habere censuram annexā. Cum autem Censuræ ab ignorantibus non incurrantur, ignorata censu-

ra reservationi Pontificiæ annexa, neque censura, neque reservatio incurritur. Et quando censura incurfa est, concessa licentia ad illius absolutionem, censetur etiam concessa ad absolvendum à peccato, & è contra. *Nog. Ibidem à n. 14.*

302 Suppono 4. Metum gravè, & cadentem in virum constantem, v. g. mortis, infamiæ, & aliorum, qui excusant operantem ab omni culpa ob transgressionem præcepti Ecclesiastici, quod nõ obligat cum tanti mali periculo, etiam excusare ab incurrenda censura, atque adeo ab incurrenda Pontificia reservatione cum censura imposta operi cum metu patrato. Et hoc intellige non solum quando metus excusat à peccato, ut quando præceptum est Ecclesiasticum; sed etiam quando metus gravis non excusat à culpa, quæ est contra legem naturalè, vel Divinam positivã, per quas opus aliquod sit prohibitum, præcisã censura, per quam Ecclesia illud etiam prohibeat. *Nog. d. 15. à n. 158.*

§ Et quidem si opus solum sit prohibitum jure Ecclesiastico; ratio est evidens; quia tunc deficit peccatũ, sine quo stare non potest censura, neque reservatio. Quando autè opus est prohibitum jure naturali, vel Divino, est contra *Sanchez, Pal.* & alios, Probatur tamen; quia licet metus non tollat obligationem præcepti naturalis, vel Divini, tollit tamen obligationem præcepti Ecclesiastici ab Ecclesia cū

censura additi; cessante autem Ecclesiæ præcepto, cessare debet censura.

303 Traditam resolutionem extendit *Tambur.* & alij, à quibus non dissentit *Nog. n. 174.* ad omnem reservationem etiam si annexam non habeat censuram. An vero limitanda sit resolutio in casu, quo metus sit incussus in contemptum fidei, aut Religionis, aut potestatis Ecclesiæ, ut probabilius respondet *Nog. n. 162.* affirmative, id est, tunc metum gravem non excusare à peccato, neque à Censura ab Ecclesia imposta, quia in hoc casu vult Ecclesia obligare suo præcepto etiam imminente gravis damni periculo. *Quavis, inquit, oppositum doceat Sal. Leand. & Sanchez sibi cõtrarius.*

304 Suppono 6. reservato aliquo delicto, non comprehendit actiones leves externas ex affectu mortali interno procedentes v. g. intensione mortaliter peccaminosa vult quis Clericum graviter percutere; vel subripere notabilem quantitatem ex bonis naufragantium Christianorum; externa tamen Clerici percussio fuit venialis; & furtum externum fuit leve, vel non sufficiens ad incurrendam excommunicationem latam in Bulla Coenæ, ad quam *Sayr.* & alij requirunt valorem duorum aureorum. In utroque casu neque reservatio, neque censura incurritur; quia non imponuntur nisi ob peccatum mortale externum. *Nog. d. 15. à n. 169.* cum *Suar.* &

& *Sanch.* qui asserit nec heresim refervari, nisi quando actus externus est de se mortalis.

305 Suppono 7. cum sententia probabiliorum, qui virtute Bullæ, aut Jubilæi confessus est, nullam v.g. ex inculpabili oblivione mentionem faciens reservatorum, liberum manere à reservatione oblatorum, & ab eis posse absolvi à quolibet Confessario, ac si reservata non fuerint. Ratio est, quia dum Confessarius in absolutio-  
ne ait *In quantum ego possum*, intendit absolvere in quantum potest; potest autem virtute Bullæ, vel Jubilæi, vel ipse Prælatus, si absolvat, tollere omnem reservationem; & à pœnitente eligitur, ut omnem impertiat gratiam, quam impertire potest. Idem dictum habeas de Censuris oblitis; si ad illarum, vel alicujus absolutionem nõ requiratur partis satisfactio juxta dicenda n. 366 *Nog. d. 15. à n. 143.*

306 Maius dubium est, an maneat liber à reservatione, qui habes Bullam invalide confitetur, vel defectu doloris, examinis, aut propositi, vel quia culpabiliter tacet peccatum aliquod mortale, aut reservatum, aut nõ reservatum? Quadruplex in hac re datur sententia, quæ videri possunt apud *Nog. d. 15. à n. 146.* Ex illo à n. 150. *re.* juxta Bullam Lusitanam nõ manere liberum à reservatione, neque censurarum, neque peccatorum. Patet; quia delegatus per Bullam Lusitanam non potest solvere reservatio-

nem nec censurarum, nec peccatorum, nisi per absolutionem sacramentalẽ; conceditur enim illam habenti, quod possit eligere Confessarium, qui illum absolvat a censuris, & peccatis reservatis, *ut purius preces Deo fundere, & efficacius D. auxilium implorare possit:* atqui in casu proposito absolutio ex defectu hujus finis, integritatis, aut dispositionis est nulla, & irrita, ac proinde non sacramentalis: ergo etiam nulla est ablatio reservationis.

307 Secus, inquit *Nog. à n. 151.* si confessio ita invalida hat virtute Bullæ Hispanæ, aut Prælato, vel ejus delegato. Ratio 1. partis est, quia probabile est virtute Bullæ Hispanæ posse absolvi à censuris extra confessionem sacramentalem: ergo ablata censura per absolutionem in casibus Pontificijs, peccata, quæ ratione illius censure erant reservata, possunt absolvi à quolibet communi Confessario juxta dicta n. 301.

§ Ratio 2. partis est, quia tunc subditus jam satisfecit fini reservationis; quia superiori, vel ejus vices habenti se præsentavit animo medicinæ, & pœnitentiam ab eo recipiendi: ergo liber manet à reservatione reservatorum omnium, quæ illi in ea confessione, quanvis invalida, fuerunt manifestata; sicut maneret, si à superiore obtineret facultatem, ut cuilibet confiteri posset: quam facultatem concedere non potest electus per Bullam, licet enim sit Pontificis delegatus, ei

non conceditur tollere reservationē, nisi per sacramentalem absolutionē. His, quæ maiori ex parte communia sunt reservatis tum Pontificijs, tum Episcopalibus, suppositis, sit

### A R T I C U L U S I.

*Qui, & quoties in vita absolvi possint virtute Bullæ casus Pontifici reservati extra Bullam Cœnæ.*

308 **R**espondetur virtute Bullæ (illius anno durante juxta dicta à n. 90) posse absolvi omnes casus S. Pontifici reservatos extra Bullam Cœnæ semel in vita, & in mortis articulo, excepta conspiratione in personam, & statum S. Pontificis. Ratio resolutionis est, quia id conceditur in textu Bullæ adducto n. 298. Ratio excipiendi dictam cōspirationem est, quia in textu Bullæ Lusitanæ excipitur, cum alijs casibus Bullæ Cœnæ, de quibus cap. sequēti. Et licet reservatio dictæ conspirationis non contineatur in Bulla Cœnæ, habetur in *Extravag. Et si Dominici de Pœnit. & Remiss. c. 3.* Et quia omnis conjuratio conspirationem includit, & ulterius addit juramentum inter conspirantes, dum in bulla excipitur conspiratio, etiam censetur excepta conjuratio in personam, & statum Pontificis Romani.

309 Est autem conspirare, simul in idem spirare, & conspiratio est simultanea plurium in idem spiratio,

sive conventio. Dum igitur in Bulla excipitur conspiratio in personam, & statum Romani Pontificis, intelligi debent quæcumque conventiones contra vitam, salutem, obedientiam, & auctoritatem S. Pontificis, nec non concernentes illius statum spiritualē, temporalem, & politicum; & ab his conventionibus non possunt conspirantes absolvi (si sint publicæ) nec semel in vita, nec in mortis articulo virtute Bullæ.

310 Dixi *virtute Bullæ*; quia poterunt absolvi ex eo principio, quod in mortis articulo nulla datur reservatio; quæ autem detur differentia inter absolutionem reservatorum ex hoc principio, & absolutionem virtute Bullæ patebit ex dicendis à n. 327. Dixi etiam *si sint publicæ*; qui si conspiratio fuit occulta, & conspirantes respuerint, poterit virtute Bullæ absolvi, sicut reliqui casus Pontificij, exceptis, qui ex contentis in Bulla Cœnæ, in Crucjata excipiuntur, juxta dicenda à n. 319. *Nog. d. 16. à n. 52. ad 67.* ubi bene notat conspirationem hanc, ut sit reservata debere esse completam, & perfectam, & non sufficere attentatam; ut quando quis attentavit conspirationem, illam tamen non perfecit aliorum defectu; qui cum eo noluerunt convenire; quia in eo casu, licet per ipsum non defuerit, defecit tamen plurium conventio contra personam, & statum R. Pontificis.

311 Quæres I. Quomodo intelligenda

ligenda sit particula illa *semel in vita*: an scilicet unica absolutio, quæ pro peccatis Pontifici reservatis conceditur extra articulum mortis, sit intelligenda de peccatis ejusdem speciei, & non de peccatis specie diversis? Quod alijs terminis est quærere, an possit quis virtute Bullæ absolvi semel ab unoquoque casu Pontificio diversæ speciei, donec ab omnibus absolvatur? *Leand.* cui non dissentit *Tamb.* probabile putat dictionem *semel* debere intelligi de peccatis ejusdē speciei, qualia sunt plures ablationes bonorum naufragantium. Unde si quis incidat in peccatum reservatum, & ab eo virtute Bullæ absolvatur; & postea incidat in aliud diversæ speciei, affirmat posse post prioris absolutionem, obtinere virtute Bullæ absolutionem posterioris.

312 Hanc tamen sententiam improbabilem dicit *Castr. Pal. & Nog. d. 15. n. 87.* dum ait fundamenta *Leand.* illam non ostendere probabilem. Quare cum eodem à n. 85. tenendum est unam tantum extra mortis articulum concedi absolutionē à reservatis Papæ, sive quis dū confitetur unū tantum habeat, sive plura, ejusdē, vel diversę speciei, & non singulas pro singulis diversæ speciei. Ratio desumitur ex eo, quod dictio *semel* pro casibus Pontifici reservatis dicit respectū ad absolutionē simul, & ad cōfessionē; sicut pro non reservatis Pontifici ad utraq̃ue respectū dicit dictio *Quoties*,

ibi, *quoties confitebuntur absolvente.*

313 Quæres 2. An qui Bullis præteritorum annorum non est usus ad absolutionem à reservatis Pontifici, quia illa non commisit; possit hoc presenti anno Bullis illis præteritis uti, & illarum virtute toties absolvi in vita à reservatis Pontifici, quot fuerint Bullæ præteritæ, quibus nō est usus? Affirmant aliqui apud *Nog. d. 15. n. 94.* ipse tamen n. 96. bene docet hanc opinionem nec probabilem esse, nec in praxi tutam; utpote quæ est expressē contra Bullam, in qua solum conceditur, quod *dicto anno durante, quemcumque Presbyterum... Confessorem eligere, &c.* Et juxta summarium, *Concede sua Sanctidade a todos os sobreditos, que durando o dito anno possaõ eleger Confessor &c.* ergo, transacto quolibet anno publicationis Bullæ, Bulla cum ipsius privilegij manet extincta; privilegia enim pro limitato tempore concessa, eo tempore finito, finiuntur.

314 Quæres 3. An Confessarius virtute Bullæ possit absolvere toties quoties à casibus Pontifici reservatis, si sint occulti? Ratio dubitandi oritur ex *Conc. Trident. Sess. 24. de Reform. c. 6.* ubi committitur Episcopis absolutio quorumcunque casuum occultorum Sedi Apostolicæ reservatorum, ibi, *Liceat Episcopis, &c. in quibuscun-*

que casibus occultis, etiam Sedi Apostolicæ reservatis delinquentes, quoscunque sibi subditos in Diœcesi sua per se ipsos, aut Vicarium ad id specialiter deputandum, in foro conscientie gratis absolvere, &c. Idem & in hæresis crimine in eodem foro conscientie, eis tantum, non eorum Vicarijs sit permissum. Solum ibidem excipit *Trid.* casus deductos ad forum contentiosum, qui tales censentur, quando delictum est Judici delatum, partique intimatum; & juxta *Barb. de Potest. Episc. Al. leg. 38.* cui non dissentit *Palaus*, à lite contestata.

315 Præmittendum deinde primo, tripliciter posse aliquid dici occultum; 1. quod per se, & natura sua non est probabile, quales sunt actus mere interni. 2. quod per accidens in foro externo probari non potest, quia defunt testes. 3. quod licet tribus, aut quatuor testibus probari possit, non tamen est notum notoreitate juris, vel facti. Illud autem notum dicitur notoreitate juris, de quo constat per sententiam iudicis, aut confessionem ipsius Rei. Notorium autem notoreitate facti illud est, quod est notum in maiori parte viciniae, Collegij, Monasterij, vel Parochiae, dummodo in vicinia, Collegio, Monasterio, aut Parochia inveniantur saltem decem personæ.

316 Præmittendum 2. in cita-

to *Trid.* loco committi Episcopis facultatem absolvendi à casibus occultis, non solum primo, & secundo modo, prout occultum opponitur probabili, & noto duobus, vel tribus; sed etiam à casibus occultis, prout occultum opponitur publico, & notorio tertio modo explicato n. antecedenti, quod contra aliquos bene probat *Nog. d. 15. n. 104.*

317 Præmittendum 3. ex *P. Henriq. lib. 6. de Pœnit. cap. 14. art. ult.* ad finem per facultatem hanc à *Trid.* concessam absolvendi à casibus Pontificijs occultis restitui Episcopis sublatam olim jurisdictionem, quam habebant jure communi, aut Divino. Unde hæc potestas (inquit *Mend. d. 23. n. 62.*) convenit Episcopis jure communi, & ordinario, & non ex privilegio; nam privilegium non censetur jurisdictionis restitutio.

318. Præmittendum 4. *Alexandrum VII. 24. Septembris anni 1665.* inter alias damnasse hanc propositionem, quæ in ordine est tertia *Sententia asserens Bullam Cæne solum prohibere absolutionem hæresis, & aliorum criminum, quando publica sunt, & id non derogare facultati Tridenti, in qua de occultis criminibus sermo est anno 1629. 18. Julij in Consistorio Sacræ Congregationis Emin. Cardinalium visa, & tolerata est.* His præmissis pro



pro resolutione quæstionis propositæ  
n. 314.

319 Dico 1. Post damnationem dictæ propositionis non est probabilis illorum sententia, qui affirmabant Confessarium virtute Bullæ Cruciatæ posse absolvere toties, quoties à casibus occultis, qui in Bulla Cœnæ reservantur, si de exceptis non fuerint. Patet, quia dicta sententia nitebatur in eo, quod casus Bullæ Cœnæ occulti essent Episcopales, propter dicta n. 317. existimabant enim ejusdem sententiæ Patroni facultatem Episcopis in Trid. concessam non esse revocatum per Bullam Cœnæ quoad ipsius casus, dum occulti essent: atqui fundamentum non subsistit post damnationem dictæ propositionis; siquidem ex illa constat per annuam Bullæ Cœnæ publicationem derogari *Conc. Trid.* ubi supra n. 314. atque adeo non posse Episcopos per se, nec per Vicarium absolvere à dictis casibus occultis: ergo &c. *Nog. d. 15. à n. 105. ad 113.*

320 Dico 2. Quoad alios casus Sedi Apostolicæ reservatos extra Bullam Cœnæ potest Confessarius virtute Cruciatæ electus absolvere toties quoties dum sint occulti aliquo ex tribus modis, de quibus n. 315. Patet ex dictis n. 317. Cum enim jurisdictio ad absolvendum à casibus occultis

Pontifici extra Bullam Cœnæ reservatis competat Episcopis jure ordinario; jam tales casus sunt Episcopales: atqui Confessarius virtute Bullæ Cruciatæ electus toties quoties potest absolvere à casibus Episcopalibus, id est à quibus Episcopus potest absolvere jure ordinario: ergo &c. Confirmatur: quia jurisdictio perpetuò annexa non personæ, sed dignitati est ordinaria, ut cum multis docet *Sanch. de Matr. lib. 2. d. 40. n. 14.* atqui talis est jurisdictio ad dictos casus occultos Episcopis concessa: ergo non jure speciali, sed ordinario illis competit. *Nog. d. 15. n. 114.* ubi probabilem dicit contrariam sententiam à se relatum n. 108.

321 Dico 3. Probabilius est peccata Pontifici extra Bullam Cœnæ reservata, si sint in aliquo loco publica, non posse virtute Cruciatæ in alio loco, ubi sint occulta, absolvi toties quoties. Patet: quia ut delictum virtute Bullæ non possit absolvi, sufficit, quod in aliquo loco sit deductum ad forum contentiosum: ergo etiam ut toties quoties absolvi non possit, sufficiet, quod in aliquo loco sit publicum, quanvis in alio sit occultum. *Nog. d. 15. n. 218.*

322 Confirmatur ex multorum sententia probabiliter asserentium ideo non peccare mortaliter contra justitiam, aut charitatem, qui in

quocunque loco manifestat delicta alicujus in aliquo loco publicâ notoreitate juris, aut facti; quia undecunque proveniat notoreitas, delinquens amisit jus suæ famæ; & publicum in uno loco simpliciter, & absolute est publicum: ergo idem cum proportione dicendum in præfenti dubitatione. *Nog. d. 15. n. 121.* qui tamen *n. 124.* contrariam huic confirmationi sententiam probabilem non solum fatetur, sed in praxi consulendam dicit.

323 Probabile etiam reputat, & merito, peccatum verè occultum in loco, in quo petitur absolutio, posse virtute Bullæ toties quoties absolvi in eo loco, quanvis in alio sit publicum; ut apud ipsum *n. 116.* cum *Sanch. Avila,* & alijs docent, qui dicunt posse Episcopum ab eo peccato vigore Tridentini absolvere. Confirmari potest ex probali multorum opinione, qui dicunt ex eo, quod excommunicatus fit vitandus in uno loco, non esse vitandum in alio, ubi denuntiatio est occulta; hujus confirmationis Patronos refert *Nog. n. 117.* Qui tamen *n. 122.* alios refert probabiliter etiam docentes denuntiatum in uno loco, vel publicum Clerici percussorem esse vitandum in omni alio loco distanti, saltem occulte, si occulta ibi sit denuntiatio, vel percussio.

324 Quæres 4. An virtute Bul-

læ possint absolvi peccata reservata 1. non solum commissa ante, sed etiam post Bullæ acceptionem. 2. Quæ fuerunt commissa confidentia ipsius Bullæ? Resolutio affirmativa quoad secundam partem (sive confidentia positiva sit, sive negativa) patet ex dictis *n. 38.* & eam cum communi DD. tenet *Nog. d. 15. à n. 132.* Quoad primam vero partem est etiam sine controversia certa; Bulla enim nullam apponit limitationem quoad casus præteritos, aut futuros; sed absolute concedit durante publicationis anno posse eligi Confessarium, qui absolvat à reservatis S. Pontifici semel in vita, & in mortis articulo, & ab alijs reservatis, quoties confitebuntur. *Nog. d. 15. n. 125.*

325 Et quoad utranque partem ex eodem ibidem *n. 128.* & *132.* idem dictum habeas de facultate ad absolvendum à reservatis concessa in Jubilæo duplicis hebdomadæ. An vero, qui à Præfato obtinuit licentiam ad absolvendum aliquem subditum à reservatis, possit eundem absolvere etiam à reservatis commissis post licentiam obtentam? R. 1. non posse, si licentia obtineatur ad absolutionem à determinatis peccatis, vel à peccatis jam commissis ab ipso subdito. R. 2. posse, si licentia sit obtenta, ut subditus absolvatur à quibuslibet peccatis reservatis, vel pro hac vice. *Nog. d. 15. n. 125.*

## ARTICULUS II.

*De absolutione à reservatis Pontifici in articulo mortis virtute Bullæ impertienda.*

326 **E**Xposita jam pro absolutione à reservatis S. Pontifici virtute Bullæ impendenda clausula illa, *semel in vita*; circa aliam *Et in mortis articulo*. Quæres 1. Quid speciale indulgeat Bulla, dum concedit facultatem absolvendi à reservatis S. Pontifici in articulo mortis? Ratio dubitandi oritur ex *Trid. sess. 14. c. 7. de Pœnit.* ex quo quilibet Sacerdos absque ullo Bullæ privilegio, potest in articulo mortis absolvere à quibusvis peccatis, & censuris, ibi, *Verumtamen piè admodum, ne hac ipsa occasione aliquis pereat in eadem Ecclesia Dei custoditum semper fuit, ut nulla sit reservatio in articulo mortis; atque ideo omnes Sacerdotes quoslibet pœnitentes à quibusvis peccatis, & censuris absolvere possunt.*

327 **R.** tamen verba illa: *In mortis articulo* plura indulgere utilitatis, & emolumenti, maxime circa absolutionem à censuris. 1. enim qui in articulo mortis virtute Bullæ absolvitur à peccatis, & censuris eisdem annexis, si postea convalescat, non tenetur cōparere, se præsentiando superiori, cui reservata erat censura. At si in eodem articulo, non virtute Bullæ (aut simili privilegij) à Sacerdote absolvatur;

tenetur, si convalescat, se præsentiare superiori, non quidē ratione peccatorum reservatorum, sed ratione censuræ illis annexæ; & nisi se præsenti, aut absolutionem obtineat ab eo, qui potestatem habeat absolvendi ab eis censuris, reincidet in eandem moralem, seu numero diversam censuram. *Nog. d. 17. n. 150.*

328 **2.** qui in articulo mortis excommunicatione reservata innodatus existit, si careat Bulla, sitque præsens Confessarius, qui habeat facultatem absolvendi ab ea excommunicatione (saltē secundum opinionem communiorē, & probabiliorem) non poterit absolvi à tali excommunicatione per simplicē Sacerdotem, aut alium non propriū, ut manifeste colligi videtur ex textu in cap. *Eos, qui de sent. excom. in 6.* At si Bullam habeat, etiam præsente proprio Sacerdote, aut alio habente privilegium ad absolvendum à tali excommunicatione, poterit ab ea absolvi per quemcunque Sacerdotem à se electum, ex approbatis ab Ordinario. *Nog. d. 17. n. 153.*

329 **3.** secundum probabiliorem opinionem etiam à peccatis non habentibus censuram annexam non potest quis in articulo mortis absolvi per Confessarium à se electum, & ab Ordinario approbatum, præsente legitimo Confessore, nisi habeat Bullam, aut aliunde aliud simile privilegium. *Nog. ibidem n. 160.* Qui tamē ibidem, & n. 153. & 154. probabiles

fate

fatetur opiniones eorum, qui docent & à peccatis, & à censuris reservatis posse in articulo mortis absolvere simplicem Sacerdotem, aut alium privilegium non habentem, etiam præsentem proprio Sacerdote, aut habente privilegium.

330 4. In mortis articulo potest quis absolvi virtute Bullæ ab omni censura, nimirum suspensione, excommunicatione, & interdicto; si autem Bullam non habeat, juxta probabiliorem, & tenendam sententiam, absolvi non poterit nisi à censuris, quæ impediunt sacramentorum receptionem, & Ecclesiasticam sepulturam; quales sunt excommunicatio, interdictum personale, & suspensio à receptione sacramentorum, & ab Ecclesiastica sepultura. *Nog. d. 17. à n. 156.* Ex eodem autem *n. 150.* notandum est hujusmodi indulta pro articulo mortis solum concedi in Bulla ad absolutionem peccatorum, & censurarum, quæ in Bulla non excipiuntur; de quibus cap. sequenti, idque semel, juxta Bullam Lusitanam; quod si adhuc in vita non fuerit pœnitens absolutus semel in vita, poterit iterum in mortis articulo absolvi, tunc enim adhuc in vita absolvi-  
*tur. Nog. n. 163.*

331 Quæres 2. An facultas absolvendi per Bullam pro mortis articulo intelligatur de vero,

aut de præsumpto, seu de ejus periculo? Ex dictis *n. 168, & 170.* Constat 1. verum mortis articulum esse illum, in quo quis vere est moriturus; præsumptum autem illum esse, in quo quis moriturus præsumitur, sed vere non morietur. Constat 2. periculum mortis, & mortis articulum striete sumpta, & metaphysice inter se differre; moraliter tamen, & quoad absolvendum à reservatis pro eodem communiter accipi. Ad quæstionem igitur

332 R. 1. facultatem absolvendi per Bullam pro mortis articulo intelligi, tã de vero, quã de præsumpto; Bulla enim indistincte loquitur; & cum non distinguat, neque nos distinguere debemus. Confirmatur, quia idem requiritur articulus mortis, ut quis virtute Bullæ possit absolvi à reservatis Pontifici, qui requiritur ad administrandum Sacramentum S. Unctionis; & ut quis ex dispositione *Trid. adducti n. 326.* possit absolvi per quemlibet sacerdotem ab omnibus peccatis, & censuris: atqui ad hæc sufficit articulus mortis verus, aut præsumptus; ergo etiam &c. *Nog. d. 17. à n. 175.*

333 Resp. 2. dictam facultatem absolvendi à reservatis Pontifici intelligi non solum pro articulo, sed etiam pro periculo mortis, quod & mortis articulus ex dictis *n. 331.* in ordi-

ordine ad absolutionem pro eodem communiter accipiuntur. Confirmatur, quia si privilegium hoc non esset etiam pro mortis periculo, ut plurimum inane esset; qui enim est reservatus innodatus, cum adest mortis periculum, tenetur confiteri, & Eucharistiam suscipere, & expectare non potest articulum mortis, quia exponitur periculo non confitendi in eo, propter phrenesim, aut amissionem sensus, & similia. *Nog. ibidem à n. 169.*

334 Ex eodem n. 172. Quod dictum est de mortis periculo, dictum habeas de periculo diuturnæ, vel perpetuæ amentia, in quo tenetur periclitans confiteri. Monet deinde, ut quis hoc privilegio gaudeat in periculo mortis debere tale periculum esse proximum, & non sufficere remotum. Item requiri, ut in tali periculo homo sponte sua, & absque urgenti necessitate non ponatur, ut ponuntur, qui ad duellum properant, aut temerarij furiosis tauris se objiciunt, qui enim ista committunt, cum in ipsis actibus mortaliter peccent, ad absolutionem sunt indispositi; neque proprie dicuntur constituti in periculo mortis, cum sponte sua in eo constituantur. Si tamen in eo periculo jam constituti illud vitare non possint, si sint dispositi, absolvendi sunt, & privilegio Bullæ gaudebunt.

335 De damnatis ad triremes inquit *Nog. n. 173.* non esse in mortis

periculo proximo, & si hoc instet in triremibus sacerdotes ire solent ad confessiones audiendas; uti etiam in navibus indicis, ac Brasiliensis. Quod si in aliqua desiderentur, cum navigatio longinqua, & periculosa sit, tenentur navigaturi ad confessionem antequam è portu solvant; & propterea dicto Bullæ privilegio uti poterunt; sicut etiam prægnantes, non quidem omnes, sed quæ, aut difficiles partus experte sunt, aut ob circumstantias difficiles metuunt.

336 Quia Bullæ Hispana, & Lusitana diversimode loquuntur de absolutione à reservatis Pontifici pro articulo mortis. Hispana enim ait *Semel in vita, & semel in morte.* Lusitana vero. *Semel in vita, & in mortis articulo;* non addita dictione *Semel.* Dubitari potest an virtute Bullæ Lusitanæ absolvi quis possit pro mortis articulo non solum semel, sed in quolibet mortis articulo, aut periculo, si plura eveniant intra annu durationis Bullæ? Et quidem *Nog. d. 8. à n. 26.* in simili dubio de indulgentijs satis probabilem dicit resolutionem affirmativam, juxta dicta n. 169. Ad præsens vero dubium pro absolutione a reservatis expresse docet semel tantum in morte impendi posse eadem d. 8. n. 32. & iterum d. 17. n. 163. juxta dicta n. 330. fine.



## C A P U T XVI.

*De Electione Confessarij Virtute Bullæ  
ad absolvendum à reservatis in  
Bullâ Cænæ.*

**Q**uia omnes confessarij sub mortali obligantur habere transcriptum Bullæ Cænæ; si sint sæculares vel domi suæ, vel in Ecclesia; & si Regulares in aliquo loco publico Monasterij; & quia sufficit habere librum, in quo continentur illius casus, non abs re erit eos hic recensere, saltem per summa capitum.

337 Sunt igitur casus Bullæ Cænæ 1. Hæretici cujuscunque sectæ, eorū fautores, libros hæreticos legētes, tenētes, aut imprimentes, & schismatici. 2. Appellantes à Pontifice ad futurum Concilium, eorumque fautores. 3. Piratæ, eorumque receptatores, & fautores. 4. Naufragorum christianorum cujuscunque generis bona, etiam in littoribus inventa subripiētes. 5. Imponentes nova pedagia, & gabellas, vel eas augentes. 6. Falsificantes litteras Apostolicas, aut falso fabricantes. 7. Deferentes arma, & alia usui bellico idonea ad Turcas, vel alios Christiani nominis inimicos; & ad reip. Christianæ statum pertinentia iisdem in damnum Christianorum nuntiantes. 8. Impedientes eos, qui victualia, & alia necessaria Romā convehunt. 9. Ad sedē A-

postolicam venientes, vel ab ea recedente sua, aut aliorū opera lædentes, & sine jurisdictione vexantes in Curia commorantes. 10. Romipetas, aut peregrinos, etiam in Urbe morantes, vel abeuntes lædentes.

§ 11. Offendentes S. R. E. Cardinales, & alios Prælatos. 12. Ad Romanā curiam pro negotijs suis recurrentes per se, vel per alios lædentes. 13. Appellates à gravamine, vel futura executione litterarum Apostolicarum ad laicam potestatem. 14. Executionem litterarum Apostolicarum, aut aliarū expeditionum impediētes; & prohibentes ad gratias impetrandas accedentes. 15. Judices sæculares, qui Ecclesiasticas personas trahunt ad sua tribunalia; quique Ecclesiasticam libertatem tolunt, aut in aliquo perturbant. 16. Impedientes Prælatos, ne sua jurisdictione utantur; quique illorum legatorum judicia eludentes ad Curiam sæcularem recurrunt, aut cōtra illos decernunt, præstantesque auxilium. 17. Usurpantes Sedis Apostolicæ, & quarumcunque Ecclesiarum jurisdictiones, vel etiam fructus sequestrantes. 18. Imponentes decimas, & alia onera personis Ecclesiasticis, Monasterijs, aut eorum fructibus. 19. Judices sæculares, qui se interponunt in causis criminalibus cōtra Ecclesiasticas personas, 20. Occupantes bona, aut terras Ecclesiæ Romanæ, & illius jurisdictionem usurpantes.

338 Ex his casibus in Bulla Cænæ contentis, exceptis, qui in Bulla Cruciatæ excipiuntur, potest confesarius virtute illius electus absolvere *Semel in vita, & in mortis articulo*, eodem modo, quo capite antecedenti diximus absolvere posse à reliquis S. Pótifici reservatis extra Bullam Cænæ. Ne autem absolvi possint, etiam semel in vita, & in mortis articulo, in Bulla Cruciatæ Hispana excipitur sola hæresis.

339 In Bulla vero Lusitana ex casibus Bullæ Cænæ excipiuntur sex. 1. Hæresis. 2. Falsificantes litteras Apostolicas, & supplicationes. 3. Offendentes S. R. E. Cardinales, & alios Prælatos. 4. Ad Romanam curiã pro negotijs suis recurrētes per se, vel per alios lædentes. 5. Appellantes à gravamine, vel futura executione litterarũ Apostolicarũ ad laicam potestatē. 6. Executionē litterarũ Apostolicarum, aut aliarum expeditionũ impediētes, & prohibentes ad gratias impetrandas accedentes. Alius etiam 7. excipitur, qui non cōtinetur in Bulla Cænæ, habetur tamen in extrav. *Et si Dominici de pœnit. & remiss. cap. 3.* De hoc tamen casu satis jam dictum à n. 308. ubi de casibus extra Bullam Cænæ Pontifici reservatis.

## ARTICULUS I.

*De Tribus primis casibus ex contentis in Bulla Cænæ in Cruciatæ exceptis.*

340 **P**rim. est hæresis, quæ definitur: *Error pertinax*

*hominis christiani contra aliquem fidei articulum.* Si vero error fuerit contra omnes fidei articulos, erit Apostasia. Pertinacia consistit in scientia, quod ille error sit contra aliquem fidei articulum. Unde qui errat in aliquo ex ignorantia, etiã crassa, quia nescit id, quod scire tenebatur, non est hæreticus formaliter, sed materialiter, & potest virtute Bullæ absolvi; sicut etiam hæreticus mere externus, sine errore in intellectu, ut quando quis nutibus, verbis, aut alijs actionibus profert hæresim, retenta in mente fide, quã firmiter credit omnia, quæ ab Ecclesia præcipiuntur. Nam

341 Hæresis, quæ in Bulla excipitur, ne possit absolvi etiam semel in vita, nec in mortis articulo, est hæresis formalis; & quæ simul fit interna, & externa; quanvis occultissima sit, eo quod à nemine visa, aut audita; idque etiam in locis, in quibus non sit tribunal S. Inquisitionis, quanvis talis hæreticus occultus sit pœnitens, & emendatus. Neque contrarium probabiliter defendi potest propter dicta n. 319. ex quibus constat per Bullam Cænæ de rogari *Trid.* Episcopis concedenti absolutionem ab occultis criminibus in ea contentis; quæ propterea Episcopalia non sunt.

342 Per eandem Bullam Cænæ, & per decretum Urbani VIII. editũ 17. Novemb. anni 1628. revocantur Regularium privilegia, si qua erant, ut non possint Prælati Regulares

lares absolvere ab hæresi occulta, etiam suos subditos, & à fortiori non subditos. Imo Prælati ipsi, & alij confessores Regulares virtute alicujus privilegij absolvere non possunt ab alijs casibus Bullæ Cœnæ, quâvis occulti sint; Nam in dicto Urbani decreto dicitur, ibi, *Quemadmodum nec revixisse indulta absolvendi à casibus contentis in Bulla, quæ in die Cœnæ D. legi consuevit, utpote sublata per annuam ipsius Bullæ publicationem.* Et Alexander VII. hanc propositionem damnavit 24. Septemb. an. 1665. *Prælati Regulares possunt in foro conscientie absolvere quoscunque seculares ab hæresi occulta, & ab excommunicatione propter eam incurta.*

343 Possunt tamen Regulares ubique extra Italiam absolvere ab omnibus alijs casibus Pontifici extra Bullâ Cœnæ reservatis ex privilegio Societati JESV concessio à Paulo III. & per communicationem alijs regularibus. *Dixi extra Italiam;* quia pro Italia in decreto Clem. VIII. 26. Novemb. an. 1602. excipiuntur quinque casus 1. violatio immunitatis Ecclesiasticæ. 2. Violatio clausuræ Monialium ad malum finem. 3. Duellum in terminis *Conc. Trid.* 4. Injectio violenta manuum in clericos, juxta Can. *Siquis suadente.* 5. Simonia realis scienter contracta, & confidentia beneficalis.

344 Hæc omnia latius profecquitur *Nog. d. 16. à n. 8. ad 29.* A dicto au-

tê n. 29. exponit duas cōditiones, quæ requiruntur ad hæresim externam, ut censeatur excepta in Bulla, quarum 1. est, ut vox, vel factum ex se, aut ex circumstantijs sit satis expressivum interioris hæresis. 2. ut signa, quibus hæresis manifestatur, sint in materia hæresis peccatum grave, quia hoc solum excommunicatione puniatur. Ipsum vide, & plura, quæ cum alijs inde colligit, exempla, in quibus non datur hæresis externa, quæ in Bulla excipiat.

345 Quæres adhuc 1. An virtute Bullæ possint absolvi omnia alia delicta, quæ continentur in 1. Canone Bullæ Cœnæ excepta hæresi? & posse absolvi semel in vita, & in mortis articulo, quando in dictis criminibus non involvatur error intellectus contra fidem. In Bulla enim excipitur hæresis, & non alia delicta; ergo de hæresi formali intelligenda est; maxime in odiosis. *Nog. d. 16. n. 37.*

346 Quæres 2. An virtute Bullæ possint absolvi toties quoties casus S. Inquisitioni reservati, si simul S. Pontifici reservati non sint? & posse, si tales casus non involvant hæresim formalem. Patet; quia casus, quos sibi reservant DD. Inquisitores, & qui formalem hæresim non involvunt, non sunt Sedi Apostolicæ reservati: atqui omnes casus, qui non sunt Sedi Apostolicæ reservati, nec in Cruciatâ excepti, possunt virtute illius absolvi toties quoties: ergo, &c. *Nog. d. 16. n.*



40. apud quem & in edictis publicari solent, vide qui sint hujusmodi casus D. D. Inquisitoribus, & non S. Pontifici reservati.

347 Quæres 3. An virtute Bullæ possit absolvi, qui culpabiliter omittit denunciare delicta, quæ in edicto DD. Inquisitorum denunciari præcipiuntur intra spatium triginta dierum sub excommunicatione ipso facto ipsis reservata? & non possit absolvi antequam denuntiet; idque non quia in edicto, quod in Lusitanæ regnis publicari solet, præceptum aliquod de non absolvendo, aut excommunicatione confessoris imponatur; sed quia pœnitens, qui jam denunciare non curavit, cum potuerit, si semel absolutionem obineat, facile in re tanti momenti revelationem negliget *Neg. d. 16. n. 46.*

348 Plures tamen apud ipsum n. 48. quibus non dissentit, resolutionem limitant, si pœnitens, cū ad confessionem accedit, sit impotens, vel justam, & rationabilem causam habeat differenti denuntiationem. v. g. si urgeat necessitas communicandi, ad vitandum scandalum, vel infamiam; vel utilitas extraordinaria ad Eucharistiam suscipiendam, quia expirat tempus Jubilæi duarū hæbdomadarum, & amplius à confessario prorogari non possit; aut quia jam obligatio denunciandi cessaverit v. g. per mortem sacerdotis, qui sollicitaverit ad actus inhonestos in confessione

sacramentali. In his, & similibus casibus poterit pœnitens virtute Bullæ absolvi a peccato omissionis, si firmiter promittat, quam primum poterit revelare.

349 Secundus casus Bullæ Cœnæ in Cruciatâ exceptus, ne possit absolvi semel in vita, nec in mortis articulo, est *Falsificationis litterarum Apostolicarum, & supplicationum.* Ubi nota non excipi omnia, quæ continentur in 6. articulo Bullæ Cœnæ; sed determinate solum crimen falsificationis litterarum, Apostolicarum, & supplicationū. Unde nec in 6. articulo excommunicentur non solum falsificantes, sed etiam fabricantes litteras Apostolicas, & supplicationes, tamen exceptio in Cruciatâ solū cadit supra crimen falsificationis, quod est diversum à fabricatione; tum quia ut distincta prohibentur in dicto articulo 6; tum quia fabricare est in totum de novo conficere; falsificare vero est addere, mutare, vel detrahere à litteris jam factis; Et cum simus in materia odiosa, Bullæque privilegia ample sint interpretanda, omnino tenendum est exceptionem *falsificationis*, non extendi ad *fabricationem*: ac proinde fabricantes litteras Apostolicas virtute Cruciatæ posse absolvi semel in vita, & in mortis articulo, siue delictum occultum sit, siue publicum. *Neg. d. 16 à n. 79. qui à n. 82, bene solvit duo non contemnenda argumenta in contrarium*

350 jam vero ex dictis constat, quid veniat nomine *Falsificationis*; diximus enim *falsificare* litteras Apostolicas, & supplicationes esse illis aliquid addere, mutare, vel detrahere, ex quo sensus illarum mutetur; etiam si una tantum litera, vel punctum addatur, vel minuatur. Sin autem correctæ, mutata, vel addita litera, aut verba, sensus à Pontifice intentus non mutetur, adhuc esse falsarium corrigentem existimant aliqui, sed probabilius est nec esse falsificantem litteras Apostolicas, & supplicationes, nec incidere in casum exceptum in Cruciata; quia quando sensus Pontificis non variatur, non datur peccatum mortale, nec corrigens dicitur falsificans, *cap. ex conscientia de Crim. Falsi*, ubi dicitur rasuram in loco non suspecto falsam scripturam non inducere *Nog. d. 16. à n. 69.*

351 Quæres adhuc 1. quid veniat nomine *litterarum Apostolicarum*, & quid nomine *supplicationum*? R. 1. nomine *Litterarum* venire Bullas, & Brevia, quæ nomine S. Pontificis expediuntur, & semper decorantur sigillo plumbeo, si sint Bullæ; si vero Brevia, sigillo cereo, quod annulum Piscatoris vocant. R. 2. nomine *supplicationum* venire petitiones, quæ in scriptis S. Pontifici, aut ejus delegato, seu vice-cancellario, aut alteri vicem ejus gerenti exhibentur, & à S. Pontifice sub-

scribuntur, vel ab illis designatis, nomine, vel de mandato ipsius Pontificis; carent tamen sigillo, continentque partis supplicationem, & S. Pontificis concessionem per verbū *Fiat ut petitur. Nog. d. 16. n. 73.* apud, quem vide quæ duæ aliæ excommunicationes ferantur in jure contra falsificantes litteras Apostolicas præter latam in dicto articulo 6. Bullæ Cænæ.

352 A' n. 75 bene docet *Nog.* non incidere in hunc casum exceptum, nec incurrere excommunicationem latam in dicto articulo, 1. falsificantes litteras Nuntij Apostolici, legati à latere, summi Pænitentiarij, aut Episcopi. 2. qui litteris Apostolicis per alium falsificatis utuntur. 3. mandantes, consulentes, aut approbantes falsitatem litterarum Apostolicarum, aut supplicationum. 4. Qui falsificavit epistolam, quam S. Pontifex, ut privata persona, ad aliquem scribebat v.g. ut eum inviseret. Secus si epistola sit à Pontifice scripta tanquam à persona publica, & Ecclesiæ S. Pontifice.

353 Quæres 2. An habeat casum exceptum in Cruciata & excommunicationem Bullæ Cænæ incurrat qui litteras Apostolicas, & supplicationes juxta mentem Pontificis emendavit v.g. supplicatio facta fuit S. Pontifici ad dispensandum cum Petro Vlyssiponensi in 3 gradu consanguinitatis, id que à Pontifice concessum

sum fuit. Notarius tamen per errorem posuit loco Vlyssiponensis, Conimbricensem; loco Confanguinitatis, affinitatem; loco tertij, quartum gradum; hosne errores corrigens dicitur litteras Apostolicas falsificans, ita ut excommunicationem incurrat, à qua non possit absolvi virtute Bullæ semel in vita, nec in mortis articulo?

§ Affirmat probabiliter *M. Suar*; & alter apud *Nog. d. 16. n. 85.* quia hic vere mutavit sensum litterarum Apostolicarum, licet ad mentem Pontificis illas reduxerit; & Pontificis mens nō est, ut litteræ corrigantur per alium, qui non sit officialis deputatus; alias etiam illi liceret alias de novo fabricare. Probabilius tamen negat *Nog. n. 86.* cum alijs; quia dictus corrigens litteras Apostolicas nō falsificavit, sed falsitatem subtulit, & illas juxta mentem, & concessionem Pontificis veras reddidit. At si illas de novo fabricasset, censuram incurreret; quia tales litteræ, ut pote à Pontifice non expeditæ, essent falsæ.

354 Tertius casus Bullæ Cænæ in Cruciatâ exceptus, ne possit absolvi semel in vita, nec in mortis articulo, est undecimus articulus in ordine Bullæ secundum omnia, quæ in eo continentur; in eo autem excommunicantur omnes interficiētes, mutilantes, vulnerantes, percutientes, capiētes, carcerātes, detinētes, vel hostil-

liter insequentes S. R. E. Cardinales, Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, sedisque Apostolicæ legatos, vel Nūtijs, aut eos à suis Diæcesibus, territorijs, terris, seu dominijs ejicientes; nec non ea mandantes, vel rata habentes, seu præstantes eis auxilium, consilium, vel favorem.

355 Pro brevi explicatione singularum actionum, quæ in hoc articulo, sub excommunicatione prohibentur videatur *Nog. citata d. 16. à n. 90.* Et pro nonnullis, de quibus dubitari solet, an sub dicto articulo comprehendantur, videatur à *n. 100.* Solum ex ipso *n. 89.* Moneo 1. Excommunicationem in eo latam esse in omnes personas cujuscunque conditionis, gradus, status, aut præminentiae, quæ per aliquam ex dictis actionibus Prælatos offenderint. Ex *n. 113.* Moneo 2. Excommunicationem dicti articuli 11. non incurri à mandantibus non secuto effectu interfectionis, aut mutilationis &c. Ex *n. 115.* Moneo 3. ratam habentes aliquam ex dictis actionibus, ut hanc excommunicationem incurrant, necessarium esse patratam fuisse nomine, & in gratiam ipsorum. Quoties autem Excommunicatio non incurritur, nec datur casus S. Pōtifici reservatus, nec in Cruciatâ exceptus.



## ARTICULUS II.

*De alijs tribus casibus ex contentis  
in Bulla Cœnæ in Cruciata  
exceptis.*

356 **Q**uartus casus Bullæ  
Cœnæ in Cruciata  
exceptus est duodecimus articulus,  
in quo fertur excommunicatio contra  
omnes, qui per se, vel per alias per-  
sonas Ecclesiasticas quascunque, vel  
sæculares, ad Romanam Curiam,  
super eorum causis, & negotijs rec-  
currentes, ac illa in eadem Curia pro-  
sequentes, aut procurantes, nego-  
tiorumque gestores advocatos, pro-  
curatores, & agentes: seu etiam au-  
ditores, vel iudices super dictis cau-  
sis, vel negotijs deputatos, occasione  
causarum, vel negotiorum huiusmodi, oc-  
cidunt, seu quodammodo percutiunt,  
bonis spoliant, seu qui per se, vel per  
alios directe, vel indirecte deli-  
cta huiusmodi committere, exequi,  
vel procurare, aut eisdem auxilium,  
consilium, vel favorem præstare non  
verentur, cujuscunque præeminen-  
tiæ, conditionis, gradus, & dignita-  
tis fuerint. In quo autem articulus  
hic coincidat cum 9. qui in Cruciata  
non excipitur, vide apud *Nog. c.*  
*16. n. 117.* qui à *n. 119.* bene  
explicat quid sit *spoliare*, quid *di-*  
*recte*, vel *indirecte* dictas actiones

exercere.

357 **Q**uæres 1. An qui occidunt,  
percutiunt, spoliante recurrentes  
ad Curiam Romanam super eorum  
causis, aut negotijs, alijs motivis,  
& non occasione causarum, vel ne-  
gotiorum incurrant huius articuli  
12. censuram? & non incurrere;  
quia in textu dicitur. *Occasione cau-*  
*sarum, vel negotiorum huiusmodi occi-*  
*dunt, percutiunt, vel spoliant.* Unde  
excommunicationem huius articuli  
12. non incurrunt latrones, qui ani-  
mo furandi; inimicus, qui ob ini-  
micitiam; creditor, qui ob justam  
compensationem, & non occasio-  
ne causarum, vel negotiorum, recur-  
rentes ad Curiam occidant, percu-  
tiant, vel spolient. *Nog. d. 16. à n.*  
*125.*

358 **Q**uæres 2. An recurrentes  
ad Curiam pro suis negotijs privile-  
gio huius Canonis gaudeat, si fini-  
tis negotijs in Curia commoretur,  
vel in domum redeat? & ut pro-  
babilius non gaudere; quia huius  
Canonis privilegium conceditur ad  
Curiam recurrentibus pro suis, nego-  
tijs, & causis: ergo his finitis cessat  
privilegium. *Nog. d. 16. n. 130;* qui  
tamen *n. 128. & 131.* bene notat; licet  
excommunicationem huius Cano-  
nis non incurrant, qui occidunt,  
percutiunt, aut spoliant recurrentes  
ad Curiam, aut ob alia motiva,  
de quibus *n. antecedenti;* aut finitis  
nego-

negotijs, incurrere tamen excommunicationem Canonis 9. quia in eo non apponuntur verba *Occasione causarū, vel negotiorum huiusmodi*: Deinde cōceditur privilegium securitatis venientibus ad sedem Apostolicam, & recedentibus ab ea, & in eadem Curia morantibus, ibi, *Qui ad Sedem Apostolicam venientes, & recedentes ab eadem sua, vel aliorum operā interficiunt, mutilant, spoliant, capiunt, & detinent*. Hęc tamen excommunicatio Canonis 9. non excipitur in Crucciata, ac proinde virtute illius potest absolvi semel in vita, & in mortis articulo.

359 Quæres 3. An innodetur excommunicatione huius Canonis, five articuli 12. Primo, qui recurrentem ad Curiam Romanam verbis cōtumeliosis afficeret spoliando illum honore, & fama? 2. qui ratas habet actiones in illo prohibitas, quia fuerunt suo nomine patratae? 3. qui non impedit dictas actiones, cum possit? & probabilius negative. Ad 1. quia verbum *Spolians* non ad bona famæ, & honoris significanda ex communi praxi, & modo loquendi adhibetur: sed ad bona fortunæ accommodatur ex Ambros. Calep. verbo *Spolio*. Ad 2. quia in dicto Canone nulla fit mentio de ratihabitione. Ad 3. quia verba Canonis loquuntur de actu physico, & positivo, ibi, *Per se, vel per alios directe delicta huiusmodi committere, exequi, vel procurare, &c. non verentur*. Confirmatur quoad omnes partes;

quia versatur in materia pœnali, & odiosa censurarum, in qua verba non sunt extendenda ad sensus non proprios, sed ad usitatos, & potius restringenda, quam amplianda. *Nog. d. 16. à n. 133.*

360 Quintus casus Bullæ Coenę in Crucciata exceptus est 13. Canon. five articulus illius, quem DD. in tres partes dividere solent. In 1. agitur de illis, qui prætextu frivolæ appellationis à gravamine, seu executione litterarum Apostolicarum ad Curias sæculares recurrunt, & ab illis huiusmodi appellationes admitti procurāt, litterasque capi, & detineri faciunt. In 2. tractatur de Magistratibus prohibentibus dictas litteras executioni mandari, five simpliciter, five sine eorum beneplacito, & de impediētib, seu prohibentibus acta confici, seu instrumenta, & alia huiusmodi super executione præfactarum litterarum. In 3. de ijs, qui accedentes ad Curiam Romanam pro suis negotijs prosequendis, aut litteris, seu gratijs impetrandis, prohibent directe, vel indirecte, ne accedant, & ne impetratis utantur, & de ijs, qui prædictas litteras apud se, vel alios detinere presumunt. Contra patrones huiusmodi delicta per actiones in dicto Canone expressas, quas ad septem reducit *Nog. d. 16. n. 143.* fertur excommunicatio in Crucciata excepta, ne possit absolvi etiam semel in vita, nec in mortis articulo.

361 Nota tamen 1. Excomuni-  
cationem solum ferri contra præte-  
xentes, sive interponentes *appellatio-  
nem frivolam*, cujus nomine venit ap-  
pellatio, in qua nulla exprimitur cau-  
sa, vel exprimitur minus legitima, &  
idcirco dicitur invalida, inanis, vana,  
& nullius momenti. *Cap. cum appel-  
lationibus de Appellat. in 6.* Unde ex-  
communicationem hujus Canonis  
non incurrit 1. qui appellavit ad Se-  
dem Apostolicam, vel Nuntium, &  
Judex executor appellationem non  
admisit, & alia via non suppetit im-  
pediendi gravamen, nisi recurrat ad  
Judicem sæcularem, nimirum Coro-  
næ Regiæ, & cogat appellationem  
juste interpositam admittere. 2. qui  
in casu violentiæ, & manifestæ in-  
juriæ (ubi damnum, quod sequitur,  
est irreparabile, vel reparatu diffi-  
cile, & difficilis aditus ad Pontificem,  
aut alium Judicem Ecclesiasticum,  
qui possit, & velit damnum impedi-  
re) recurreret ad Curiam sæcularem  
ob suam necessariam defensionem. *Nog. d.  
16. à n. 148. cum n. 144.*

362 Nota 2. hujus Canonis ex-  
communicationem non incurrere, 1.  
qui appellat ab Episcopis, vel eorum  
Vicarijs, ad Judices sæculares. 2.  
qui ex ignorantia etiam culpabili, vel  
ex inadvertentia, vel ex simplicitate,  
aliquam ex actionibus in dicto Cano-  
ne prohibitis commiserit. Ratio 1.  
est, quia Canon solum loquitur de  
appellantibus à S. Pontifice, seu Le-

gatis, Nuntijs, Præsidentibus Pa-  
latij Romani Pontificis, & Camerae  
Apostolicæ. Ratio 2. est; quia ad  
incurrendam excommunicationem  
dicti Canonis requiritur præsumptio  
in agentibus, prohibentibus, statu-  
entibus, vel mandantibus dictas a-  
ctiones; ut constat ex verbo *Præsu-  
munt* in fine Canonis posito. *Nog. d.  
16. à n. 146.*

363 Sextus casus Bullæ Cœnæ  
in Cruciata exceptus est 14. articu-  
lus illius; & illius censura non dis-  
similis est præcedenti, quia utra-  
que fertur contra prohibentes,  
impedientes, & retardantes littera-  
rum Apostolicarum executionem;  
differunt tamen ob diversos fines;  
quia hic Canon proprie, & per se  
commendat protectionem, & de-  
fensionem causarum beneficialium,  
& decimarum, & aliarum spiritua-  
lium, vel spiritualibus annexarum,  
ut Judex incompetens de illis nul-  
lo modo præsumat cognoscere, nec  
in illis se intromittat; quæ omnia  
latius continentur in textu ipsius  
Bullæ Cœnæ apud *Nog. d. 16. n. 155.  
& n. 157.* ubi distincte numerat acti-  
ones, quæ in hoc 14. Canone prohi-  
bentur; & deinceps à n. 162. dubiola  
aliqua resolvit ad præsentem casum  
spectantia, quæ tamen non patitur  
compendium.

\* \*  
\*

## CAPUT XVII.

*De absolute à censuris virtute Bullæ Cruciatæ.*

364 **H**Actenus egimus de casibus S. Pontifici reservatis præcise sumptis; quia tamen omnes juxta dicta n. 301; annexam habent censuram, sine qua Pontifici reservata non sunt, opere pretium erit de censuris ea attingere, ex quibus Confessarius intelligat, qua potestate polleat ad earum absolutionem.

365 De absolute autem à censuris sic habet textus Bullæ: *Declarantes absolutiones vigore presentium satisfacta parte, faciendas ab excommunicationibus, & alijs censuris Ecclesiasticis ab homine latis, & ferendis, nemini omnino, sive Ecclesiastico, sive laico, in foro judiciali prodesse; sed eum tantum excommunicatum ubique, & ab omnibus nihilominus reputari; nec si Sacerdos Presbyter, aut alias in Sacris Ordinibus constitutus fuerit, nulli Missam celebrare, aut alijs se sacris immiscere posse, donec is à suo iudice absolutionis beneficium ab hujusmodi censuris meruerit obtinere.* Hæc S. Pontificis declaratio non reperitur in Bulla Hispana,

## ARTICULUS I.

*De absolute à censuris quoad satisfactionem partis læsæ, & forum externum, sive judiciale.*

366 **Q**Uæres 1. An absolute ab excommunicatione collata virtute Bullæ Cruciatæ, non satisfacta parte sit invalida? Questio procedit, quando per contractionem excommunicationis pars aliqua fuit læsa; si enim pars læsa non detur, planum est non requiri illius satisfactionem. In his terminis triplex datur sententia. 1. absolute docet absolute partem non satisfactam collatam esse invalidam, sive poenitens sit potens, sive impotens ad satisfaciendum. 2. asserit esse invalidam, quando poenitens, antequam absolvatur, potest satisfacere, & non satisfacit; at si impotens sit, valida erit absolute, dummodo præmittat cautionem à jure requisitam de satisfaciendo, cum possit.

367 3. sententia, cui ut probabiliori adhæret *Neg. d. 17. n. 10.* tenet absolute ab excommunicatione, & alijs censuris, parte læsa non satisfacta, collatam, esse quidem mortaliter illicitam; sed esse validam. Ratio illi est, quia quando in delegationibus ad absolvendum exprimitur aliquid à jure requisitum, si id in jure non inducit formam, sed tantum monitionem;

nem; monitionem etiam, & non formam inducet in delegationibus; dummodo in his aliquid non addatur, quod irritationem designet, ut est commune. In delegatione autem Confessarij per Cruciatam exprimitur satisfactio partis, quæ aliunde à jure requiritur, ut monitio *cap. solet de sent. excommunicationis in 6. cap. Ex parte de Verb. signif.* & non additur aliquid, quod irritationem designet.

368 Erit tamen dicta absolutio mortaliter illicita; nisi ignorantia, aut alia rationabilis causa excuset; quia Confessarius in re gravi non servat juris formam, quam servare tenetur. Quando autem poenitens satisfacere non valet, licite, & valide absolvi potest cum cautione, de qua *n. 366.* neque enim verissimile est Pontificem postulare conditionem impossibilem, sed tantum moraliter possibilem. Neque ad hoc requiritur impotentia simpliciter; sed sufficit, ut pensatis circumstantijs, poenitens prudentis arbitrio sit excusandus, vel ex toto, vel ex parte, ut DD. ratiocinantur in materia restitutionis pro hac differenda.

369 Quæres 2. Quid veniat hic nomine *Satisfactionis*, & quid nomine *Partis læsæ*? *R.* 1. nomine *Satisfactionis* venire restitutionem pecuniæ, vel famæ, vel honoris, quæ parti læsæ debeantur. *Nog. n.*

16. *R.* 2. nomine *partis læsæ* non venire Prælatum, qui censuram imposuit; neque fiscum, Ecclesiam, aut notarium, quanvis ipso jure, vel ex sententia aliqua pars pecuniarum illis sit applicanda. Venit igitur sola illa persona, cui immediate injuria facta est in delicto.

370 Quando autem persona offensa sit Religiosus, aut Clericus Sæcularis; Alij probabiliter affirmant satisfactionem esse impertiendam Religioso tantum, vel Clerico percusso, alij dicunt præstandam etiam esse Monasterio, vel ejus superiori ratione Religiosi, & Ecclesiæ ratione Clerici offensi. *Nog. vero d. 17. n. 29.* has opiniones concilians, ait, si satisfactio sit facienda in pecunijs, faciendam esse Monasterio, quia hoc, & non Religiosus acquirit pecuniam satisfactionis; si autem satisfactio sit pro injuria, vel honore læso, quæ pecunijs non satisfiunt; Religioso fieri debet, & non Monasterio; & in hoc sensu probabiliorem dicit opinionem *Avile*, & aliorum, qui Religioso tantum impertiendam esse satisfactionem contendunt.

371 Quæres 3. An absolutio ab excommunicatione, & alijs censuris virtute Bullæ præstita, parte satisfacta, pro foro externo? *R.* 1. non prodesse, si loquamur



mur de Bulla Hispana; quia intentio Pontificis in ea concedentis absolutionem à censuris, est, ut fideles pura conscientia accedant ad Sacram Eucharistiam, & indulgentiam consequantur; ad hoc autem, sufficit absolutio pro foro interno; nec ulla in dicta Bulla est clausula, ex qua colligatur valor absolutionis pro foro externo. Confirmatur ex definitione Urbani VIII. 19. Jun. ann. 1630. ibi, *Concessionem S. Cruciate, quæ...quoad casus reservatos, etiam in Bulla Cœnæ D. hæresi excepta, contentos, non nisi in foro conscientie, non autem in foro externo suffragatur. Nog. d. 17. tota sect. 3. ubi n. 40. improbabilem dicit contrariam Leandri sententiam, sive loquatur de censuris à jure, sive ab homine.*

372 R. 2. cum distinctione, si loquamur de Bulla Lusitana, nimirum prodesse pro foro externo absolutionem illius virtute, si sit præstita à censuris à jure latis; secus dicendum, si sint ab homine latae. Constat ex textu ipsius Bullæ adducto n. 365, in quo dum S. Pontifex declarat absolutionem ab excommunicationibus, & alijs censuris ab homine latis, & ferendis non prodesse in foro judiciali; consequenter declarat absolutionem ab excommunicationibus, & alijs censuris à

jure latis, & ferendis prodesse pro foro judiciali. Neque obstat declaratio Urbani VIII. de qua n. antecedenti. R. enim dictam declarationem non extendi ad Bullam Lusitaniæ, sed loqui de Bulla Hispana, ut colligitur ex verbis, *Etiam in Bulla Cœnæ, hæresi excepta*, quæ sunt Bullæ Hispaniæ, in qua excipitur hæresis tantum.

373 Quæres 4. Quomodo probare debeat absolutus à censuris à jure fuisse absolutum, ut Judex pro foro externo teneatur credere? R. posse id probare 1. per schedulam à Confessario acceptam, in qua ipse Confessarius testetur se illum pœnitentem absolvisse virtute Bullæ, satisfacta parte 2. per eandem schedulam pœnitenti à Confessario traditam, sed coram Notario, & testibus, & Notarius in fine schedulæ testari debet eum pœnitentem fuisse absolutum tali tempore, die, & loco, & ad illius absolutionis fidem illam fuisse datam schedulam. 3. sufficiet sola fides, seu simplex testimonium Confessarij, & si absolutio data fuerit intra sacramentum, facultatem à pœnitente obtinere debet Confessarius, ut testimonium ferre possit. Omnes hos modos probandi approbat *Nog. d. 17. n. 57.* & 1. ut faciliorem, 2. ut sufficientissimū,

tissimum, 3. ut sufficiens, ut Judex teneatur credere. Modum vero probandi per duos testes, qui absolutioni interfint, admittendus non est, quia juxta nostram Bullam absolutio non confertur extra sacramentum.

374 Quæres 5. An Judex teneatur hujusmodi absolutionem acceptare, & liberum reputare pœnitentem, quem testimonio Confessarij, aut alio ex tribus modis proxime relatis, credit esse absolutum virtute Bullæ, satisfacta parte? R. teneri Judicem eam absolutionem acceptare, si sit à censuris à jure latis, quæ juxta dicta n. 372. valet pro foro externo; & si Judex non teneatur eam acceptare, nihil proderit declaratio à S. Pontifice facta. At si absolutio sit à censuris ab homine latis, etiam satisfacta parte, non prodest absolutio pro foro externo, quia Pontifex expresse id declarat, ibi, *Nemini omnino, sive Ecclesiastico, sive laico in foro judiciali prodesse*; ac proinde non tenetur Judex eam absolutionem acceptare; sed recurrendum est ad potentem absolvere pro foro externo. *Nog. d. 17. n. 56.*

375 Quæres 6. Quam utilitatem conferat absolutio ab excommunicatione virtute Bullæ in foro conscientiae? Quæstio non

procedit de excommunicatione à jure lata, cujus absolutio in foro sacramentali præstita etiam prodest pro foro externo, & judiciali, ut constat ex dictis à n. 372. De excommunicatione igitur ab homine lata, si sit occulta, & non deducta ad forum contentiosum, R. 1. prodesse, ut excommunicatus virtute Bullæ absolutus, pro foro tantum conscientiae, possit se gerere in omnibus actibus, sive publicis, sive privatis, ac si non esset excommunicatus. Si tamen post dictam absolutionem, manifestetur excommunicatio, & excommunicatus aliquos exercuisset actus excommunicatis prohibitos; ut vitet punitionem à Judice infligendam debet absolutus probare, & excommunicationem fuisse occultam, & se pro foro conscientiae fuisse absolutum, quod efficiet modo dicto n. 373.

376 Si excommunicatio ab homine lata non sit occulta, R. 2. adhuc prodesse illius absolutionem pro foro tantum conscientiae. 1. ut sic absolutus, sive laicus sit, sive Ecclesiasticus in loco secreto, & occulto possit se immiscere Divinis, & si Presbyter sit celebrare coram paucis, quibus innotescat absolutio à censura ad vitandum scandalum. 2. ut si Presbyter sit absolutus publice

blice, & cum scandalo celebret (in quo mortaliter peccabit) non incurrat irregularitatem apud Deum, quia apud Deum jam non est excommunicatus; imo neque re ipsa irregularitatem contrahat. In foro tamen exteriori, & ex rigore juris pro irregulari reputabitur; & Judex poterit eum, si velit, punire, & etiam ex æquitate cum eo dissimulare. Pro traditis à n. 375. resolutionibus probandis videatur *Nog.d. 17. tota sect. 6.*

377 Quæres 7. An virtute Bullæ possint absolvi pro foro conscientiae nominatim excommunicati, vel publici Clerici percussiores, aut alius, cujus censura deducta est ad forum contentiosum, lite pendente? R. posse satisfacta parte, & valide, & licite absolvi; quia Bulla concedit facultatem absolvendi à censuris sine aliqua limitatione; & hæc absolutio cum sit pro foro conscientiae, nõ perturbat forum externum, quia Judex in illo potest procedere contra excommunicatum, vel suspensum, tanquam si non esset absolutus. Resolutionem intellige cum amplitudine, quæ ponitur in declaratione Pontificia, de qua n. 372; quod nimirum absolutio collata virtute Bullæ Lusitanæ à censuris à jure latis valeat etiam pro foro externo, cujus, cum jam parti sit satisfactum, nulla inde sequitur perturbatio. *Nog.d. 17. à n. 75.*

## ARTICULUS II.

*Utrum, & quomodo absolutio à censuris impertienda sit in foro sacramentali?*

378 Quæres 1. An possit quis valide, & licite absolvi à censuris virtute Bullæ extra Sacramentum pœnitentiæ? Loquendo de Bulla Hispana alij probabiliter negant, alij probabiliter affirmant; ut videre est apud *Nog.d. 17. à n. 81.* loquendo autem de Bulla Lusitana, R. absolute negative, id est virtute illius nec valide, nec licite cõferri posse absolutionem à censuris extra sacramentum. Ratio disparitatis inter unam, & alteram Bullam est, quia in Hispana dicitur, *Ut possint eligere Confessarium, qui eos absolvat ab omnibus peccatis, & cõsuris, etiã Sedi, & c. Aliorum vero Sedi Apostolicæ nõ reservatorũ, ac reservatarũ toties & c.* In Bulla vero Lusitana dicitur, quod virtute illius possit eligi Confessarius ab Ordinario approbatus, qui, eorum confessione audita, absolvat à casibus Sedi Apostolicæ reservatis (aliquibus exceptis) semel in vita, & in mortis articulo, & ab alijs eidem Sedi non reservatis, quoties confitebuntur, nulla facta mentione de censuris.

§ Igitur in his terminis Bullæ Lusitanæ cõceditur indistincte absolutio à casibus, qui habent cõsuras, quin de censuris fiat expressa distinctio; atque adeo ex natura ipsius clausulæ conne-

connexio datur inter absolutionem à peccatis, & absolutionem à censuris; quia peccata nō possunt absolvi, quin prius censuræ absolvantur: sed peccata non possunt absolvi nisi in ipsa sacramentali confessione: ergo etiā censuræ extra sacramentalem confessionem absolvi nequeunt. *Nog. d. 17. à n. 84. qui n. 83, & 88,* bene probat ex terminis Bullæ Hispanæ concedi in ea absolutionem à censuris distinctā ab absolutione à peccatis; & dictionē *Et inter peccata, & censuras resolvi in dictionem disjunctivam Vel,* atque adeo posse Confessarium virtute ipsius Bullæ Hispanæ absolvere à censuris, quin absolvat à peccatis.

379 Ex tradita resolutione sequitur 1. virtute Bullæ Lusitanæ nullatenus posse absentem absolvi à censuris, sicut absolvi nō potest à peccatis ex declaratione Clementis VIII. die 20. Junij an. 1602. Sequitur 2. etiā non posse absolvi invitum; cum enim invitus confiteri non velit, planum est non posse absolutionem recipere, quæ in sacramento impertienda est. Deinde absolvi à censuris est privilegium in Bulla concessum, usus autem privilegij invito, & nolenti applicari non potest. Sequitur 3. etiam penitus ignarum potestatis sibi per Bullam concessæ, virtute illius absolvi non posse; quia ut quis virtute Bullæ à censuris absolvatur, debet libera voluntate ad hoc eligere Confessarium;

qui autem ignorat posse absolvi non eligit Confessarium, qui cum absolvat.

380 Nota tamen 1. quod si habens Bullam, & de illius privilegio nihil cogitans, petat à Confessario, ut eum absolvat quantum potest virtute Bullæ, manebit absolutus à censuris; sicut à reservatione liber manet ille, quem Confessarius potens absolvere à reservatis, absolvit quantum potest. At hic licet explicite ignoret efficaciam Bullæ, implicite illam agnoscit, & dici non potest illius penitus ignarus. Nota 2. à Præfato, vel Judice censuram ferentibus posse invitum, & ignarum absolvi; imo & à quocūque habente privilegium absolvendi à censuris independenter à sacramento confessionis; quia absolutio à censuris absolute non dependet à sciētia, & voluntate illius, qui absolvitur. Nota tamen 3. Religiosos Societatis JESU juxta sua privilegia non posse absolvere à censuris extra sacramentum; quia ex Const. Greg. XIII. privilegij non gaudent nisi dependenter à Generali; Generalis autem disponit, ne à censuris absolvāt extra confessionem. *Comp. Privil. Verbo Absolutio sine. Nog. d. 17. sect. 9. & 10.*

381 Quæres 2. An virtute Bullæ possit quis absolvi à censuris sub cōditione? R. 1. validā esse absolutionē à censuris datā virtute Bullæ sub cōditione de præterito, vel de præsentī; quia hujusmodi cōditiones nec actū, nec

nec effectum suspendunt; sed statim absolutio, vel est valida, si conditio existit, aut impleta sit, & absolutio transit in absolutam, licet absolvens id ignoret. Si vero conditio non existit, nec impleta sit, ex defectu illius nulla est absolutio. Erit tamen dicta absolutio illicita, si detur sub conditione aliqua impertinenti, & minime necessariâ. *Nog. d. 17. à n. 100.*

382 Resp. 2. ut probabilius (licet regulariter loquendo sit illicita) etiam esse validam absolutionem à censuris virtute Bullæ collatam sub conditione de futuro. Si enim sub conditione de futuro ferri potest ex cap. *Præterea* o 2. de *Appellatione*, & cap. *solemnitate* dist. 63. Cur sub ea conditione dari non poterit valida illius absolutio. Confirmatur, quia præceptum, & illius dispensatio possunt dari de futuro: ergo etiam censura, & illius absolutio sacramentalis non potest ita conferri, nec manere suspensa propter conditionem; ideo est quia non dependet ab intentione confessarij, sed ex institutione, & intentione Christi D. At absolutio a censuris est quidam actus judicialis mere humanus, qui potest pendere ab intentione mere humana. *Nog. à n. 103.*

383 Ego tamen hanc illius resolutionem intelligo solum de absolutione à censuris, quæ non impediunt Sacramentum poenitentiae; aut si de omnibus censuris procedat, intelligenda est de absolutione à censuris

non virtute Bullæ Lusitanæ, sed virtute Bullæ Hispanæ, aut alterius privilegij absolvendi à censuris independenter à Sacramento Pœnitentiæ. Ratio mihi evidens est, quia ex dictis à n. 378. virtute Bullæ Lusitanæ solum intra sacramentum poenitentiae conferri potest absolutio à censuris: atqui absolutio sacramentalis à peccatis non potest manere suspensa sub conditione de futuro: ergo neque absolutio à censuris; aliter maneret poenitens prius absolutus à peccatis, quam à censuris, quod dici non potest de illis, quæ impediunt Sacramentum Pœnitentiæ.

384 Quæres 3. An virtute Bullæ possit quis absolvi à censuris ad cautelam, & ad reincidentiam? R. 1. posse absolvi ad cautelam; nam qui potest absolvere à censura certa, potest etiam absolvere à censura dubia; sicut, qui potest absolvere a peccatis certis, potest a dubijs: sed confessarius virtute Bullæ electus potest absolvere à censuris non exceptis in Bulla, quando certo constat à poenitente fuisse contractas: ergo etiam poterit, quando dubitatur, an contractæ sint, quæ est absolutio ad cautelam. *Nog. d. 17. à n. 110.*

385 Resp. 2. non posse virtute Bullæ præstari absolutionem à censuris ad reincidentiam; id est sub conditione aliquid faciendi intra certum tempus, v. g. satisfaciendi, vel comparandi, ita ut si transacto tempore,

P non

non impleta sit conditio, incidat in eandem moraliter; vel similem censuram. Patet; quia solus potest absolvere à censuris ad reincidentiam, qui potest eas ferre, vel suspendere: atqui per Bullam solum datur facultas ad absolvendum à censuris, & non ad eas ferendas, vel suspendendas: ergo in Bulla non datur privilegium ad absolvendum ad reincidentiam. *Nog. d. 17. à n. 120. qui à n. 122. bene probat maiorem jacti fundamenti.*

386 Quæres 4. An in absolutione à censuris, quæ datur virtute Bullæ, explicanda sit causa ipsius censuræ? *R. 1. negative, sive pœnitēs habeat unā tantum censuram, sive plures, si ab omnibus sit absolvendus. Patet, quia in bulla non præscribitur modus absolvendi exprimendo causam censuræ; quando autem in privilegio non exprimitur modus diversus, regulandus est jure communi, quod non statuit causam esse exprimendam. R. 2. Si pœnitēs, habeat plures censuras, & solum ab aliqua sit absolvendus, debet exprimi causa illius, ut constat, à qua censura absolvatur. Nota tamen hoc juxta Bullam Lusitanam, solum posse contingere in absolutione à censuris, quæ non impediunt Sacramentum Pœnitentiæ; cum enim virtute illius absolutio à censuris præstanda sit intra Sacramentum, ex dictis à n. 378. Si censuræ sint ex impediensibus Sacramentū, nō potest pœnitens virtute illius absolvi ab una, quin ab omnibus absolvatur. *Nog. d. 17. à n. 130.**

387 Quæres 5. An qui absolvit virtute Bullæ à censuris uti debeat determinata forma? *R. non requiri aliam formam distinctam ab ea, qua communiter uti solemus; Cum enim Bulla Latina, dum facultatem concedit absolvendi à censuris nihil circa formam disponat, non est cur uti non possimus forma consueta, quæ ad absolutionem à peccatis præmitti solet. Per hoc tamen non nego, quod Confessarius virtute Bullæ electus possit uti forma absolutionis, quæ in fine summarij apponitur; non quidem ut necessaria, sed ex devotione, quatenus exprimit varios Bullæ effectus. *Nog. d. 17. n. 136.**

388 Ex ipso autem n. 133. Nota 1. Absolutionem a censuris non posse valide dari per nutus, & signa ab alijs Prælati S. Pontifici inferioribus; quia nullus, qui in jure communi dispensare non potest, variare potest formam à jure præscriptam; in jure vero, *cap. Cum desideres, & cap. Si aliquando De Sent. Excom.* præscribitur absolutionem à censuris esse dandam, vel per verba, vel per scripturam. Nota 2. Ex eodem à n. 138. eadem numero forma *Absolve te*, posse Confessarium virtute Bullæ valide, absolvere à censuris, & peccatis cum sola prioritate naturæ in absolutione à censuris ex intentione absolvendi prius à censuris, & deinceps a peccatis. Erit tamen dicta absolutio saltem venialiter illicita si ita detur non ur-  
gē-

gente necessitate; quia est contra Ecclesiæ praxim absolvendi prius prioritate reali à censuris, quam a peccatis. Nec facile excogitari potest tanta necessitas, ut confessarius non possit uti hac forma: *Absolvo te ab omnibus censuris, & peccatis &c.*

389 Quæres 6. An valida sit absolutio à censuris per Bullam, si metu, vel dolo extorqueatur? *R.* 1. si metu gravi cadente in virum constantem extorqueatur, esse nullā, & invalidam, non quidem ex natura rei; quia metus, etiam gravis, non tollit voluntarium simpliciter; sed ex jure positivo in cap. unico de his, quæ vi, metuve in 6. *R.* 2. esse validam si obtineatur per metum levem; quia in jure tum Canonico, tum Civili metus levis non est in consideratione. *R.* 3. si absolutio sit extorta per dolum, fraudem, aut errorem circa causam finalem, vel necessario requisitam, esse invalidam. Unde si poenitens dicat confessario se jam parti satisfecisse, cum non satisfecerit; vel se non posse satisfacere, cum possit, absolutio erit nulla; quia non subsistit causa finalis, quæ movet confessarium ad absolvendum à censura. *Nog. d. 17. à n. 141.*

### ARTICULUS III.

*De alijs ad absolutionem censurarum virtute Bullæ conferendam spectantibus.*

390 **Q**Uæres 1. An quæcunque suspensio, sive

fit censura, sive mera poena possit virtute Bullæ absolvi: Non est compendij in Cruciatam agere de suspensione, sicut neque de alijs censuris. Pro resolutione autem præsentis quæstionis quoad absolutionem a suspensionibus, quæ sunt censuræ, recolenda sunt quæ diximus à n. 367. quæ enim ibi dicta sunt de absolutione à censuris tam a jure, quam ab homine, quoad forum internum, & externum, intelligenda sunt de omnibus censuris, atque adeo de omnibus suspensionibus, quæ sunt censuræ; sicut etiam quæ diximus de absolutione pro foro Sacramentali à n. 378.

391 Ad quæstionē igitur n. antecedenti propositā *R.* 1. omnes suspensiones, quæ sūt censure, posse virtute Bullæ absolvi modo dicto locis supra citatis. Atque adeo possunt virtute Bullæ absolvi omnes suspensiones contractæ ob indebitam Sacrorum Ordinum susceptionem, etiam quæ contractitur ob susceptionem ordinum ante legitimam ætatem, quod licet impugnet *Tamb.* bene defenditur a *Nog. d. 17. à n. 189.* Et patet, quia Bulla absolute, & absque ulla limitatione concedit facultatem absolvendi ab omni censura: ergo cum nulla detur ratio ad illam restringendam, etiam quoad prædictam suspensionem, restringenda non est. Non potest tamen confessarius virtute Bullæ tollere impedimentum ætatis, ita ut absolutus ante legitimam ætatem,

tem, ministret in ordine male suscepto; quia absolutio tollit impedimentum suspensionis, non tamen ætatis.

392 Resp. 2. virtute Bullæ non posse absolvi suspensiones, quæ sunt meræ pœnæ, & non habent rationem censure; qualis est v.g. illa, qua S. Pontifex, vel Episcopus in pœnâ alicujus delicti jam commissi sacerdotem punit, suspendendo illum per annum, vel aliud tempus determinatum ab exercitio ordinis. Patet, quia suspensio, prout mera pœna est, non venit nomine Censuræ, ut tenent communiter DD; in Bulla autem non conceditur facultas absolvendi, nisi à peccatis, & censuris. Confirmatur, quia suspensio, quæ est pura pœna, non tollitur per absolutionem, sed per dispensationem, aut per lapsum temporis præscripti. *Nog.d. 17. à n. 181.*

393 Quæres 2. Quænam interdicta virtute Bullæ à confessario absolvi possint? R. 1. ex proxime dictis non posse absolvi (si detur) interdictum latum ob culpam præteritam, & non sub ratione medicinæ, sed puræ pœnæ, quia non est censura. Dixi, *si detur* quia interdictum ferri non solet, ut pura pœna ob peccatum præteritum. De absolutione ab interdicto, quod est censura, intra, vel extra Sacramentum, R. 2. observanda esse, quæ diximus à n. 378. sicut etiam, quæ de censuris diximus

à n. 366. hic cum proportione applicanda sunt.

394 Resp. 3. Omne interdictum personale, quod directe, & per se fertur in aliquam personam singularem, posse virtute Bullæ absolvi, dummodo parti læsæ sit satisfactum, aut saltem exigatur cautio, juxta dicta à n. 366. Patet, quia tale interdictum est censura, & in Bulla conceditur facultas absolvendi ab omni censura. Nota tamen absolutionem ab hujusmodi censura virtute Bullæ collatam nunquam prodesse pro foro externo, quia est censura ab homine, cujus absolutio virtute Bullæ non valet pro foro externo, & judiciali juxta dicta à n. 372.

395 Resp. 4. Interdictum generale personale non posse virtute Bullæ absolvi. Patet, quia tale interdictum indivisibiliter fertur in totam communitatem; communitas autem, v.g. capitulum, vel collegium, ut communitas est, non accipit Bullam. Et licet singuli ex illa communitate per Bullam absolvantur, adhuc communitas, ut est unum corpus, absoluta non manet.

396 Resp. 5. Interdictum locale, sive sit generale, sive speciale, per Bullam autem ferri non possit; quanvis vera censura sit. Patet, quia facultas in Bulla concessa ad absolvendum est in ordine ad personas, & non ad loca, ibi, *In confessorem eligere, qui eorum confessione audita, ipsos &c.* Unde quan-



quanvis absolvatur persona, quæ dedit causam interdicto locali, ipsum interdictum non tollitur, sed relaxari debet ab eo, qui illud tulit. *Nog. d. 17. à n. 196. ad 202.* ubi notat prohibitam esse absolutionem ad cautelam ab interdicto locali generali in cap. *Præsenti de sent. excom. in 6.*

397 Quæres 3. An virtute Bullæ possit absolvi cessatio à Divinis, Depositiõ, & Degradatiõ? *R. Negative.* Et quoad cessationem à Divinis, tum quia non est censura, juxta dicta *n. 212.* tum quia semper versatur circa locum, & non circa personas, nisi cum ordine ad locum; atque adeo in illa militat ratio proxime adducta circa interdictum locale. Quoad Depositionem, & Degradationem, quæ solum personas afficiunt; quia non sunt censuræ, sed pœnæ, & impedimenta ex natura sua perpetua, absque ulla spe restitutionis ad pristinum statum. *Nog. d. 17. à n. 203.*

398 Quæres 4. An virtute Bullæ possit aliqua irregularitas auferri? Conveniunt AA. non posse virtute Bullæ tolli irregularitatem, quæ est imposita ob indecentiam, qualis est, quæ oritur ex bigamia, ex defectu nataliũ, ex homicidio autoritate publica factõ, quæ dicitur d. f. c. tuleritatis, & omnẽ aliã, quæ sine peccato cõtrahitur. Ratio est, quia hæ irregularitates nec sunt censure, nec pœnæ ecclesiasticæ, sed quædam impedimenta ab Ecclesia statuta in reverentiam status

Ecclesiastici pro ordinibus suscipiendis, vel beneficijs obtinendis. Idem dictum habeas de irregularitate ex homicidio propria autoritate factõ, sive voluntario, sive casuali, vel ex mutilatione, quia quanvis talis irregularitas imponatur in pœnam delicti, etiam imponitur ob indecentiam, quam habet homicida cum statu Ecclesiastico; non enim representat mansuetudinem Christi Domini, qui ab alio vitam abstulit.

399 Tota difficultas est, de Irregularitate, quæ est pura pœna peccati, & non ob indecentiã, qualis est, quæ cõtrahitur ex mala administratione Sacramentorũ; quia v. g. excõmunicatus, vel alia censure ligatus Missã celebrat, vel actũ ordinis Sacri exercet, vel rebaptizat, &c. De his irregularitatibus affirmat cõmuniter Thomistæ posse tolli virtute Bullæ, quia credunt esse censuras; & illorũ sententiam dicunt alij probabilem apud *Nog. d. 17. à n. 212.* alij in praxi amplectendam, urgente necessitate, in qua nõ datur facilis recursus ad Nuntiũ, vel Episcopũ.

400 Nihilominus *R.* nullam omnino irregularitatem, etiam ex delicto proveniente, posse virtute Bullæ absolvi, vel dispensari. Patet, quia nulla datur irregularitas, quæ sit censura; nam Innocentius III. consultus, quid per censuram Ecclesiasticam intelligeretur, in cap. *querenti de verb. signif.* ait ibi, *Respondemus, quod per eam non solum interdicti, sed*

suspensionis, & excommunicationis sententia valet intelligi; si vero irregularitas ex delicto esset censura, insufficienter responderet Pontifex illam omittens, quod non est dicendum, cum responsio illius doctrinalis sit; atqui in Bulla, ut sæpe diximus, solum datur facultas ad absolvendum à censuris non exceptis, & non à pœnis, quæ censuræ non sunt: ergo &c.

401 Quod si dicas in absolutio- nis forma, quæ ponitur in fine sum- marij, tribuenda semel in vita, & in mortis articulo, apponi per Com- missarium verba hæc *Absolve te ab omnibus censuris, & pœnis. Vulgò, & de todas as outras censuras, & penas, que por qualquer couza bajas incorrido.* R. inde non colligi, quod virtute Bul- læ possit tolli aliqua irregularitas (i- dem dictum habeas de suspensione, quæ sit mera pœna juxta dicta n. 392. & de cessatione à Divinis, & alijs pœnis n. 393. & 397.) quin in ea absolute dicitio à pœnis, & penas, aut ponitur ad ornatum, & majorem explicationem; vel potius est intelligenda de pœnis, quas ca- nones pœnitentiales aliquibus impo- nunt, arcendo illos à sacra com- munionem ad certum tempus, & non de his pœnis, quibus deagimus, quæ censuræ non sunt. *Nog. d. 17. n. 182. & n. 225.*

## C A P U T XVIII.

*De casibus Episcopo reservatis, qui virtute Bullæ possunt absolvi toties quoties.*

402 **N**Ostri instituti non est ex professio agere de casibus Episcopis reservatis; tunc neque inquirere, quos possunt, vel non possunt reservare; ipsis, dum reservant, ea cura incumbit. Vide- atur *Nog. d. 18. à n. 2.* Quia tamen ad expeditiorem usum Cruciatæ necessaria est aliqua notitia reserva- torum hujusmodi.

403 Suppono 1. ex casibus o- lim Episcopis in jure reservatis nul- lum jam tale esse; si excipias 1. ca- sum abortus foetus animati, quoad excommunicationem, quam Gregor. XIV. in *const. Sedes Apostolica* voluit esse reservatam, non Sedi Apostoli- cæ (ut erat per *const. Effrenatam* Xisti V.) sed Ordinario loci. *Nog. ibidem n. 3. & 101.* si excipias 2. per- cussionem clerici levem, quæ Episco- po reservatur in cap. *Pervenit de sent. excom. Nog. cit. n. 3. & 191.*

404 Suppono 2. ex Conc. Trid. *Ses. 24. c. 6. de reform.* posse Episco- pos absolvere à peccatis S. Ponti- fici reservatis, dummodo occulta sint, & non deducta ad forum contentiosum. Hæc tamen facultas non extēditur ad casus Bullæ Cœnæ, etiam occultos,  
ex

ex dictis à n. 318. Quid autem sit occultum, diximus à n. 315. & quoties confessarius possit absolvere virtute cruciatæ à casibus occultis extra Bullam cœnæ Pontifici reservatis, à n. 319. His suppositis, quia iidem casus in multis Diœcesibus reservantur, ne eosdem diversis in locis repetamus, omnes sequenti articulo breviter explicabimus, & art. 2. qui in unaquaque Diœcesi reserventur, recensēbimus.

## ARTICULUS I.

*Brevis explicatio casuum in Diœcesibus ad coronam Portugallie spectantibus Episcopis reservatorum.*

## §. 1.

*Hæresis.*

405 **Q**uid sit hæresis, & quæ requirantur, ut sit reservata Pontifici per Bullam Cœnæ, constat ex dictis à n. 340. Quoad reservationem vero Episcopalem [si Diœcesim Conimbricensem, de qua aliqui dubitant, excipias] in reliquis solum reservatur hæresis externa, & non, quæ pure mentalis sit. Hinc vero oritur dubium, quid per hæresim externam reservent Episcopi? Et ratio dubitandi est, quia hæresis externa reservatur Pontifici in 1. Can. Bullæ cœnæ; in declar. aut. Sacr. Congreg. de mandato Clementis

VIII. edita, prohibetur Episcopis *Ne sibi superflue* reservent casus in Bulla die cœnæ Domini legi consueta contentos, neque alios Sedi Apostolicæ specialiter reservatos.

§. 1. Resp. 1. in præsentī casu nihil reservari ab Episcopis, sed declarari non posse confessarios absolvere ab hæresi non pure mentali, etiam occulta; quia etiam hæc propter dicta n. 319. & 341. S. Pontifici reservatur. Sic in *commutatione votorum* nihil sibi reservant Episcopi, sed declarant confessarios non posse vota commutare. R. 2. reservari ab Episcopis hæresim externam, quæ committatur cū ignorantia censuræ. Cum enim ex dictis n. 301. peccata S. Pontifici reservata omnia regulariter habeant censuram annexam, & quoties censura non incurritur, etiam reservatio non incurritur, qui ob ignorantiam non contraxit censuram hæresi externæ annexam, Pontificiam reservationem evasit: & tūc habet locum Episcopalis. *Nog. d. 18. à n. 19.*

## §. 2.

*Blasphemia publica.*

406 **B**lasphemia est locutio per modum convitij cōtra Deum, vel Sanctos, aut creaturas, dummodo hæc redundet contra Deum. Alia est hæreticalis, quæ continet aliquem errorem contra fidem, ut *Deus non est justus*: & hæc

reservatur DD. Inquisitoribus, & cum sit propositio formaliter, vel virtualiter hæretica, ad illos pertinet ejus cognitio. Alia est simplex, & non hæreticalis, quæ nihil affirmat, aut negat contra fidem, v. g. *Pereat Deus*; & hanc sibi reservant Episcopi, dummodo sit publica, idest notoria maiori parti vicinæ, vel communitatis, juxta dicta n. 315. Quoties autem blasphemia vel ex repentina indignatione, vel ex inadvertentia, aut ex alio principio peccatum mortale non est, nulla datur reservatio. *Nog. d. 18. à n. 24.* ubi adducit plures enuntiationis, quæ sunt, & plures, quæ non sunt blasphemix, & n. 41. concludit omnes blasphemias non hæreticales esse ejusdem speciei, sive sint contra Deum, sive contra B. Virginem, aut Sanctos.

## §. 3.

*Veneficia.*

407 **V**eneficium est quædam vana observatio, non quæcunque, sed talis, ut per eam quis intendat nocere proximo, vel in persona, vel in rebus, v. g. inducendo tempestates super agros, & similia mala faciendo ope Dæmonis tacite, vel expresse invocati. Incidunt autem in reservationem hujus casus, qui faciunt maleficium ad inferendum dictum damnum. Qui autem veneficijs utuntur factis à magistris diabolicæ hujus artis, tunc solum reserva-

tionem incurrunt, quando hæc imponitur non solû veneficis, idest veneficia facientibus, sed etiam illis utentibus, ut in aliquibus Dioccesibus, de quibus art. sequenti.

§ Reservationem verò non incurrunt 1. Qui colligunt herbas, ossa, & similem materiam veneficiorum. 2. qui consulunt, aut mandant veneficis, ut illa conficiant, aut jam factis utantur, hi enim non comprehenduntur sub verbis, quibus hic casus reservari solet, nimirum *venefici, veneficæ, veneficia*, & aliquando *illis utentes*, quæ mandantes, consulentes, aut inducentes non exprimunt.

§ Tertio hujus casus reservationem non incurrunt, qui peccant in alijs speciebus superstitionis, v. g. tribuendi Deo cultum indebitum, divinationis, vanæ observantiæ ad effectus non malos, magiæ, incantationis, sortilegij, astrologicæ artis, & aliorum maleficiorum, quæ licet non fiant sine invocatione tacita, vel expressa Dæmonis, proprie tamé non veniunt *veneficij* nomine.

§ Notet autem confessarius in peccato veneficij debere examinare 1. an pœnitens inierit pactû expressum cum Dæmone? 2. an obedientiam ei promiserit, cultum ve, & honoré exhibuerit? 3. an veneficia confecerit ex rebus sacris? 4. denique, an peccato veneficij additæ fuerint aliæ species malitiæ, verbi gratia hæresis, idolatriæ, aut sacrilegij; nec non, an suo

venificio damnum intulerit? Et si deprehenderit hæresim, remittat eum ad Inquisitores; si reservatio tantum Episcopalis intervenerit, virtute Bullæ, aut alterius privilegij eum absolvat; & si nullum ad id privilegium habeat, remittat ad Episcopum; si vero damnum sit illatum, juxta restitutionis regulas refarciendum est. *Nog. d. 18. à n. 42.*

## §. 4.

*Invocatio Dæmonis, & pactum tacitū, vel expressum cum ipso.*

408 **I**nvocatio Dæmonis duplex est, altera expressa, quæ tunc datur, quando aliquis à Dæmone petit, ut aliquid faciat, dicat, vel doceat; hæc vel potest esse simplex, & sine ullo pacto, vel cum pacto expresso inter petentem, & Dæmonem, sive hic repromittat, sive non. Altera invocatio est tacita; & tunc datur, quando aliquis utitur actionibus, non à se, sed ab alio conventis cum Dæmone, quibus utendo censetur voluntati Dæmonis assentiri, eumque facto ipso invocare, in quo etiam consistit pactum tacitum. Recole dicta *n. antecedenti*, & vide *Nog. d. 18. à n. 53.* ubi inter alia adducit duas regulas ad cognoscendum, quando detur hujusmodi pactum tacitum cum Dæmone.

## §. 5.

*Homicidium voluntarium.*

409 **H**omicidium voluntarium est illud, quod est volitum in se, vel in sua causa, v. g. in veneno, vel in vulnere læthali; aliud est voluntarium directe, ut quando quis sciens, & volens occidit ferro, aut sclopeto; aliud voluntarium indirecte, ut quando quis nolens occidere, facit voluntarie actionem per se, & ex natura sua mortis illativam. Unde qui propinavit venenum, aut læthale vulnus inflixit, quanvis non habuerit intentionem occidendi, si mors sequatur habet casum reservatum, quia voluntarie posuit actionem, ex qua regulariter mors sequitur.

410 Homicidium casuale è contra est illud, quod neque in se, neque in causa, ex qua communiter mors sequatur, est volitum; hoc non reservatur, & si habeat admixtum aliquid voluntarij, imò & culpæ gravis; v. g. occisio in ebrietate, eo quod non fuit adhibita diligentia, ne sequeretur. Idè dicendum de eo, qui vulnus inflixit non læthale de se, ex quo tamen ob incuriam chirurgi, vel ex alio casu mors secuta est; & idem de alijs similibus, in quibus homicidium non est simpliciter voluntarium. Verba autè reservativa, cum sint in materia odiosa, strictissime interpretanda sunt. Et

Q

ob

ob hanc etiam rationem reservationē non incurrunt mandantes, & confu- lentes, & quicumque alij, qui morali- ter concurrunt ad homicidium vo- luntarium, licet non minus graviter peccent, quam illud exequentes.

411 Ipsum vero homicidium voluntarium, ut sit reservatum, debet esse mortaliter injustum. Unde non incurrunt reservationem 1. Milites occidentes in bello justo, aut saltem ut injusto non cognito; dum enim militibus non constet de belli injusti- tia, debent illud justum reputare, nec tenentur examinare illius causas, sed prudenter operantur sequentes par- tem sui Principis. 2. Judices, & justi- tiæ ministri, qui juxta leges auctori- tate publica damnant ad mortem, e- amque inferunt, quanvis ex odio, aut vindicta id faciant; quia licet tunc mortaliter peccent, peccatum erit odij, aut vindictæ, & nō homicidij in- justi. 3. qui occidunt cum moderami- ne inculpate tutelæ defendendo vi- tam; idque quanvis aggressor sit Pa- ter, Filius, Frater, Dominus, Conjux, Sacerdos, Religiosus, aut persona pu- blica Reip. maxime necessaria; quia, licet fortasse in hoc ultimo casu pec- cet contra charitatem, non peccant contra justitiam in aliquo ex dictis, neque ad restitutionem tenentur, ne- que incurrunt irregularitatem.

412 Utrum vero reservationem incurrat, qui, pro tuenda propria vita, occidit absque moderamine inculpa-

tæ tutelæ? Affirmat *Nog.* contra *Suar.* *Luf.* & alios, etiam in Ulyssiponenfi Dicecesi, ubi reservatur homicidium extra propriam defensionem. Ratio illi est, quia ea exceptio debet intelli- gi secundum jus, & DD. at secundum jus, & DD. qui ita occidit, voluntarie occidit, peccat mortaliter, & incurrit irregularitatem; ergo etiam reservati- onem. At servato moderamine incul- patae tutelæ, quanvis occidens in sui defensionem fuerit in culpa mortali, ut ab alio invaderetur, reservationem non incurreret; quia adhuc habet jus ad se defendendum, ut communiter do- cent DD. de adultero, qui aggressus à marito potest pro sui defensione il- lum occidere.

413 Circa reservationem homi- cidij voluntarij incurrendam ab oc- cidente pro defensione proprij hono- ris, vel bonorum temporalium, præ oculis habendæ aliquæ propositio- nes damnatæ ab Alex. VII. & Innoc. XI. ex quarum damnatione multæ o- piniones, fortasse antecedenter proba- biles, probabilitatem omnino amise- runt.

1. *Propositio: Fas est viro honorato occidere invasorem, qui nititur calumni- am inferre, si aliter hæc ignominia vita- ri non potest. Idem quoque dicendum, si quis impingat alapam, vel fuste percuti- at, & post impactam alapam, vel ictum fustis, fugiat.* Innoc. XI.

2. *Est licitum Religioso, vel Clerico calumniatorem gravia crimina de se, vel*  
de

de sua Religione spargere minantem occidere, quando alius modus defendendi non suppetit; uti suppetere non videtur, si calumniator sit paratus, vel ipsi Religioso, vel ejus Religioni publice, & coram gravissimis viris prædicta impingere, nisi occidatur. Alex. VII.

3. Non peccat maritus occidendo propria auctoritate uxorem in adulterio deprehensam. Alex. VII.

4. Regulariter occidere possum furem pro conservatione unius aurei. Innoc. XI.

5. Licet interficere falsum accusatorem, falsos testes, ac etiam Judicem, à quo iniqua certo imminet sententia; si alia via non potest innocens damnum evitare. Alex. VII.

6. Non solum licitum est defendere defensione occisiva, quæ actu possidemus, sed etiam ad quæ inchoatum jus habemus, & quæ nos possessuros speramus. Innoc. XI.

7. Licitum est tam hæredi, quam legatario contra injuste impediens, ne vel hæreditas adeatur, vel legata solvantur se taliter defendere (id est defensione occisiva, ut præcedenti propositione dicebat) sicut & jus habenti in cathedrâ, vel præbendâ contra eorum possessionem injuste impediens. Innoc. XI.

414 Ex damnatione igitur dictarum propositionum sequitur peccare mortaliter peccato homicidij voluntarij, atque adeo reservationem Episcopalem incurrere, qui voluntarie

occidunt in casibus, in quibus dictæ propositiones affirmant id non esse peccatum, vel esse licitum, non obstante quacûque probabilitate, quam antea habuerit quælibet ex dictis propositionibus. Nam post illarû damnationem sunt omnes certò improbabilis; quia certum est (utpote Pontificia declaratione in materia morum pro tota Ecclesia stabilitum) quod illicitum sit, & mortaliter peccaminosum in dictis casibus pro defensione honoris, & bonorum temporalium aggressorem occidere, aut se defensione occisiva defendere, quæ latius prosequitur *Nog. d. 18. à n. 71. ad 138,* & alia, quæ superius in hoc §. continentur, *ibidem à n. 62.*

415 Adhuc tamen nota 1. circa 3. propositionem, maritum occidentem aut uxorem in adulterio deprehensam, aut ipsum adulterum, licet incurrat reservationem Episcopalem; non tamen incurrere reservationem Pontificiam, si occidat adulterum Clericum. Et ratio est, quia maritus occidens adulterum Clericum non incurrit excommunicationem *Can. Si quis suadente;* non enim vult Ecclesia tam pœnam Ecclesiasticam incurri in casu tanti, & justis doloris, *cap. Si vero de sent. excom. ibi, Nec ille compellendus est ad Sedem Apostolicam venire, qui in Clericum cû uxore, matre, sorore, vel filia propria turpiter inventum manus injecerit violentas.* Ex dictis autem *n. 301.* constat peccata S. Pontifici

tifici reservata talia non esse, quoties censura non incurritur. Ad reservat ionem vero Episcopalem incurrendam non requiritur censura; cum enim sit medicinalis restrictio jurisdictionis ad absolvendum à peccato homicidij, sufficit ipsum peccatum, quod, non obstante justo dolore, committit, qui uxorem adulteram, aut quemcunque alium occidit inventum cum matre, filia, aut sorore.

§ Nota 2. circa 4. propositionē, licet reservationem incurrat, qui furem occidit pro defensione rei minimę, v.g. unius, aut alterius aurei, non peccare tamen, nec reservationem incurrare, qui occidat pro defensione bonorum suorum, si hæc magni momenti sint, quia ea bona necessaria sunt ad conservandam vitam; atque adeo eorum defensio est pro vita. Quanti autem valoris debeat esse res, ut censeatur magni momenti, vide apud *Nog.* & alios ab eodem citatos, d. 18 n. 127. qui ex circumstantijs personarum dictam summam aut extendunt, aut coarctant.

## §. 6.

*Abortus procuratio*

416 **A** Bortus est intempestivus, & immaturus humani foetus ortus; duplex esse potest, alter foetus animati, & est verum homicidium; alter foetus inanimati. Communis autem sententia docet

foetum animari regulariter in masculis post quadragesimum diem, & in foeminis post octogesimum à conceptione, quare ut improbable omnino rejiciendum est delirium cujusdam Medici, quod ab Innoc. XI. damnatur in hac propositione: *Videtur probabile omnem foetum, quandiu in utero est, carere anima rationali, & tunc primum incipere eandem habere, cum paritur; ac consequenter dicendum erit, in nullo abortu homicidium committi.*

417 Damnavit etiam Innoc. XI. hanc propositionem; *Licet procurare abortum ante animationem foetus, ne puella deprehensa gravida occidatur, aut infametur;* ex cujus damnatione manet omnino improbable placitum eorum, qui id affirmabant licitum. Est autem mortaliter illicitum procurare abortum hujusmodi foetus inanimati; etiam si puella per violentiam inevitabilem, absque ulla culpa conceperit. Item licet sit Monialis observantissimi conventus, qui ex partu gravissime infamabitur; idque quavis Monialis conceperit ope Dæmonis incubi eam violenter cognoscens; quia ille foetus adhuc est humanus, ex semine hominis à Dæmone ad illum effectum adducto; procuratio autem abortus foetus humani est intrinsece mala, & que in nullo casu est licita; sicut ex eadem ratione in nullo licet procurare pollutionem.

418 Procurare autem abortum est studiose, seu de proposito potionibus,



bus, herbis, percutionibus, aut similibus agere, ut foetus immature ejiciatur; & qui prædicta remedia porrigunt, sumunt, vel applicant, aut aliquo modo physice concurrunt ad immaturam foetus ejectionem, reservationem incurrunt, licet foetus supervivat, & baptifetur. Dixi *physice concurrunt*; quia procuratio dicit concursum physicum, & nisi in reservatione exprimentur, extendenda non est ad causas morales mandantes, cōsulentes, &c.

419 Nota adhuc 1. non incurrere reservationem, quoties procuratio abortus stare potest sine peccato, ut quando mulier est in vitæ periculo, & non datur aliud remedium, ut vivat, nisi pharmacum ex natura sua curativum talis infirmitatis, quanvis inde sequatur abortus, qui non intenditur, sed prævidetur, quia expellendo humores noxios, expellet etiam foetum inanimatum. Quod si nulla sit spes, quod foetus animatus vivere possit, & baptifari, sit tamen spes, quod mater vivat, poterit applicari remedium æque utile ad vitam matris, & mortem foetus. Nunquam tamen prægnanti licet applicare remedium, quod directe tendat ad abortum, quia id est intrinsece malum. Nota 2. etiam non incurrere reservationem homicidij voluntarij, neque impositam contra procurantes abortum foetus animati, si procuretur abortus in dubio, an foetus sit animatus; quia quando delictum

reservatur intelligitur de certo commisso; in dubio autem de animatione foetus certò non constat de homicidio, neque de procuratione abortus foetus animati; & de irregularitate multi probabiliter id docent. *Nog. d. 18. à n. 111.*

§. 7.

*Oppressio, sive suffocatio prolis*

420 **S**uffocatio prolis etiam est homicidium, & sub homicidio intelligi potest reservata. Quia tamen in aliqua Dicecesi reservari potest, non reservato homicidio, aut simul ut distincta ab illo. Sciendum est suffocationem evenire posse 1. de industria, quando foemina, ut delictum suum occultet, prolem natam suffocat; quod si puer vulnere, vel veneno interficiatur, non erit suffocatio. 2. quando mater, vel nutrix in eodem lecto infantem collocant ad cōdormiendum, ab ipsisque opprimuntur; & hoc contingere potest 1. adhibita antecedenter morali diligentia, ne opprimatur; & tunc non incurritur reservatio, imò neque peccatum committitur; quia oppressio neque in se, neque in causa fuit volita; sive detur opera rei licitæ, sive illicitæ. 2. matre, vel nutrice periculum advertentibus, & non curantibus; & tunc dabitur peccatum juxta gradum negligentiae; & si pertingat ad culpam mortalem, & suffocatio sequatur, erit

erit reservata. *Nog. d. 18. à n. 139.*

§. 8.

*Voluntaria membri mutilatio*

421 **D**E hoc casu nihil apud *Nog.* quia tamen reservari dicitur in Diœcesi Visensi, Sciendum est membrum mutilari per illius abscissionem, quæ si voluntaria non sit, non reservatur. Nomine autem membri venit ea pars corporis, quæ habet distinctum officium, ut pes, manus, oculus, &c. De digito dubitatur, an sit membrum, cujus abscissio reservetur. Et quidem, si tot digiti abscindantur, ut manus reddatur inutilis ad munus suum, erit abscissio reservata. Secus dicendum, si unus, vel alter, digitus abscindatur, & manus adhuc profit, licet minus bene; verba enim reservationis stricte interpretanda sunt, & digitus magis est articulus membri, quam membrum. Qui vero membrum debilitavit, sed non abscidit, reservatum non habet, quia non mutilavit.

§. 9.

*Incendium de proposito ex intentione nocendi.*

422 **C**Ontingit casus hic, quando quis scienter excitat incendium animo nocendi, v.g. ut alienam segetem, vel domum comburat. Unde non incurritur re-

servatio, 1. si casu incendium excite-  
tur, & damnum inferat, ut quando  
quis ignem applicet locis incultis, ut  
pascua gregibus nascantur, quanvis  
inde damnum grave alicui sequutum  
fuerit. 2. si ex inadvertentia inculpa-  
bili id contingat; quia in his casibus  
non excitatur incendium ex intentio-  
ne nocendi. Quod si inadvertentia sit  
mortaliter peccaminosa, non excusari  
à reservatione, indicat *Nog.* excusari  
vero probabiliter docet *Abreu*, quia  
etiam tunc non excitatur ex intentio-  
ne nocendi. 3. à reservatione, licet nõ  
à peccato, excusatur, qui ex intentio-  
ne nocendi applicuit ignem, incen-  
diũ tamen extinctũ est, antequam no-  
ceret, vel ab hominibus, vel à super-  
veniente pluvia; quia ad reservationẽ  
non sufficit actus inchoatus, sed de-  
bet esse in suo esse consumatus. Nota  
deinde incendiarios rei Ecclesiasticæ  
excommunicationem ipso facto non  
incurrere, esse tamen ab Ordinario  
excommunicandos, *ex cap. Tua nos de  
sent. excom.* & si ab Ordinario specia-  
liter declarentur, habebũt reservatio-  
nem Pontificiam, & neque ab ipso E-  
piscopo absolvi poterunt; ut poterant  
ante declarationem. Secus dicendum  
de incendiarijs rei profanæ, qui licet  
ab Ordinario declarentur excommu-  
nicati, reservationem Pontificiam nõ  
habent; sicut illã non habent incendi-  
arij rei Ecclesiasticæ ante declaratio-  
nem nominatim. *Nog. d. 18. à n. 143.*

§. 10.

§. 10.

## Sacrilgium

423 **S**acrilgium est violatio rei sacræ, prout res sacra comprehendit etiam personas, & loca. Triplex est sacrilegij species; aliud enim dicitur personale, aliud locale, aliud reale. Sacrilgium personale versatur circa personas sacras. Persona sacra dicitur, quæ Deo peculiariter est destinata, vel per votum, vel per Ordinem Sacrum. Quatuor modis violari potest persona sacra. 1. per violentam manuum injectionem, quæ in hoc casu non reservatur, & plerunque in Diocesisibus in diverso casu proponitur, de quo §. sequenti. 2. violatur per usurpatam jurisdictionem, trahendo personas Ecclesiasticas ad iudicium sæculare, vel illis veltigalia imponendo; hæc tamen violatio non est Episcopo reservata, sed reservatur S. Pontifici in Bulla Cœnæ. 3. violatur persona sacra per actiones veneras. 4. per furtum, auferendo bona, census, aut oblationes deputata ad sustentationem ipsius personæ; at neque hæc 3. & 4. violatio personæ sacræ hic reservantur, quod ex recepta consuetudine probat cum alijs *Nog. d. 18. à n. 159.* & quoad actiones veneras, etiam ex decreto S. Congreg. de mandato Clem. VIII. edito.

424 Sacrilgium locale versatur

circa loca sacra, qualia sunt Tempa, Monasteria, hospitalia, & quæcunque alia auctoritate Episcopi ad D. cultum erecta. Quatuor etiam modis violari potest locus sacer, 1. per violentam, vel fraudulentam extractionem delinquentis, qui ad eum confugerat, & immunitatis privilegio gaudebat. Qui autem loci, & quæ personæ immunitate Ecclesiastica gaudeant, vide apud *M. Suar. tom. 1. de Relig. tr. 2. lib. 3.* violatur 2. per mercaturam, & strepitum forensem, ac judicalem. 3. per sanguinis, aut seminis effusionem peccaminosam. 4. per furtum rei sacræ, vel ad ipsum locum sacrum spectantis. Circa hujusmodi violationes, & sacrilegia

425 Dico 1. sacrilegium reservatum committit Judex, & quilibet alius justitiæ minister, qui per vim extrahit reum ab Ecclesia in casibus, in quibus illius immunitate gaudet. Dico 2. si reus ab Ecclesia dolo, vel fraude per aliquem particularem extrahatur, eo consilio, ut extra Ecclesiam capiatur, & de facto à Judice capitur, reservatum etiam committit Judex; quia etiam tunc Ecclesia offenditur, & violatur. *Nog. d. 18. n. 166.* ubi non improbabilem dicit sententiam *Leandri* cum alijs in hac 2. resolutione oppositum docentis; & quidem merito, si nullum intervenit consilium, aut cooperatio Judicis, aut ministrorum justitiæ. Dico 3. non committit sacrilegium, nec peccatum refer-

reservatum, qui in Ecclesia capit delinquentem sponte se offerentem; nec qui dolo, blanditijs, & promissionibus sine violentia inde extrahit; quia tunc non fit injuria loco sacro, sed ipsi delinquenti. *Nog. n. 165.*

426 Dico 4. Non habent casum reservatum mercaturam, vel strepitum forenses in Ecclesijs exercentes. Ratio primę partis est; quia mercatura plerunque non est peccatum mortale; & licet aliquando ad mortale accedat, quando scilicet D. Officia turbat, & impedit, non tamen est atrox, & frequens, quod solum expedit reservari ex, adducto Clem. VIII. decreto. Ratio 2. partis est; quia licet Judices tunc committant sacrilegium in locum sacrum, quia id illis prohibetur in *cap. Decet de immunitate Eccles. in 6. DD.* tamen agentes de his, quæ veniunt nomine *sacrilegij reservati*, de hoc non loquuntur. *Nog. d. 18. à n. 167.* Dico 5. habet sacrilegium reservatum, qui frangit portas Ecclesiæ, aut alterius loci sacri, ut deprædetur, quæ ibi sunt, effectu etiam non secuto; & qui destruit, vel incendit talia loca. Traditur hæc resolutio ab *Abreu*, cui non dissentiret *Nog.* si illius meminisset.

427 Dico 6. Reservationem sacrilegij localis incurrit, qui occidit in loco sacro, etiam sine sanguinis effusione; quia vere Ecclesiam violat, *cap. si motum de consecr. dist. 1. cap. Posuisti de consecr. Eccles.* Secus dicendum de

percussione gravi sine effusione sanguinis, per quam non violatur Ecclesia, eo quod jura loquantur de percussione cum sanguinis effusione. Neque sufficit quæcunque effusio v. g. per duas, aut tres guttas, sed requiritur ad reservationem, & violationem sanguinis effusio per magnam copiam; & hæc etiam non sufficit, si fiat per nasum, ex quo facile magna sanguinis copia effunditur. Ratio est, quia hæc non sunt crimina atrocissima, ut reserventur; & à fortiori reservata non erit copiosa sanguinis effusio, si per jocum, aut casu contingat absque peccato.

428 Dico 7. eandem reservationem sacrilegij localis incurrit, qui in Ecclesia, vel Cæmeterio vulnerat, effusio tamen sanguinis fit extra Ecclesiam, aut Cæmeterium: quia tunc in loco sacro ponitur causa naturalis illius effusionis; secus è contra dicendum de eo, qui extra vulneravit, sanguinis autem effusio, aut mors secuta fuit intra Ecclesiam. Dico 8. dictam reservationem non incurrit, qui in Ecclesia, vel Cæmeterio occulte occidit, vel vulnerat; quia licet committat sacrilegium, per illud, ut pote occultum, non violantur Ecclesia, vel Cæmeterium; hinc autem non reservatur quodcunque sacrilegium, sed illud, per quod locus sacer polluitur, & violatur; ita ut reconciliatione indigeat. *Nog. d. 18. à n. 174.*

429 Dico 9. dicta reservatio sacrilegij localis per effusionem seminis humani

humani solum incurritur, quando illa est publica. Unde non reservatur fornicatio, aut pollutio voluntaria in loco sacro habita. Si occulte fiant; quia licet sacrilegia sint, atrocia non videntur. Idem a fortiori dictum habes de copula conjugali, quam, si occulte habeatur, valde probabile est non esse sacrilegium. A reservatione tamen non liberamus dictos casus, si publice fiant, aut, etiam occulte, inter missarum solemnias, vel manifestato Eucharistiæ Sacramento; quia tunc inter atrocia numerantur, & per publicam seminis effusionem Ecclesia polluitur. *Nog. d. 18. à n. 181.*

430 Dico 10. reservationem sacrilegij localis incurrit, qui furatur rem sacram. v. g. calicem, sacras vestes, & similia bona sacra. Item, qui furatur ex sacro bona etiam non sacra, modo sint sub tutela Ecclesiæ, & vel inserviant ad illius usus, ut tapetia, lampades, & similia; vel fuerint commodata, aut conducta ad ejus ornatum; vel Ecclesiæ sint tradita in custodiam, aut in pignus, aut alio modo. Reservationem tamen non incurrit, nec proprie sacrilegium committit, qui in Ecclesia furatur marsupium, tapetem ad sedendum illuc adductum, & similia, quæ nec sunt sacra, nec specialiter in custodiam, aut alio modo Ecclesiæ commissa. *Nog. d. 18. à n. 183.* Ex *Abreu* idem dictum habes de furante oblationes, & similia ad Parochum per-

pertinentia, aut ex illis, quæ sunt deputata ad sustentationem ministrorum.

431 Sacrilegium reale, quæ est tertia species sacrilegij, versatur circa res sacras, prout à loco, & personis distinguntur, qualia sunt Sacramenta, vasa sacra, Reliquiæ, & Imagines Sanctæ, necnon ornamenta Ecclesiæ, ac ministrorum ejus, &c. Committitur autem hujusmodi sacrilegium, 1. quando quis celebrat, vel conficit aliquod Sacramentum, aut illud recipit in peccato mortali; & hoc non reservari & praxis, & DD. cõmuniter docent. 2. quando quis utitur vasibus, aut vestibus sacris ad usum profanum, seu ad proprium usum; Sanctas Imagines indecore pingit; Reliquias Sanctorum irreverenter tractat; verbis, aut sententijs Sacræ Scripturæ, Sacramentis, aut eorum materijs ad superstitiones, aut res vanas, & ridiculas utitur; aut inuficas lascivas miscet cum Sacris. Hæc vero sacrilegia realia reservata esse sub nomine *Sacrilegij* probabiliter docet *Abreu*, at cum *Quintanad.* probabilius non esse reservata asserit *Nog. d. 18. à n. 186.* Atque adeo juxta ipsum nomine *Sacrilegij* nullum reservatur sacrilegium personale, nullum reale; sed solum, quæ ex localibus superius inculcavimus à n. 425.

§. 11.

*Injeſtio manus violentæ in Clericum.*

432 **N**omine Clerici hîc veniunt omnes, qui gaudent privilegio *Can. ſiquis ſuadente*; qui autem eo privilegio gaudeant, vide apud DD. de hoc ex profeſſio tractantes. Suppono deinde 1. reſervationem hanc non incurrere, qui percutiendo clericum, mortaliter non peccavit; pro quo vide dicta à n. 411. hîc enim locum etiam habent, quæ ibi diximus liberare à reſervatione homicidij voluntarij defectu peccati mortalis. Suppono 2. hîc per injeſtionem violentam intelligi percuffionem clerici enormem, ſive gravẽ; & mediocrem; nam percuffio levis (mortaliter tamen peccaminofa) Epifcopo reſervatur in cap. *Pervenit de ſent. excom.* ut jam diximus n. 403. At hæc, cum annexam habeat excommunicationem, pertinet ad caſum ſequentem. Cum autem percuffio gravis, & mediocris reſerventur S. Pontifici, dubium hic oritur ſimile alteri ſuperius n. 405. de hæreſi excitato, cui reſpondeo eodem modo, quo ibi §. R. 1. *Nog d. 18. à n. 190.*

§. 12.

*Excommunication maior à jure, vel ab homine nulli reſervata.*

433 **S**uppono 1. Excommunicationem à jure eſſe illam,

quæ continetur in jure canonico, aut fertur per modum legis, aut ſtatuti generalis perpetui. Excommunication ab homine illa eſt, quæ à judice Eccleſiaſtico fertur per modum mândati, aut ſententiæ temporariæ. Suppono 2. non reſervari ab Epifcopis excommunicationes ab homine latis per ſententiã ſpecialem contra perſonam determinatam: nam hæc debent abſolvi ab ipſo Judice imponente, vel a ſucceſſore, vel ſuperiore, vel ab habẽte poteſtatẽ ab eisdẽ delegatã. Idẽ dicendum de excommunicationibus ab homine impositis per ſententiam generalem, ſi imponenti reſerventur. Per excommunicationem igitur ab homine ſolum reſervant Epifcopi excommunicationes ab homine latis per ſententiam generalem, quæ nulli reſervantur, & à quibus poſſet abſolvere quilibet confeſſarius, niſi eas Epifcopus reſervaret.

434 Dubium vero eſt, quid ſibi reſervent Epifcopi per *excommunicationem à jure latam nemini reſervatam*? Et ratio dubitandi oritur ex decreto S. Congreg. de mandato Clement. VIII. edito, ibi, *videant ipſi Ordinarij, ne illos caſus promiſcue reſervent, quibus annexa eſt excommunication maior à jure imposita, cujus abſolutio nemini reſervata ſit, niſi forte propter frequentiam, ſcandalum, aut aliam neceſſariam cauſam, aliqui hujusmodi caſus, nominatim reſervandi viderentur.* Ex hac declaratione videtur conſtare non poſſe Epif-

Episcopos (saltem licite) sibi reservare indiscriminatim omnes excommunicationes in jure communi latas nemini reservatas; sed ad plurimum aliquas, idque nominatim, & propter causas ibidem assignatas, nimirum frequentiam, scandalum, aut aliam necessariam. Et hoc docent, & optimis rationibus probant multi DD. apud *Nog. d. 18. à n. 199.*

435 Ipse vero à n. 203. docet 1. dictam reservationem Episcopalem indiscriminatim omnium excommunicationum à jure nemini reservatarum esse observandam; tum quia decretum S. Congreg. licet moneat Episcopos, non tamen prohibet, ne ipsi earum absolutionem sibi reservent. Tū quia non solum in pluribus Diocesis hujus Regni, sed etiam extra illud, dictæ excommunicationes defacto reservantur; & non est credibile id fieri illicitè, & absque juxta causa; maxime, cum hæc reservatio non fit in destructionem, sed in ædificationem animarum. Docet 2. Si in aliquibus constitutionibus non dicatur absolute *Excommunicatio nemini reservata*; Sub nomine excommunicationis maioris à jure, comprehendi excommunicationes latas in ipsis constitutionibus synodalibus, & non latas in jure communi, harum enim reservatio conformior, & convenientior erit, si fiat nominatim de aliquibus propter causas a S. Congreg. designatas.

§. 13. *Juramentum falsum in judicio, vel actis judicialibus, aut coram superiore competenti, nec non coram Rectore Universitatis.*

436 **N**on quodcunque juramentum falsum ab Episcopis reservatur, sed quod fit in judicio legitimo, vel in actis judicialibus, id est ad judiciū legitimum pertinētibus, sive seculare sit, sive Ecclesiasticum. Judicium vero legitimum illud est, quod fit à Judice competenti legitime procedenti. Nomine autem Judicis hīc intelligitur etiam ille, cujus est testes juridice interrogare. Tunc vero Judex legitime procedit, quādo servat juris, sive naturalis, aut Divini, sive canonici, aut civilis formā, & jurisdictionem habet expeditam ad testes interrogandos. Unde si Judex jurisdictione caret, vel illam habet impeditam, quia, v.g. est vitandus; vel procedit non servato juris ordine essentiali, vel substantiali; quia v.g. reum interrogat, non præcedente semiplena probatione delicti, vel indicij expressis, quæ semiplenam faciunt probationem, juramentum falsum coram illo, non erit reservatum.

437 Incurrit igitur reservationem hujus casus, qui in judicio, ut dictum est, competenti, vel in actibus ad illud spectantibus falsum jurat, vel negando veritatem, vel il-

lam celando, vel rem dubiam pro certa, aut certam pro dubia, nec non qui amphibologice jurat, aut cum restrictione pure mentali, non se conformando menti Judicis legitime interrogantis; quia usus restrictionis pure mentalis est damnatus, & qui illa jurando utitur, perjurium committit. Resolutionem intellige, etiam si quis falsum juret in materia levi; quia juramentum assertorium falsum non habet parvitatem materiæ.

438 Reservatum tamen non incurrit, 1. qui putat jurare verum, jurat tamen falsum; & si adhibuit sufficientem diligentiam ad veritatem indagandam, nec mortaliter peccabit; si autem inconsiderate agens parum de veritate indaganda curavit, nec sufficientem diligentiam adhibuit ex sua culpa gravi, peccabit quidem mortaliter, sed adhuc reservationem non incurrit. 2. qui putat se falso jurare, jurat tamen verum; quia licet mortaliter peccaverit peccato perjurij ex conscientia erronea, re ipsa verum juravit; reservatio autem (sicut & aliæ poenæ) non imponitur falsæ existimationi, sed rei veritati; & ad illam requiritur perjuriū formale simul, & materiale *Nog. d. 18. à n. 207.* De juramento falso coram Rectore Universitatis nihil addo, quia regulandum est juxta dicta de præstitis coram alijs Judicibus. Pro maiori explicatione hujus casus, vide inter propositiones damnatas ab Innoc. XI. in constit.

*Sanctissimus D.N.* propositiones 24. 25. 26. 27. & 28. & pro illarum brevi explicatione *Nog. d. 18. Sect. 18. §. 1. 2. & 3.*

§. 14.

*Decimæ non solutæ.*

§ **Q**uia non in omnibus Dicecesibus reservatur retentio decimarum in eadem quantitate, quæ in unaquaque requiritur, petendum est ex articulo sequenti, ubi de singulis agemus; Pro doctrina autem ad omnes spectante

439 Dico 1. Non habet casum reservatum 1. qui non peccavit mortaliter in retentione decimarum; si habeat propositum solvendi quamprimum potuerit. 2. qui, etsi peccaverit mortaliter in retentione, quando accedit ad confessionem, jam satisfecit, vel cum parte se composuit. 3. qui est impotens ad solvendum, vel se componendum cum parte. 4. qui habet primitias non solutas, etiam si excedant designatam quantitatem; quia reservatio exprimit tantum decimas; & cum decimæ sint diversæ à primitijs, reservatio, ut pote odiosa, & restrictiva jurisdictionis ordinariæ, ad primitias non est extendenda. 5. qui non retinet decimas accedentes ad quantitatem in reservatione assignatam. Unde hinc, si habeat juxtam causam differendi solutionem



tionem juxta regulas restitutionis est absolvendus, si proponat quamprimum solvere.

440 Quando autem Conc. Trid. *Sect. 25. cap. 12. de reform. ait ibi, Qui decimas subtrahunt, aut impediunt, excommunicentur, nec ab hoc crimine, nisi plena satisfactione secuta, absolvantur.* Et quando constitutiones Episcopales confessarijs sub excommunicatione ipso facto præcipiunt, ne absolvant etiam non accedentes ad summam reservatam, quin prius eos moneant, ut personam, cui debentur certiores faciant, vel debitum alio modo solvant; cum neque Trid. neque constitutiones eam minorem summam reservent, non tollunt à confessarijs potestatem absolvendi valide; imò & licet, si detur juxta causa diferendi restitutionem, neque tunc excommunicationem incurrant.

441 Dico 2. habet casum reservatum 1. qui retinet summam decimarum excedentem quantitatem reservatam, & cum possit, non restituit. 2. qui deducit expensas factas in colligendis fructibus, vel pascendis, & nutriendis animalibus, vel extrahit semen terræ mandatum, hoc enim mortuum est, & quidquid colligitur, fructus est, ex quo debetur decima pars; nullis detractis expensis pro agris colendis; sicut neque pro animalibus pascendis. Quia tamen probabile est ex decimis personalibus, v.g. ex venatione, vel piscatione

posse deduci expensas in illis factas; probabile etiam est non habere reservatum, qui ex decimis personalibus expensas deducat.

§. Tertio habet casum reservatum, qui retinet quantitatem assignatam in reservatione, si eam simul, & per modum unius retinuerit, si eam per minuta furta ad eam pervenerit; item si eam debeatur eidem, si eam diversis Ecclesijs. 4. qui retinet decimas excedentes assignatam quantitatem, ex eo, quod opprimatur gravi necessitate; quia non habet necessaria ad sui, & suorum congruam sustentationem. Ratio desumitur ex damnatione Pontificia Innoc. XI. hujus propositionis; *Permissum est furari, non solum in extrema necessitate, sed etiam in gravi;* Retinere autem decimas in gravi necessitate est furari; nam, ut bene *P. Vasq.* perinde est detinere rem alienam; & usurpare; est enim detentio usurpatio quædam continuata; imò usurpatio ideo est mala, quia ordinatur ad retentionem. Igitur ea tantum paupertas excusat à solutione decimarum, qua, si solverentur, perirent solventes, ut sæpius in Rota decisum est.

442 Nota deinde 1. Contra retinentes decimas nullam in jure communi inveniri excommunicationem ipso facto. De jure autem diocesano quid sit tenendum, petendum est ex constitutionibus cujusque Diocesis. Nota 2. reservationem

hujus casus videri Episcopis prohibitam in decreto S. Congreg. de mandato Clem. VIII. ibi, *Neque casus, in quibus absolutio, nisi cum restitutione, vel executione eorum, ad quæ poenitentes tenentur, non confertur.* Absolutio autem decimas retinentibus nõ confertur, nisi prius solvantur. Quia tamen de facto ab Ordinarijs reservatur, reservatio tenet, & pro illius valore stat probabilior sententia pro quo vide etiam dicta n. 435. *Nog. d. 18. à n. 250. ad 275.*

§. 15. *Retinere bona aliena, quorum dominus ignoratur.*

443 **E** Tiam in hoc casu diversa quantitas assignatur pro diversitate Episcopatum, ut quis reservationem incurrat, ut ex dicendis constabit, cum de singulis sermo erit. Pro universali vero ad omnes Episcopatus doctrina Suppono 1. non hic reservari retentionem bonorum, quæ per furta, usuras, diminuta pondera, contractus illicitos, aut aliunde injuste acquiruntur, ut ipsa docet praxis, ex qua suppono 2. solum reservari retentionem bonorum, quæ inveniuntur, & quorum domini ignorantur.

444 Suppono 3. bona inventa esse in quadruplici differentia. 1.

quæ nunquam habuere dominum, ut gemmæ in mari, ambarum, & similia in littore inventa. 2. quæ aliquando habuere dominum, at per longum tempus eum jam non habent, ut thesaurus in terra, vel parietibus absconditus. 3. rerum animatarum, ut oves, boves, & alia animalia mansueta, quorum dominus de præfenti reperiri nequit. 4. rerum inanimatarum, quæ ex circumstantijs creduntur habere dominum de præfenti, sed, facta diligentia, non reperitur. Suppono 4. non reservari retentionem bonorum primæ speciei; quia sunt inventeris. Nec etiam procedit de bonis secundæ speciei; quia etiam thesaurus pertinet ad inventorem, & dominum, in cujus agro, vel domo fuit inventus. Vide *Ordin. Regn. lib. 2. tit. 26. §. 16. & 17.* Nec etiam procedit de inventis tertiæ speciei; quia hæc habent dominum, nimirum Regem, & sunt tradenda publicano, vulgò *Rendeiro do vento, ou invento Ordin. Regn. lib. 3. tit. 94.*

445 Solum ergo restat, ut de inventis quartæ speciei procedat præfens reservatio, ad cujus intelligentiam Notabis 1. circa hujusmodi bona casu inventa duplicem dari sententiam. 1. docet, si post debitam diligentiam dominus inveniri non possit, debere in pauperes, aut alia pia opera expendi, quia hæc videtur rationabilis voluntas

tas domini; & quia sic communi consuetudine receptum est.

446 Secunda sententia docet, posse inventorem ea bona sibi retinere, cum intentione ea domino reddendi, si comparuerit; pro hac sententia citat *Nog. d. 18 n. 289.* plusquam 20 DD; qui illam lequuntur, aut valde probabilem dicunt. Præcipuum illius fundamentum est; quia nec jure naturali, nec positivo tenetur inventor ea bona distribuere pauperibus, aut pijs locis; ergo potest ea sibi retinere cum animo tradendi domino comparenti; cujus hæc præsumitur voluntas; quia unusquisque præsumitur velle, quod sibi est commodius; domino autem commodius est, quod inventor dicta bona retineat cum onere ea tradendi, quam ut in pauperes, aut pia loca distribuatur, nulla amplius remanente spe ea recuperandi.

447 De his duabus sententijs inquit *Nog.* primam esse communem, & tutiorem; quia hæc videtur esse consuetudo fidelium, ut res inventæ post debitam diligentiam pauperibus distribuantur; & sic Pontifices illam confirmant, applicando ea bona in Castella Ordinibus S. S. Trinitatis, aut B. Mariæ de Mercede: ita in Portugallia Ordinarij sequentes dictam sententiam, ea bona mandant, per de-

signatos in suis Dioccesibus, pauperibus, & pijs operibus applicentur: Et sicut Pontifices sub pœna excommunicationis in Castella jubent ea bona applicari determinatis pijs operibus; ita etiam Ordinarij in hoc regno id præcipere possunt sub eadem pœna, aut indeterminate applicari pauperibus, vel alijs pijs operibus. Quomodo autem, & per quas personas ea bona in singulis Dioccesibus distribuenda sint, inferius in unaquaque dicitur.

448 Adhuc tamen stando in hac sententia, notabis 1. posse Episcopos præcipere Confessarijs ab ipsis non exemptis sub pœna excommunicationis, aut alia, ut de dictis bonis non disponant, sed dispositionem remittant ipsis, quos Episcopi designant; non tamen id possunt præcipere Regularibus exemptis, ut ex *Mol. Pelliz. Bordon. Navar. Graff. & alijs* docet *Nog. d. 18 n. 286.* Et ratio est, quia præscriptio modi restituendi non est peccatum, aut censura, quæ possint reservari ab Episcopis: Regulares autem solum prohibentur absolvere à peccatis, & censuris Episcopo reservatis; ab alijs vero Episcopalibus præceptis omnino sunt exempti.

449 Notabis 2. posse pœnitentes evadere reservationem 1. si facta

Etā diligentia pro inveniēdo inventorum domino, & non invento, se per Bullam componant, juxta inferius dicenda. Cap. 27. n. 644. & 709. 2. si non peccarunt mortaliter in acceptione, vel retentione; quia semper habuerunt animum rem inventam vero domino restituendi, & illo non comparente, pauperibus, post debitam diligentiam adhibitam. 3. si inventor sit pauper, & sibi jam applicavit rem inventam. Idem dicendum, de quocunque alio, qui propria auctoritate pauperibus, aut pijs locis rem inventam ante confessionem restituit, idque quanvis antecedenter peccaverit mortaliter retinendo, vel consumendo; cum enim reservatio solum sit, ut inventores adducantur ad restituendum, facta jam restitutione, cessat reservatio, ut communiter dicitur de reservatione decimarum.

450 Quæres igitur, quando incurratur reservatio hujus casus? & stando in prima sententia adducta n. 445 incurri ab inventore, qui potens restituere pauperibus, aut pijs operibus, ante confessionem non restituit: Unde hic, etiam si in ipsa confessione habeat propositum restituendi, absolvendus non est sine auctoritate Episcopi, vel privilegio Bullæ, aut simili. Dixi potens restituere;

quia si ex causa eum excusante à peccato mortali non restituit, ex sæpe dictis constat reservationem non incurrere. Addit *Rebel.* nec dissentit *Mol.* renuente inventore, qui peccavit mortaliter, tradere inventa illis, quibus ab Episcopo tradi præcipitur, posse admitti à confessario, ut facta diligentia distribuatur pauperibus, & post factam distributionem, poterit eum absolvere; quod ego maxime verum puto, si confessarius sit Regularis propter dicta n. 448.

451 De secunda sententia adducta n. 446. ait *Nog. d. 18. n. 294.* eam esse probabilem; habet enim graves Patronos, & efficacibus fundatur rationibus. Nec, inquit n. 292. Pontificum decreta (de quibus n. 447) ea bona dictis fratribus applicantium, & excommunicationes, ac dispositiones Ordinariorum primam opinionem ut certam statuunt, vel definiunt; sed eam sequentes, ut probabilem, vel forte ipsis ut certiozem, ea privilegia concesserunt, & contra illos, qui eam sequuntur, eas pœnas decreverunt; quæ tamen ab illis, qui hanc 2. sententiam sequuntur, non incurruntur; quanvis ea bona, nec manifestent, nec tradant illis, quibus præcipitur; quia juxta opinionem probabilem operantur. Igitur stando in hac sententia, tunc

tunc reservatio incurritur, quando inventor, cum pauper non sit, ut sibi applicet bona inventa, ea retinet animo non tradendi domino, si compareat.

§. 16.

*Matrimonia clandestina*

452 **D**Uplex est matrimonium clandestinum. 1. quod celebratur sine testibus, aut sine Parocho, aliove Sacerdote de licentia Parochi; & hoc est nullum. 2. quod celebratur coram Parocho, & testibus, at sine cōsuetis denūtiationibus, & hoc est validum. Dico 1. Probabile est matrimonium 1. modo celebratum non esse reservatum; sed probabilius est oppositum. Ratio 1. partis est, quia reservatio imponitur matrimonio clandestino; talis vero actus non est matrimonium. Ratio 2. partis est, quia quando pœna imponitur alicui actui, pœna incurritur, tametsi actus non valeat; & quod atinet ad præsentem casum videtur constare ex *Trid. sess. 24. c. 1. de Reformat. matrim.*

453 Dico 2. Matrimonium 2. modo est reservatum, quia hoc à *P. Sanch.* & alijs vocatur clandestinum, quod in præsentem reservatur. Probabile tamen est non reservari, si unica tantum denuntiatio omittatur, quan-

do est moraliter certum nullum dari impedimentum. Dico 3. si matrimonium, præmissis denuntiationibus cōtrahatur domi, vel inter Missarum solemniam, coram Parocho, & testibus, non tamen habita Prælati licentia, non incurritur reservatio; quia matrimonium sic celebratum non est clandestinum. Dico 4. Parochus, & testes matrimonio assistentes, si non exprimentur in reservatione, eam non incurrun; maxime vero in Dioccesibus, in quibus exprimentur dummodo data opera, & scienter assistant. *Nog. d. 18. à n. 295.*

§. 17.

*Ordinari sine patrimonio, pensione, vel Beneficio, aut per saltum, vel sine dimissorijs, aut furtive, aut ante legitimum ætatem.*

454 **D**ico 1. probabilius est reservationem incurere, qui ordinatur cum patrimonio, aut pensione, vel Beneficio ficto, aut cum patrimonio facto sub pacto, & conditione dimittendi illud facienti post ordines susceptos; quia ordinari cum prædicto patrimonio, vel simili modo ficto, est ordinari sine patrimonio ad illudendas leges Ecclesiæ; quod enim est fictum re ipsa non est. *Nog. d. 18. à n. 305.* contra alios probabiliter asserentes, nec reservationē,

S

nec

nec suspensionem incurrere sic promotum. In Diocesisibus autem, in quibus lata sit excommunicatio ipso facto contra promotos cum patrimonio ficto, aliam reservationem incurret, de qua §. 12. à n. 433. An vero post ordines susceptos teneatur ordinatus restituere patrimonium eo pacto factum? Negant aliqui, idque in poenam donantis. Affirmat *Sanct.* & alij apud *Nog. n. 312.*

455 Dico 2. Reservationem incurrit 1. ordinatus per saltum, id est, qui assumit ordinem superiorem ante inferiorem, v. g. Diaconatū ante Subdiaconatum; & etiam qui suscipit Subdiaconatum, non susceptis minoribus ordinibus, quidquid in oppositum sentiat cum alijs *Diana. 2.* ordinatus sine dimissorijs, aut falsis, quæ veræ dimissoriæ non sunt; & hoc idē valet, ac ordinari cum licentia falsa. 3. ordinatus furtive, id est, qui furtive se ingerit ad ordines, etiam minores, quando ab Episcopo celebrantur, quasi esset unus ex legitime approbatis ad illos suscipiendos; & sic, nesciente, & nolente, nec approbante Episcopo, ordines suscipit. Reservationē tamen hanc non incurrit, qui furtive, aut sine dimissorijs suscipit primam tonsuram, quia hæc ordo non est. Nota deinde in dictis casibus sic promotum ultra reservationem incurrere suspensionem, & si ante dispensationem illius ministraverit in ordine sacro sic suscepto, aut per saltum præ-

termisso, irregularitatem contraxit. *Nog. d. 18. à n. 313.*

456 Dico 3. Reservationem incurrit, qui scienter, aut cum ignorantia crassa promovetur ad ordines sacros ante legitimam ætatem. Idem dicendum de eo, qui dubitavit, & diligentiam non adhibuit. An vero in casu dubij, aut ignorantie crassæ incurrat suspensionem? Probabilius negandum, quia ad hanc requiritur præsumptio, dolus, & contumacia, quæ tunc non dantur; ad reservationem vero sufficit peccatum mortale; quod in dictis casibus re vera datur. Qui vero ante ætatem bona fide suscepit sacros ordines, reservatum non habet; quia bona fides eum à peccato liberat. Et si postea, adveniente mala fide, celebret, peccabit quidem mortaliter, sed reservationem non incurret; quia hæc non imponitur celebranti ante ætatem, sed ordinis suscipienti; similiter irregularitatem non incurret, quia celebrando non violavit suspensionem, quam propter bonam fidem non incurrerat. *Nog. d. 18. à n. 385.*

§. 18.

*Facere scripturam falsam, falsificare factam, illis uti.*

457 **N**otanda sunt verba reservationis; quia si utantur dictione copulativa *Et* v. g. *facere scripturam falsam, & illa uti*, non reservatur unum sine altero; si vero utan-

utantur dictione disjunctiva *Vel*, aut simili, v.g. *falsificare scripturam, vel illa uti*; utrunque per se erit reservatum, nimirum & falsificare, & falsificata uti, si interveniat peccatum mortale, ut plerumque intervenit.

§ Nota deinde 1. reservationem procedere de usu, & falsitate scripturæ publicæ, quale est instrumentum à publico notario factum, vel subscriptum auctoritate Magistratus sæcularis, vel Ecclesiastici. Unde reservationem non incurrit, qui falsificat scripturam aliquam privatam, v.g. *syngrapham, vel chirographum*. Nota 2. non incurrere hanc reservationem mandantes, aut consulentes facere scripturam falsam, aut illa in suum commodum uti, quidquid in oppositum doceat *Abreu.* Ratio est læpius inculcata, quod nimirum reservatio sit odiosa, ut pote restrictiva jurisdictionis, ac proinde non est extendenda. *Nog.d. 18. à n. 321.* ubi per scripturam falsam intelligit illam etiam, in qua transcribitur vera scriptura (quia fuit deperdita ab aliquo notario) si id fiat sine auctoritate Magistratus. Intelligit etiam dimissiones falsas, ita ut reservationem hanc incurrant, qui illas faciunt, aut falsificant falsificato superioris sigillo. Videatur etiam *d. 16. f. 9. & 10.* ubi de falsificantibus litteras Apostolicas, & nos supra à n. 349.

§. 19. *Revelatio sigilli sacramentalis à Sacerdote facta.*

458 **S**olum reservatur violatio sigilli facta à Confessario; est autem sigillum confessionis obligatio occultandi peccata in confessione audita à Confessario; hæc vero obligatio parvitatem materiæ non admittit; nec ullus est casus excogitabilis, in quo liceat frangere sigillum. Unde reservationem incurrit Confessarius, qui minimum veniale in confessione auditum revelet, etiam pro vitâ, aut fide totius orbis tuenda, vel conservanda.

459 Similiter violat sigillum, & reservatum committit 1. Confessarius, qui de persona determinata dicit sibi fuisse confessam, sed illam non absolvisse, quia sic loquendo manifestat fuisse indispositam. 2. Confessarius, qui aliter nequit suum peccatum in confessione explicare, quin peccatum pœnitentis revelet; quia sigillum longe maioris momenti est, quam integritas materialis confessionis. 3. Sacerdos, qui non habens jurisdictionem ad audiendas confessiones fregit sigillum illius, qui ei bona fide confessus fuit, quia onus sigilli impositum est in favorem sacramenti, & pœnitentis; atque adeo ad omnem confessionem Sacerdoti bona fide factam extendendum est; deinde Constitutiones Vlyssipponenses, tum violationem si-

gillum reservant, loquuntur de peccato Sacerdotis, & non tantum Confessarij.

460 Reservationem vero non incurrit 1. Confessarius, cui aliquid extra confessionem manifestatum est; si illud manifestet, etiam si delictum suum aperiens sub signo Crucis dicat *hoc tibi dico in confessione*, & sigillum commendet, quia hic non dabitur confessio sacramentalis, peccabit tamen Confessarius contra secretum naturale, quod observare tenebatur. 2. Confessarius, qui non petita licentia loquitur cum poenitente extra confessionem de auditis in illa; quanvis enim probabilius sit id non licere, quia tamen *Sanch. Vasq.* & alij probabiliter docent, id non esse peccatum mortale, neque sigilli violationem, si fiat ex justa causa v.g. ad juvandum poenitentem; probabile etiam est non dari reservatum. 3. probabiliter reservationem non incurrit Confessarius, qui aliunde, quæsito colore, fugit ab insidijs, quas sibi parari novit ex confessione; & idem dictum habes de similibus, in quibus Confessarius peccatum alicujus non manifestat; sed simulat aliquid facere, vel omittere, ex quo aliqui sumunt occasionem suspicandi aliquod peccatum confessum. Contraria tamen *Navar. M. Suar. Vasq. & Lug.* sententia est probabilior. *Nog. d. 18. à n. 324.*

*Illig*

§. 20.  
*Solicitatio in confessione, vel occasione illius.*

461 **S**olicitatio est provocare ad res carnales, & venereis actibus, verbis, nutibus, aut alijs signis amatorijs; sive persona sollicitata sit foemina, sive masculus. Per sollicitationem vero in confessione factam intelligitur, quæ fit intra sacramentum poenitentiae. Per verba autem *vel occasione illius* aliqui probabiliter intelligunt sollicitationem à Confessario factam post viginti quatuor horas, aut aliud longum tempus à confessione audita, si tunc fiat occasione eorum, quæ in confessione audita sunt, etiam si fiat extra locum confessionis, & absque illius simulatione *Abr. de Parocholib. 10. n. 391.*

462 Nihilominus *Nog. d. 18. à n. 335.* ut probabile docet dicta verba *Occasione illius*, debere intelligi de occasione confessionis, de qua loquuntur diplomata Pontificia contra sollicitantes, quod satis exprimunt Constitutiones Ulyssipponenses, dum dicunt, *Solicitatio in confessione, vel occasione illius, cujus cognitio private pertinet ad S. Officium.* Non est igitur extendenda reservatio ad sollicitationem factam post longum tempus à confessione extra locum, & absque simulatione illius; sed solù reservatur illa, quæ fiat, ut habetur in  
Bulla



Bulla Greg. XV. ibi, *In actu confessionis, vel ante, vel post immediate, seu occasione, vel prætextu confessionis etiam ipsa confessione non secuta, sive extra occasionem confessionis, in confessionario, aut in loco quocunque, ubi confessiones sacramentales audiuntur, seu ad confessionem audiendam electo, simulantes ibidem confessiones audire, &c.* quia hæc tantum sollicitationes privative pertinent ad S. Officium.

463 Nota deinde 1. solum hic reservari sollicitationem factam à Confessario; quia solus Confessarius absolute dicitur sollicitare pœnitentes, & contra illum procedunt diplomata Pontificia, unde non reservatur sollicitatio, qua pœnitens forte Confessarium sollicitet, aut cum illo sollicitante consentiat. Ita *Abreu*, qui etiam docet non reservari sollicitationem factam ab illo, qui se finxit Confessorem, cum talis non esset, & ibi sollicitavit. Nota 2. reservationem incurrere Confessarium, qui in confessione tribuit pœnitenti chartam postea legendam, in qua ad turpia sollicitabat; & contrarium damnatum fuit ab Alex. VII. in hac propositione: *Confessarius, qui in sacramentali confessione tribuit pœnitenti chartam postea legendam, in qua ad venerem invitatur, non censetur sollicitare in confessione, ac proinde non est denunciandus.* *Nog. d. 18. à n. 341.*

## §. 21.

*Copula inter sponfos ante contractum matrimonium, & inter conjuges ante benedictiones.*

464 **V**T copula sive inter sponfos, sive inter conjuges, sit reservata, debet esse consummata, & non reservantur quicumque alij tactus impudici. Notanda autem sunt verba reservationis; nam in Constitutionibus Conimbricensibus dicitur *Copula cum sponsa post sponsalia jurata*, atque adeo, si sponsalia vera, & jurata non sunt, reservatio non incurritur. In Constitutionibus autem Lerenensibus dicitur *Peccatum eorum, qui ante celebratum matrimonium in facie Ecclesie sponfas carnaliter cognoscunt*; & juxta hunc modum loquendi, reservationem incurrunt, qui sponfas per copulam cognoscunt, etiã si sponsalia jurata non fuerint, dummodo vera sponsalia fuerint, ad quod non requiritur juramentum. Nota deinde hic non reservari peccatum sponsæ carnaliter cognitæ, sed solius sponsi, ut ex tenore verborum manifeste coligitur. Copula vero inter conjuges ante benedictiones, vel nunquam fuit reservata, cum sit peccatum tantum veniale, & juxta *Sanch.* nec veniale, vel si reservata fuit, jam sublata est reservatio. *Nog. d. 18. n. 376. & 483.*

## §. 22.

*Commutatio votorum.*

465 **P**er votorum cōmutati-  
onem non reservatur a-  
liquod peccatum, neque à Confessa-  
rijs aliqua potestas aufertur; sed solum  
declaratur non posse illos commutare  
vota ex vi potestatis ad absolvendum  
à peccatis; ad vota enim commutanda  
alia requiritur jurisdictio, ut constabit  
ex dicēdis cap. 21. Unde possunt Cō-  
fessarij absolvere à peccatis commissis  
contra omnia vota, & Papæ reserva-  
ta, si talia peccata aliàs reservata non  
fuerint, non tamen votum aliquod  
commutare. *Nog. d. 18. n. 354.*

## §. 23.

*Testimonium falsum in actibus.*

466 **T**estimonium falsum in  
actibus, ut sit reservatū  
debet esse in damnum tertij, quia fal-  
sitas, quæ in alicujus damnū, aut gra-  
tiam non committitur, non punitur  
pœna ordinaria falsarij. Et hoc datur  
discrimen inter dictum testimoniū, &  
juramentum falsum in actibus, vel in  
judicio, de quo §. 14. à n. 436. Per  
damnum vero tertij intelligitur, quod  
ex justitia debebatur parti læsæ, & nō  
pœnæ, quæ alicui erant applicandæ,  
& quibus privatus est ob testimoniū  
falsum; quia hæ non debētur, nisi post  
latam sententiam. Deinde ut sit re-

servatum dictū testimoniū debet esse  
juramento firmatum; quia in actibus,  
& in judicio sine juramēto non proceditur;  
& tunc comprehenditur etiam  
sub reservatione juramenti falsi in a-  
ctibus, quod ex dictis §. 14. reservatū  
est, quanvis sit in materia levi, & abs-  
que damno tertij. Siquis autem in a-  
ctibus absque juramento testimoniū  
falsum proferat, reservatum non in-  
curret. *Nog. d. 18. à n. 357.*

## §. 24.

*Simonia*

467 **S**imonia est sacrilegium  
consistēs in studiola vo-  
luntate emendi, vendendi, seu cōmu-  
tandi rem sacram, seu spiritualem, vel  
spirituali annexam pro temporali, ut  
pretio. Dividitur Simonia in Mentalem,  
Conventionalem, & Realem. Mentalis est  
quando nullo præcedente pacto externo,  
datur spirituale animo, ut temporale donetur;  
vel è contra. Vocatur autem mentalis, nō  
quia in actum externum non prodeat, sed  
quia hic animus non declaratur. Con-  
ventionalis est, quæ Mentali superad-  
dit conventionem externam, sive pa-  
ctum; ad hanc reducitur confidentialis,  
scilicet, collatio, vel resignatio, vel  
electio, vel præsentatio beneficiorum  
eo pacto, ut ipsa beneficia, vel ipsorū  
fructus restituantur, vel reserventur  
ipsi resignanti, conferenti, elegenti,  
vel præsentanti, vel alteri juxta ipsi-  
us

us electionem. Hæc conventionalis talis dicitur dum ex nulla parte, vel ex una tantum parte completur conventio: si vero ex utraque parte completur conventio dicitur Realis, quæ est tertia species simoniæ.

568 Quo ad reservationem dico 1. Non reservatur hic simonia confidentialis, neque conventionalis, & realis commissæ in ingressu Religionis, ordine, aut beneficio, quia omnes hæc reservantur Papæ cum excómunicatione. Dicitur etiam potest, ut in simili n. 405. & 432. (& quidem probabiliter cum *Abreu*, licet contrarium sit probabilius) reservari Episcopo simonias aliunde reservatas Pontifici, si committantur cum ignorantia censuræ, quia tunc non reservantur Pontifici.

§ Dico 2. Hic reservatur Episcopo simoniæ conventionalis, & realis si committatur in alijs materijs præter tres dictas ingressus Religionis, Ordinis, & beneficiorum; quia commissæ in alijs materijs non reservantur Papæ. Dico 3. simonia mentalis etiam reservatur in præsentia, quia vere est simonia, & Papæ non reservatur. Nota tamen probabilius esse non committere simoniam, nec proinde reservatum, qui promittit rem temporalem pro spiritali animo non implendi. Secus dicendum de eo, qui ex animo promissit temporale pro spiritali, licet postea promissis non steterit; hic enim peccatum simoniæ reservatum com-

missit propter studiosam voluntatem emendi rem spiritualem pro temporali. *Nog. d. 18. à n. 454. ad 476.*

§. 25.

*Sepelire excommunicatum in loco sacro.*

469 **P**Ro pleniori hujus casus intelligentia vide superius dicta à n. 175. Ex quibus satis constat reservationem solum comprehendere sepelientes in loco sacro excommunicatum non toleratum, & vitandum; toleratus enim licite sepeliri potest in loco sacro. *Nog. d. 8. à n. 52.* Dubium vero, quod apud *Nog.* non excitatur, esse potest, An reservatio sistat in solo proprijs manibus sepeliente non toleratum, an etiam extendatur ad omnes illos, qui sua auctoritate, potentia, vel imperio faciunt talem excommunicatum in loco sacro sepelire? Extendendum esse affirmat *Abreu*; quia tales personæ in rigore juris sepelire dicuntur; & illas comprehendunt Canones statuentes censuram contra sepelientes dictum excommunicatum in loco sacro: ergo etiam incurrent reservationem, quæ non est magis, imo minus odiosa, quam poena censuræ.



§. 26.

Qui non sunt confessi annis præteritis.

470 **V**T reservatio incurrat necesse est quod factem per duos annos poenitens non fuerit confessus, id enim indicant verba *Annis præteritis* in plurali. Habet autem casum reservatum 1. qui licet duobus annis elapsis fuerit confessus; in illis tamen fecit confessionem voluntarie nullam, per quam non satisficit Ecclesiæ præcepto; contrarium enim ab Alex. VII. damnatum fuit in hac propositione: *Qui facit confessionem voluntarie nullam satisficit præcepto Ecclesiæ.* 2. habent reservatum impuberes, quales sunt masculi ante 14, & foeminae ante 12. annum, si per aliquos annos post discretionem habentes conscientiam peccati mortalis non confiteantur. Reservatum tamen non habent 1. qui ideo omiserunt confessionem, quia peccatum mortale non habebant. 2. qui præteritis annis tēpore quadragesimæ fecit confessionem validam; sed informem; per hanc enim satisfieri præcepto docēt plures DD. *Nog. d. 18. à n. 398.*

§. 27.  
*Homo Uxoratus habens concubinam.*

471 **H**ic reservatur concubinitus solius hominis uxorati; si ergo uxorem non habeat,

non reservatur. Reservatur tamen si ve concubina sit etiam uxorata, si ve non; si ve domi, si ve extra illam habeat; quia concubina non à cohabitatione in eadem domo, sed à concubitu dicitur: ergo cum quacumque muliere, etiam extra domū, uxoratus habeat consuetudinem peccandi carnaliter, reservationem incurret. Nota deinde 1. non comprehendi sub hac reservatione ipsam concubinam; quia solū reservatur concubinitus hominis uxorati. Nota 2. etiam non comprehendi uxoratum, qui semel, & iterum habeat carnale commercium cum muliere aliena; quia id non sufficit ad concubinitum, sed requiritur, quod ex consuetudine, vel habitu frequenter ad illam accedat. *Nog. d. 18. à n. 408.* ubi plura adducit scitu digna pro absolutione danda, vel neganda concubinarijs, & alijs, qui sunt in occasione proxima peccandi.

§. 28.  
*Concubinitus, qui duravit per tres annos, aut ultra.*

472 **I**N præsentī casu plura reservatur, quam in antecedenti; hic enim reservatur concubinitus, nō cū limitatione *hominis uxorati*, sed absolute. Quare cū concubinitus pos-

possit dari inter conjugatos, solutos, ordine sacro initiatos &c. omnes hæ species hic reservantur, si per triennium, & amplius durent. *Nog. d. 18. n. 524.*

## §. 29.

*Habere bona aliena, quæ excedant valorem 300. regalium Lusitanorum.*

473 **I**N hoc casu, qui est Diœcesis Mirandensis, existimat *Nog.* non reservari retentionem bonorum inventorum, quorum dominus ignoratur, de quorum reservatione diximus § 15 à n. 443. Existimat igitur probabilissimum, quod asserit *Abreu*, nimirum hîc solum reservari retentionem bonorum, quæ dominis cognitis subnegantur, quasi non debita, vel quia creditores non habent, unde debitum probent; vel quia debitores volunt infringere probationes, vel quia fingunt se jam solvisse. Unde non videtur habere hunc casum, qui non solvit debitum, cujus forte Dominus obliviscitur; quia iste non subnegat debitum, nec dicit se non debere coram iudice, aut ipso debitore. *Nog. d. 18. à n. 435. & apud iptum Abreu.*

## §. 30.

*Recipere, vel dare pretium pro confessione.*

474 **C**omprehendit hæc reservatio tam confessarium

accipientem, quam pœnitentem dantem; ut tamen incuratur debet pretium dari, aut recipi pro ipsa confessione, vel labore in illa suscepto; & non sufficit, quod accipiatur, vel detur ex liberalitate, aut eleemosyna. Addo etiam incurri reservationem, si pretium, id est, pecunia, vel æquivalens detur, vel recipiatur extra confessionem, dummodo detur, aut recipiatur pro illa, aut jam facta, aut facienda, ut constabit ex verbis reservationis in Ecclesia, vel extra illam, licet *Abreu* hoc ultimum neget. *Nog. d. 18. à n. 490.*

## §. 31.

*Celebratio Missæ illius, qui ordinatus fuit cum dimissorijs falsis.*

475 **N**on reservatur hic peccatum illius, qui ordinatus fuit cum demissorijs falsis, de quo egimus §. 17. n. 455. sed reservatur peccatum commissum à sic ordinato celebrando Missam ante obtentam absolutionem à suspensione, quam incurrit ordinatus cū dimissorijs falsis. Et tot peccata reservata committit, quot Missas celebrat. Verum si ita ordinatus obtinuit absolutionem suspensionis, vel ab Episcopo, vel ab alio habente facultatem per Bullam, aut aliud privilegium, potest celebrare sine peccato, & consequenter reservationem non incurrit. *Nog. d. 18. n. 498.*

T

§. 32.

§. 32.  
*Peccatum Sacerdotis habens annexam  
 irregularitatem.*

476 **N**on reservatur hic quodcumque peccatum annexum habens irregularitatem, sed tantum sacerdotis. Peccatum vero, cui annexa est irregularitas, committit Sacerdos. 1. Si excommunicatus, suspensus, vel interdictus exercet aliquem actum ordinis maioris, quales sunt baptizare solemniter, audire confessiones, administrare sacramenta. 2. juxta aliquos, si exerceat solemniter actum ordinis minoris, quod alij probabiliter negant, juxta quos reservationem non incurrit. 3. Si in choro tanquam hebdomadarius officiat canendo capitulum, & orationem cum *Dominus vobiscum*, secus dicendum, si hæc fiant à censurato extra chorum, dum privatim recitat horas Canonicas; quia probabilius est tunc non incurrere irregularitatem, nec peccare mortaliter.

477 Qui exercet actum ordinis probabiliter existimans se non esse censuratum, non incurrit irregularitatem. Aliter dicendum, si exerceat cum dubio, aut ignorantia affectata censuræ; nam tunc peccat mortaliter, & irregularitatem incurrit, si postea deprehendatur re ipsa fuisse censuratum. Incurrit etiam irregularitatem, qui scienter rebaptizat so-

lemniter, vel ut minister assistit tali Baptismo. Idem dicendum de eo, qui vel publice, vel occulte rebaptizatur *Nog. d. 18. à n. 499.*

§. 33.

*Dispensatio in votis, aut juramentis  
 absque potestate.*

478 **C**irca hunc casum idem omnino docet *Nog. d. 18. n. 503.* quod supra diximus de commutatione votorum *n. 465.* videant tamen confessarij [ si aliunde non constet de voluntate Prælati reservatis ] an ex usu, & praxi suæ Diocesis constet reservari peccatum grave, quod committit confessarius, qui non habens ad id potestatem legitimam, vel per Cruciatam, vel per aliud privilegium, dispensat in votis, aut juramentis.

§. 34.

*Extrahere à loco sacro illum, qui ejus  
 immunitate gaudet.*

479 **H**oc est unum ex sacrilegijs reservatis, de quibus §. 10. & præsertim *n. 425.* Et satis reservatum censetur per generalem reservationem sacrilegij. Licet majoris explicationis gratia in Diocesi Bayensi ponatur separatim post reservationem sacrilegij.

§. 35.

## §. 35.

*Cohabitatio ante denuntiationes.*

480 **A**Liquando contrahitur matrimonio in facie Ecclesie per verba de presenti, quin præmittantur denuntiationes dispensante, seu potius eas differente Episcopo ex iuxta causa; & quia peccatum mortale est consummare matrimonium sic contractum ante denuntiationes (quæ, ut suppono fuerunt dilatae ad tempus, & non remissæ) hæc matrimonij consummatio, & cohabitatio contrahentium hic reservatur. Nota tamen probabile esse non peccare mortaliter sic contrahentes, si consumment ante denuntiationes, quando ipsis certo constet nullum subesse impedimentum, & reservationem non incurrunt juxta hanc sententiam, quam non sequitur, probabilem tamen fatetur. *Nog. d. 18. à n. 506.*

## §. 36.

*Invasio Indorum.*

481 **C**asus hic in Dicecesibus ultramarinis tunc datur, quando aliquis, vel aliqui invadunt Indos commorantes in suis pagis, vel occupationibus, & illos capiunt, ut fiant servi, vel ob alium finem injustum. Et si de facto Indi sive baptizati, sive non, capti, vel detenti sunt,

incurritur reservatio; tametsi postea finis intentus aliqua de causa impediatur. *Nog. d. 18. n. 507.*

## §. 37.

*Cognitio carnalis mulieris paganae, vel hominis similiter pagani.*

482 **C**omprehendit hic casus tam carnalem cognitionem hominis Christiani cum muliere pagana, quam mulieris Christianæ cum homine pagano. Incurritur autem reservatio, sive dicas (ut est probabilius) hoc peccatum specie differre propter disparem cultum; sive non differre specie, ut est probabile, contendas. Non tamen comprehendit reservatio congressum hominis catholici cum muliere baptizata, quavis hæretica, aut schismatica; neque è contra.

## §. 38.

*Venditio, vel emptio Indorum liberorum.*

483 **R**eservationem hujus casus incurrunt, qui miseros Indos, quos Deus, & natura liberos fecit, per summam injuriam, & injustitiam contra leges divinas, & humanas aut vendunt, aut emunt tanquam servos, & mancipia; nisi inculpabilis ignorantia, qua credunt eos, quos vendunt, aut emunt esse vere servos, eos à peccato excuset. Et præterea contra dictos vendentes, & ementes, præ-

ter repetitas Regum nostrorum prohibitiones, stat pœna excômmunicatio- nis ipso factô incurrenda, & Romano Pontifici reservata, lata à Paulo III. *Nog. d. 18. n. 511.*

## §. 39.

*Idolatria, & quilibet ritus gentilicus.*

484 **I**dolatriæ peccatum, quod hic reservatur, consistit in actione, qua Dei cultus tribuitur creaturæ, illam ut Deum honorando; & si sit cum errore intellectus, quo putetur creatura illa esse Deus, subjecta est censuris Bullæ cœnæ, & reservata Summo Pontifici in 1. Canone; sicut etiam error illorum, qui relicta vera fide, quam semel professi sunt per baptismum, ex animo revertuntur ad idolorum cultum, & ritus gentilicos per apostasiam. Quare ab Episcopo hic solum reservatur idolatria, & ritus gentilicus, quæ fiunt sine ullo errore intellectus contra fidem; sed v.g. ex consuetudine, vel ut morem gerat idolatris, cum quibus degit. *Nog. d. 118. n. 516.*

## §. 40.

*Vendere servos mutos, aut surdos, vel alios infirmitatibus occultis affectos, eas malitiose celando Emptores.*

485 **R**eservationem hujus casus incurrunt, qui servos vendunt tanquam sanos, vel fingendo non esse affectos dictis vitijs, vel ea tacendo malitiose, & cû injustitia, tenetur-

que venditionem rescindere, aut revalidare; de quo videndi sunt DD. in materia de Empt. & Vendit. Quod si emptor attēdat ad dicta vitia, & nihilominus servos emat à reservatione liberabitur venditor. *Nog. d. 18. à n. 519.*

## §. 41.

*Retinere apud se servos fugitivos, vel à dominis suis aberrantes, illosve furari.*

486 **T**ria in hoc casu reservantur, quæ sunt adeo clara ut maiori explicatione non indigeant. Nota tamen, quod si constet illos vere esse servos, Domini vero vel sint absentes, vel ignorentur, nullum erit peccatum eos retinere quousque Domini veniant, vel ad illos remitti possint. Et si facta morali diligentia de veris dominis non constet, faciendum est de illis, quod de bonis inventis, quorum Dominus ignoratur, dictum est §. 15. à n. 445.

## §. 42.

*Invadere in vijs publicis iterfacientes.*

487 **R**eservatur in hoc casu peccatum eorum, quos dicimus *grassatores vulgo salteadores de estradas.* Et quidem si via non sit publica, & frequentata, aggressio non erit reservata; quia solum reservatur peccatum aggredientium in vijs publicis. Similiter reservata non erit, quando furtum est attentatum, sed non consummatum; quia reservatio, ut aliæ pœnæ solum incurruntur per actum consummatum. *Nog. d. 18. n. 523.* Quoad hoc ultimū contra *Abreu, & alios.* [AR-



## ARTICULUS II.

*De casibus reservatis Episcopis in singulis  
Diocesisibus hujus regni Portugallie.*

**E**Xplicatis jam art. antecedenti omnibus casibus Episcopis in hoc Regno reservatis, in hoc 2. art. singulas Dioceses percurramus assignando casus cujusq. proprios, & pro explicatione illorum remittendo ad locum cuilibet assignandum, ne confessorij absolvant sine Prælatorum facultate, aut privilegio, in quo graviter peccabunt.

## §. I.

*De casibus reservatis in Diocesi Bracharenfi.*

488 **I**N Cont. Brachar. tit. 4. de Sacram. Confel. Cont. 6. reservantur 14. casus. Primus *Crimen Blasphemie publicæ, vel dicentis Renego* de quo art. 1. §. 2. Secundus *Crimen veneficij, aut adeundi veneficos, aut utendi rebus ab ipsis veneficis acceptis, vel præceptis* de quo §. 3. Tertius *Homicidium voluntarium executioni mandatum,* de quo §. 5. Quartus *Incendium de proposito ex intentione nocendi, ante denuntiationem; nam post denuntiationem reservatur Pontifici,* de quo §. 9. Quintus *Sacrilegium,* de quo §. 10. Sextus *Excommunicatio maior a jure, vel ab homine,* de §. 12. Septimus *Habere aliquid alienum, cujus dominus ignoretur, quod excedat valorem quingentorum regalium lusitanorum vulgo quingentos reis,* si non excedat potest haberi: absolvi, dummodo prius tradat illam

pecuniam ad fabricam Ecclesiæ, cuius est parochianus, si vero excedat, & in eo loco, seu confinijs sit Provisor, vel Vicarius Generalis, tradetur ei coram notario officij sui, ut in opera pia expendat. Et si ibi non fuerint, tradetur Parocho, cui mandatur sub pœna excommunicationis, & duplicatæ solutionis, ut eam summam tradat visitatori, qui primus talem Ecclesiam visitaverit, qui eam, domino non invento, distribuatur in opera pia. Hæc tamen regulanda sunt juxta dicta §. 15. à n. 445. Octavus, *Decimæ, aut primitiæ non solutæ ecclesijs, aut personis, quibus debentur, quæ excedant valorem ducentorum regalium vulgo duzentos reis,* de quo §. 14. Nota hic etiã reservari retentionem primitiarum. Si autem debitum non excedat hanc summam, poterit pœnitens absolvi, dummodo satisfaciat personæ, cui debetur; & si aliquis sacerdos aliter absolverit in hoc casu decimarum, five excedant, five non excedant dictam summam, nisi prius satisfacta parte, incurrit excommunicationem maiorem ipso facto. Hæc tamen regulanda sunt juxta dicta §. 14. à n. 439. Nonus, *Matrimonium celebratum per verba de presenti, contra formam Conc. Trid. & testes ad illud vocati, & inducti,* de quo §. 22. Decimus: *Communitio cujuscunque voti* de quo §. 22. Undecimus *Manus violentæ in clericum,* de quo §. 12. Duodecimus *Qui ordinatus fuit per saltum, vel cum dimis-*

*forijs falsis, vel furtive se ingessit ad ordines suscipiendos, de quo §. 17. Decimus tertius, Juramentum falsum in actibus, vel in iudicio, de quo §. 13. Decimus quartus Scripturam falsam conficere, vel illa uti in iudicio, de quo §. 18. Committitur Prioribus, Abbatibus, Rectoribus, ut possint absolvere ab omnibus casibus de jure reservatis Prælato, exceptis his quatuordecim, quod intellige de reservatis jure communi, de quibus n. 403. Conceditur etiam clericis sacerdotibus [ non tamen Diaconis, aut subdiaconis ] posse à quocumque approbato ab Ordinario absolvi ab omnibus dictis casibus, excepta excommunicatione.*

§. 2. *De casibus reservatis in Diocesi Ulyssipponensi.*

489 ¶ **N** Const. Ulyssip. lib. 1. tit. 10. decret. 7. §. 2. Sexdecim reservantur casus. Primus *Hæresis, quæ non sit pure mentalis, de quo art. 1. §. 1. Secundus Blasphemia publica, de quo §. 2. Tertius veneficia, nempe illa conficere, & illis uti, de quo §. 3. Quartus Invocatio Demonis, aut aliquid facere, in quo sit pactum tacitum, vel expressum cum ipso Dæmone, de quo §. 4. Quintus Homicidium voluntarium executioni mandatum, extra bellum justum, vel extra defensionem propriam, aut proximi, de quo §. 5. In quo comprehenduntur illi, quorum culpa filij suffocati reperi-*

*untur, de quo §. 7. Sextus Incendium de proposito ex intentione nocendi, de quo §. 9. Septimus, Sacrilegium, de quo §. 10. Specialiter illud, quod committitur feriendo, vel injiciendo manus violentas in Clericum, vel Religiosum, qui gaudet privilegio canonis, de quo §. 11. Octavus, Excommunicatio maior à jure, vel ab homine alicui non reservata, de quo §. 12. Nonus, Juramentum falsum in iudicio, vel actibus judicialibus, aut coram superiore competente, de quo §. 13. Decimus, Decimæ non solutæ, quæ excedant valorem quinque argenteorum vulgo *do-us tostoens*, de quo §. 14. Undecimus, Retinere alienum, cujus dominus ignoratur, quod excedat valorem quingentorum regalium Lusitanorum, de quo §. 15. Pro absolutione autem danda, vel non danda in hoc 11. & 10. casu non multum differt, quod disponunt constitutiones Ulyssipponenses, ab eo quod in iisdem casibus adduximus de const. Bracharenf. n. antecedenti. Duodecimus, *Matrimonia clandestina, de quo §. 16. Decimus tertius, Ordinari sine patrimonio, pensione, vel beneficio, aut per saltum, vel sine dimissorijs, aut furtive, de quo §. 17. Decimus quartus facere scripturam falsam, vel illa uti, aut aliqua falsificata, de quo §. 18. Decimus quintus, Revelatio sigilli sacramentalis à sacerdote facta, de quo §. 19. Decimus sextus, sollicitatio in confessione, aut occasione illius, cujus cognitio private pertinet ad S. Officiû, de quo §. 20. Nota reservationem Episcopalem**

palem dictorum casuum non incurri à Clericis cujuscunque ordinis sacri, qui proinde in hac Diœcesi possunt ab illis absolvi, etiam in confessione quadragesimali, per quemcunque sacerdotem ab Ordinario Ulyssippo- nensi semel approbato, quanvis actu- aliter approbatus non sit. Confessa- rij vero, qui alios non privilegiatos absque privilegio, aut licentia Ordi- narij absolvant, & in loco Scallabita- no, vulgo *Santarem*, de licencia Vi- carij Generalis ibi existentis, incur- runt excommunicationem ipso facto.

§. 3.

*De casibus reservatis in Diœcesi Ebo- rensi.*

490 **I**N Const. Diœces. Ebor. tit. de Sacram. Confession. cap. 6. reservantur undecim casus. Primus *Homicidium voluntarium executioni mandatum extra bellum justum.* de quo art. 1. §. 5. Secundus *Incendiū ex intentione nocendi, antequam incendiarius denuntietur, nam post denuntiationē Papæ reservatur,* de quo §. 9. Tertius *sacrilegium nemp̄ occidere in Ecclesia, vel cœmeterio, infringere cum violentia portas, vel seras sacrarij, aut Ecclesiæ, vel eas incendere, auferre ab Ecclesia delinquentem, qui ad illam confugit, furtum de loco sacro.* Nota 1. hic non reservari alia s. crilegia præter expres- sa. Nota 2. non reservari effusionem sanguinis, sed occisionem in Eccle-

sia. Nota 3. probabilius esse non reservari in fractionem portarum sancti christiæ, vel oratorij privati, nisi sit erectum autoritate Episcopi. Reservatur tamen ruptio tectorum, & parietum Ecclesiæ. Pro reliquis vide dicta §. 10. à n. 423. & *Nog. d. 18. à n. 365.*

§. Quartus casus est *Excommu- nicatio maior à jure, vel ab homine,* de quo §. 12. Quintus, *Habere bona aliena, cujus dominus ignoretur, quæ excedant valorem trium millium regalium Lusitanorum,* vulgo, *tres mil reis.* Cum declaratione; quod si non excesserit, tradatur, vel ejusdem inventi pignus Vicario Pedaneo coram Notario officij sui. Sextus, *Decimæ non solutæ, quæ excedant va- lorem duorum aureorum,* vulgo, *dous crusados,* de quo §. 14. Cum declaratione, quod si non excesserit, potest pœnitens absolvi, dum- modo satisfaciat: & si excedat, confessarius absque facultate, aut privilegio absolvens, ipso facto excō- municatur. Septimus *Commutatio votorum,* de quo §. 22. Octavus, *Manus violentæ in clericum,* de quo §. 11. Nonus, *Ordinari per saltum, vel cum dimissorijs falsis, aut furtive se ingerendo ad ordines,* de quo §. 17. Decimus, *Testimonium falsum in actibus, vel in judicio,* de quo §. 23. Undecimus, *Hæresis reservata Prælato, cujus absolutio non committitur Provisorij,* de quo §.

1. videndæ, quæ diximus à n. 319. Conceditur confessoribus eadem facultas, quam pro Diœcesi Bracharenfi diximus in fine §. 1. à n. 488.

## §. 4.

*De casibus reservatis in Diœcesi Conimbricensi.*

491 I N Const. Conimbric. tit. 4. Const. 4. reservantur quatuordecim casus. Primus, *Hæresis*, de quo art. 1. §. 1. *Mentalis* addunt constitutiones, circa quod *Nog. d. 18. n. 374.* ait, ibi Existimo tamen hic non reservari hæresim mentalem, quia licet verba reservationis id exprimant: DD. tamen communiter docent non expedire reservari peccata mere interna, ne ergo dicamus constit. Conimbric. reservare, quod non expedit, & procedere contra consuetudinem Ecclesiæ; potius dicendum hic non reservari hæresim mentalem... Si tamen expresse reservatur, reservatio observanda est. Sic *Nog. cit.* Secundus casus, *Blasphematores publici*, de quo §. 2. Tertius, *venefici, aut veneficæ*, de quo §. 3. Quartus, *Homicidium voluntarium executioni mandatum*, de quo §. 5. Quintus, *Peccatum illius, cujus culpa, aut negligentia filij suffocati reperiuntur*, de quo §. 7. Sextus, *Incendium de proposito ex inten-*

*tiõe nocendi*, de quo §. 9. Septimus, *sacrilegium*, de quo §. 10. Octavus, *Excommunicatio maior à jure, vel ab homine nulli reservata*, de quo §. 12. Nonus, *Habere bona aliena, quorum dominus ignoratur, quæ excedant valorem unius aurei*, cum declaratione adducta pro eodem casu in Diœcesi Bracharenfi, de quo §. 15. Decimus, *Decimæ non solutæ, quæ excedant valorem ducentorum regalium Lusitanorum*, cum declaratione adducta pro eodem casu in Diœcesi Bracharenfi, de quo §. 14. Undecimus, *Copula cum sponsa post sponsalia jurata, vel post matrimonium domi contractum ante benedictiones*, de quo §. 21. Duodecimus, *Injectio manuum in Clericum, vel Monachum*, de quo §. 11. Decimustertius, *Ordinatio per saltum, vel cum falsis dimissorijs, aut licentia falsa, vel qui furtive se ingessit ad ordines suscipiendos*, de quo §. 17. Decimusquartus, *Juramentum falsum in judicio, sive judex sit Ecclesiasticus, sive secularis, ordinarius, vel delegatus, nec non coram Rectore Universitatis*, de quo §. 13. In hac Diœcesi possunt sacerdotes absolvi ab his reservatis per quemcunque confessorium ab ordinario approbatum, excepta excommunicatione maiori.



§. 5.

De reservatis in Diœcesi Ægyptanensi,  
vulgo da Guarda

492 **I**N Const. Ægyptanensi.  
lib. 1. tit. 8. c. 14.  
reservantur duodecim casus. Pri-  
mus, *Blasphemia publica*, de quo  
art. 1. §. 2. Secundus, *Veneficia*, & illis  
uti, de quo §. 3. Tertius, *Invocatio Dæ-  
monis*, de quo §. 4. Quartus, *Manus vi-  
olentæ in Clericum*, de quo §. 11. Quin-  
tus, *Juramentum falsum in iudicio, vel  
actibus judicialibus*, de quo §. 13. Sex-  
tus, *Homicidium voluntarium extra  
bellum*, de quo §. 5. Septimus, *Insen-  
dium de proposito ex intentione nocendi,  
antequam denuntietur; nam post denunti-  
ationem reservatur Papæ*, de quo §. 9.  
Octavus, *Decimæ non solutæ Ecclesijs,  
quæ excedât valorem ducentorum rega-  
lium Lusitanorum*, vulgo, *duzentos reis*  
cum declaratione adducta pro eodem  
casu in Diœcesi Bracharensi, n. 488.  
de quo §. 14. Nonus, *Revelatio sigilli  
facta à Confessario*, de quo §. 19. De-  
cimus, *Excommunicatio maior à jure,  
vel ab homine alicui non reservata*, de  
quo §. 12. Undecimus, *Habere bona a-  
liena, quorum dominus ignoratur, quæ  
excedant valorem quingentorum regali-  
um*, vulgo, *quinbentos reis*. Cum decla-  
ratione adducta pro eodem casu in  
Diœcesi Bracharensi n. 488. de quo §.  
15. Duodecimus, *Peccatum Parochi,  
vel Confessoris, qui ultra mensem apud*

*se retinuerit bona, vel in suos usus conver-  
terit, de quibus bonis præcedens casus, vel  
quævis alia bona, quæ in eorum manibus  
fuerint deposita via confessionis, ut resti-  
tuantur*. Conceditur in hac Diœcesi  
Confessarijs, ut possint absolvere à  
reservatis Ordinario, tam peccatis,  
quam censuris vagabundos; similiter  
& Sacerdotes, & alios in Sacris con-  
stitutos, exceptis revelatione sigilli, &  
peccato non tradendi bona, de quibus  
in ultimo casu.

§. 6.

De casibus reservatis in Diœcesi Portu-  
ensi.

493 **I**N Const. Portuens. lib.  
1. tit. 6. Constit. 15. re-  
servantur quatuordecim casus. Pri-  
mus, *Hæresis, quæ mentalis non sit*, de  
quo art. 1. §. 1. Secundus, *Blasphemato-  
res, aut abnegatores publici*; de bla-  
sphematoribus, art. 1. §. 2. *Abnegato-  
res, sive renegatores*, v. g. qui dicunt *Re-  
nego Deum, vel Crucem, vel Sacramen-  
ta, aut Sanctos, & similes*, etiam sunt  
blasphematores. Tertius, *Venefici, aut  
divinatores publici, quorum peccata ab  
aliquibus personis sciuntur, non tamen  
reservantur, si sint omnino occulta*, de  
quo §. 3. Quartus, *Excommunicatio  
maior à jure, vel ab homine alteri non  
reservata*, de quo §. 12. Quintus, *In-  
cendium de proposito ex intentione nocen-  
di, antequam denuntietur, post denunti-  
ationem enim Papæ reservatur*, de quo §.  
9. Sex-

9. Sextus, *Homicidium voluntarium executioni mandatum extra bellum iustum*, de quo §. 5. Septimus, *Testimonium falsum in actibus, aut iudicio, aut scriptura falsa, & usus illius*, de quibus §. 18. & §. 23. 8. *Sacrilegium, scilicet, occidere, aut ferire in Ecclesia, vel cimiterio, ex quo vulnere detur loci violatio; infringere portas, aut seras sacrarij, aut Ecclesie cum violentia, illam incendere, auferre ab Ecclesia illum, qui ad illam confugit, furtum de loco sacro, aut sacrum de loco non sacro*, de quibus §. 10. Videnda etiam, quæ notavimus ad eundem casum in Diœcesi Eborensi n. 490. Nonus, *Habere alienum, cuius dominus ignoratur, quod excedat valorem quingentorum regalium, vulgo, quingentos reis* de quo §. 15. Decimus, *Decimæ non solutæ, quæ excedant valorem ducentorum regalium, vulgo, duzentos reis*, de quo §. 14. Undecimus, *Commutatio votorum*, de quo §. 22. Duodecimus, *Manus violentæ in Clericum*, de quo §. 11. Decimustertius, *Ordinari per saltum, aut cum licentia falsa, aut se ingerendo furtive ad ordines, aut sine legitima ætate*, de quo §. 17. Decimus quartus, *Falsificare, aut circumcidere monetam*, qui in superioribus non manet explicatus, nec alia explicatione indiget.

§ In hac Diœcesi committitur Confessarijs absolutio aliorum peccatorum jure, vel consuetudine Episcopo reservatorum, de quibus n. 403. Deinde circa casum nonum sub ex-

communicatione ipso facto præcipitur Parocho, cui ex monitione Confessariorum tradenda sunt ea bona, ut si non excedant mille regales, vulgo, *mil reis*, distribuat in fabrica Ecclesie; si excedant, Prælatum, aut Provisorem consulat intra mensem. Circa casum decimum reservatur Prælato, Provisori, vel Vicario Generali peccatum Confessarij, qui absolvat à debito decimarum, si excedant eam summam, quin pœnitens prius satisfaciat, aut tradat pignus; si non excedant; quin pœnitentem moneat, ut creditorē adeat, aut illi satisfaciat alia via.

§. 7.

*De casibus reservatis in Diœcesi Vicensi.*

494 [ IN Const. Diœces. Vicens. lib. 1. tit. 5. Const. 12. reservantur quatuordecim casus. Primus, *Hæresis*, de quo art. 1. §. 1. Secundus, *Blasphemia publica*, de quo §. 2. Tertius, *Veneficium, aut quæcunque operatio personæ ex pacto tacito, vel expresso cum Dæmone*, de quibus §. 3. & 4. Quartus, *Ordinari sine patrimonio, pensione, aut per saltum, vel cum dimissorijs falsis, aut furtive se ingerendo ad ordines*, de quibus §. 17. Quintus, *Facere scripturam falsam, falsificare factam, aut illis uti*, de quo §. 18. Sextus, *Homicidium voluntarium opere consummatum extra bellum*, de quo §. 5. Septimus, *Incendium de proposito ex intentione*

tionē nocendi, de quo §. 9. Octavus, *Sacrilegium*, de quo §. 10. Nonus, *Excommunicatio maior à jure, vel ab homine nulli reservata*, de quo §. 12. Decimus, *Habere bona aliena, quorum dominus ignoratur, quæ excedant valorem ducentorum regalium Lusitanorum*, de quo §. 15. Undecimus, *Decimæ non solutæ Ecclesijs, vel personis, quibus debentur, quæ excedant valorem centum regalium, vulgo, hum tostaõ*, de quo §. 14. Duodecimus, *Matrimonium clandestinũ*, de quo §. 16. Decimustertius, *Manus violentæ in Clericum*, de quo §. 11. Decimusquartus, *Juramentum falsũ in judicio*, de quo §. 13. In hac Dicecesi cõmittitur omnibus Cõfessarijs absolutio ab omnibus casibus in jure, vel ex consuetudine reservatis Episcopo, si forte aliqui de facto tales dantur juxta dicta n. 403.

§. 8.

*De casibus reservatis in Dicecesi Lamecensi.*

495 **I**N Const. Lamecens. tit. de Confess. Const. 10. reservantur quindecim casus. Primus, *Hæresis*, de quo art. 1. §. 1. Secundus, *Homicidium voluntarium extra bellum*, de quo §. 5. Tertius, *Incendium de proposito ex intentione nocendi*, de quo §. 9. Quartus, *Sacrilegium*, de quo §. 10. Quintus, *Excommunicatio maior à jure, vel ab homine nemini reservata*, de quo §. 12. Sextus, *Habere bona aliena, quorum dominus ignoratur, quæ*

*excedant valorem quadringentorum regalium Lusitanorum, vulgo, quatrocentos reis*, de quo §. 15. Septimus, *Matrimonia clandestina*, de quo §. 16. Octavus, *Commutatio quorumcunque votorum*, de quo §. 22. Nonus, *Manus violentæ in Clericum*, de quo §. 11. Decimus, *Juramentum falsum in judicio*, de quo §. 13. Undecimus, *Oppressio prolis*, de quo §. 7. Duodecimus, *Ordinatio per saltũ*, de quo §. 17. n. 455. Decimustertius, *Scriptura falsa, vel quæcunque alia falsitas in judicio, vel actibus judicialibus*, de quo §. 18. 23. & 13. Decimusquartus, *Venefici, & veneficæ, augures, & divinatores*, de quo §. 3. Decimusquintus, *Blasphemiæ, & abnegatio publica*, de quo §. 2. Videnda etiam quæ dicimus pro eodem casu in Dicecesi Portuensi.

§. 9.

*De casibus reservatis in Dicecesi Algarbiensi.*

466 **I**N Const. Dicec. Algarb. tit. 3. c. 12. reservantur quindecim casus, Primus, *Hæresis*, de quo art. 1. §. 1. Secundus, *Blasphematores publici*, de quo §. 2. Tertius, *Venefici, & veneficæ, si ab aliquibus sciuntur*, de quo §. 3. Non sufficit quod talia peccata sciuntur ab uno; sufficit tamen in hac Dicece si, quod sciuntur à duobus, licet publica non sint. Quartus, *Homicidium voluntarium executioni mandatum extra bellum justum*, de

V 2

quo

quo §. 5. Quintus, *Incendium ex intentione nocendi antequam denuntietur; nam post denuntiationem est casus Papalis*, de quo §. 9. Sextus, *Sacrilegiū*, de quo §. 10. Septimus, *Excommunicatio à jure, vel ab homine*, de quo §. 12. Octavus, *Habere bona aliena, quorum Dominus ignoretur, quæ excedant quadringentos regales Lusitanos, vulgo, quatrocentos reis*, de quo §. 15. Si non excedant, potest pœnitens absolvi, dummodo tradat ea bona ad fabricam suæ Ecclesiæ; si excedant, cōsulendus Episcopus, vel Vicarius Generalis intra mensem. Nonus, *Decimæ non solutæ Ecclesijs, quibus debentur, quæ excedant quadringentos regales Lusitanos*, de quo §. 14. Decimus, *Qui non fuerunt confessi annis præteritis tempore quadragesimæ*, de quo §. 26. Undecimus, *Matrimonia clandestina, & testes eorum*, de quo §. 16. Duodecimus, *Manus violentæ in Clericum*, de quo §. 11. Decimustertius, *Ordinatio per saltum, vel cum dimissorijs falsis, aut furtive se inieffisse ad ordines*, de quo §. 17. Decimusquartus, *Commutatio quorumcunque votorum*, de quo §. 22. Decimusquintus, *Testimonium falsum in judicio, vel in actibus, & scriptura falsa*, de quo §. 23, & 18.

§. 10.

*De casibus reservatis in Diœcesi Mirandensi.*

497

IN Const. Diœc. Mirand. tit. 4. de Sacram. Confess. Const. 10. reservantur quatuordecim

casus. Primus, *Hæresis*, de quo art. 1. §. 1. Secundus, *Blasphemia, aut abnegatio Dei*, de quo §. 2. hic non additur publica; circa abnegatores vide dicta pro eodem casu in Diœc. Portuensi. Tertius, *Crimen maleficij, aut divinationis*, de quo §. 3. & 4. Quartus, *Testimonium falsum in judicio*, de quo §. 23. Quintus, *Facere scripturâ falsâ, vel illa uti in judicio*, de quo §. 18. Sextus, *Homicidium voluntarium extra bellum*, de quo §. 5. Septimus, *Excommunicatio maior à jure, vel ab homine*, de quo §. 12. Octavus, *Matrimonia clandestina*, de quo §. 16. Nonus, *Concubinatus hominis conjugati, seu habentis legitimam uxorem*, de quo §. 27. Decimus, *Ordinatio ante ætatem, vel furtive, aut per saltum*, de quo §. 17. Undecimus, *Incendium de proposito, ex intentione nocendi*, de quo §. 9. Duodecimus, *Sacrilegium*, de quo §. 10. Decimustertius, *Decimæ, non solutæ, quæ excedant valorem ducentorum regalium Lusitanorum, vulgo, duzentos reis*, de quo §. 14. Decimusquartus, *Habere bona aliena, quæ excedant valorem trecentorum regalium Lusitanorum, vulgo, trezentos reis*, de quo §. 29.

§. 11.

*De casibus reservatis in Diœcesi Portalegrensi.*

498

IN Const. Portalegr. lib. 1. tit. 6. c. 19. reservantur tredecim casus. Primus, *Blasphemia*

pu-



publica, quæ proferatur coram duabus saltem personis, de quo art. 1. § 2. Nota publicum hic non sumi pro notorio notoreitate juris, vel facti, sed pro illo, quod aliquo modo probari potest. Secundus, *Veneficium, scilicet, facere veneficia, illa petere, & uti*, de quo §. 3. Nota hic etiam petentes veneficia reservationem incurrere, licet illa non efficiant, nec illis utantur. Tertius, *Juramentum falsum in iudicio, vel facere scripturam falsam, aut illa uti in damnum tertij*, de quo §. 13, & 18. Quartus, *Homicidium voluntarium extra bellum iustum opere consummatum tam exequentis, quam mandantis*, de quo §. 5. Nota hic etiam reservari peccatum mandantis. Quintus, *Incidium de proposito ex intentione nocendi*, de quo §. 9. Sextus, *Manus violentæ in Clericum*, de quo §. 11. Septimus, *Excommunicatio maior à jure, vel ab homine, quæ alteri reservata non sit*, de quo §. 12. Octavus, *Violatio sigilli sacramentalis*, de quo §. 19. Nonus, *Sacrilegium*, de quo §. 10. Decimus, *Ordinari sine patrimonio, aut cum illo ficto, aut per saltum, aut sine dimissorijs, vel cum illis falsis, quod perinde est aut ordinari ante legitimam ætatem*, de quo §. 17. Undecimus, *Habere bona aliena, quorum dominus ignoretur, quæ excedant quadringentos regales Lusitanos, vulgo, quatrocentos reis*, de quo §. 15. Duodecimus, *Decimæ non solutæ, cui debentur, quæ excedant valorem quadringentorum regaliū Lusitanorum*.

de quo §. 14. Decimustertius, *Solicitatio in confessionario tam ex parte Confessoris, quam ex parte pœnitentis*, de quo §. 20. Nota hic etiam reservari peccatum pœnitentis sollicitantis; nõ tamen; si pœnitens non sollicitet, sed solum sollicitationi consentiat: Confessarius vero, si non sollicitet, sed sollicitationi consentiat, reservationem hanc etiam non incurreret, at denunciandus est, quia consentiens habet illicitos, & inhonestos sermones in confessione, quod in Bulla Greg. XV. prohibetur. *Nog. d. 18. à n. 448.* In hac Diœcesi imponitur Confessoribus excommunicatio, qui extra articulum mortis, aut periculum illius à dictis casibus absolvant absque licentia, aut privilegio.

§. 12.

*De casibus reservatis in Diœcesi Elvensi.*

499 **I**N Const. Elvens. tit. 6. §. 20. reservantur quindecim casus. Primus, *Blasphemia publica*, de quo art. 1. §. 2. Secundus, *Sepelire in loco sacro illū, quē sepeliēs cognoscit fuisse publicum excommunicatum*, de quo §. 25. Tertius, *Decimæ non solutæ Ecclesiæ, cui debentur, quæ excedant valorem ducentorum regaliū, vulgo, duzentos reis*; si non satisfecerit postquā Confessarius assignavit tempus ad restituendum conveniens, de quo §. 14. Nota hic posse Confessarium pro pri-

ma vice absolvere, si poenitens proponat satisfacere intra tempus assignandum (nisi aliunde obstat dispositio *Trid.* de qua cit. §. 14. n. 440.) at si intra tempus assignatum non satisfecerit, habebit deinceps reservatum. Quod si Confessarius, aut ex inadvertentia, aut ex dolo (in quo mortaliter peccabit) non praescribat tempus solvendi, quando poenitens ad secundam confessionem accedat, adhuc reservatum non habebit, absolvendus tamen non est, tum propter dispositionem *Trid.* tum quia de dispositione illius merito dubitari potest. *Nog. d. 18. n. 452.* Quartus, *Homicidium voluntarium*, de quo §. 5. Quintus, *Abortus procuratus secundo effectu*, de quo §. 6. Sextus, *Simoniam*, de quo §. 24. Septimus, *Incendium de proposito factum, & qui consulunt, adjuvant, & favent ad tale delictum*, de quo §. 9. Nota hic etiam reservari peccatum consulentis, adjuvantis, vel faventis. 8. *Falsarius instrumentorum*, de quo §. 18. Nonus, *Venefici, & veneficae*, de quo §. 3. Decimus, *Sacrilegium*, de quo §. 10. Undecimus, *Violatio sigilli sacramentalis*, de quo §. 19. Duodecimus, *Excommunicatio maior à jure, vel ab homine, quae alteri non sit reservata*, de quo §. 12. Decimuster- tius, *Habere bona aliena quorum dominus ignoratur, quae excedant valorem duorum millium regalium, vulgo, dous mil reis*, de quo §. 15. Decimusquartus, *Mans violentiae in Clericum*, de quo §. 11. Decimusquintus, *Ordinatio cum*

*patrimonio ficto, vel per saltum, aut cum dimissorijs falsis, vel ad sacros ordines se furtive ingerere*, de quo §. 17.

§. 13. *De casibus reservatis in Diocesi Leriensi.*

500 C. Afus reservati in Diocesi Leriensi ab *Abreu* apud *Nog. d. 18. à n. 482.* numeramus undecim. Primus, *Homicidium voluntarium extra bellum*, de quo §. 5. Secundus, *Incendium de proposito ex intentione nocendi*, de quo §. 9. Tertius, *Sacrilegium*, de quo §. 10. Quartus, *Excommunicatio à jure, vel ab homine*, de quo §. 12. Quintus, *Habere bona aliena, quorum domini ignorentur, quae excedant valorem trecentorum regalium Lusitanorum, vulgo, trezentos reis*, de quo §. 15. Si non excedat, potest poenitens absolvi, dummodo tradat debitum, vel pignus ad fabricam suae Ecclesiae, non expendendum sine auctoritate Praelati, si excedat, tradendum est Provisorio, vel Vicario Pedaneo coram notario officij, qui terminum a se factum ostendet Episcopo, vel Visitatori. Sextus, *Decimae non solutae Ecclesijs, quae excedant valorem ducentorum regalium, vulgo, duzentos reis.* At si poenitens, ante confessionem satisfecerit Ecclesiae, seu personae, cui debentur, poterit absolvi, licet debitum sit maioris quantitatis, de quo §. 14. Septimus, *Juramentum falsum*

in iudicio, vel actibus judicialibus, vel coram iudice, aut superiore competenti, de quo §. 13. Octavus, *Manus violentæ in Clericū*, de quo §. 11. Nonus, *Peccatū eorū, qui ante celebratum matrimonium in facie Ecclesiæ sponfas carnaliter cognoscunt*, de quo §. 21. Decimus, *Blasphemia publica*, de quo §. 2. Undecimus, *Facere veneficia, vel illa facta alteri dare, aut illis uti, vel etiam consulere personas, quæ veneficia faciunt ad effectum illa habendi*, de quo §. 3. Nota hic etiam reservari 1. veneficia à venefico facta alteri dare, quanvis ab ipso dante non sint facta; 2. consulere veneficos, ut habeantur veneficia. In hac Diocesi Confessarijs imponitur excommunicatio ipso facto, si à dictis casibus absolvant absque licentia Prælati, aut privilegio. Conceditur ipsidem posse absolvere à reservatis Episcopo de jure communi, si qui sunt, juxta dicta n. 403. *Nog. d. 18. n. 485.* ubi bene notat per hujusmodi concessionem non intelligi casus occultos Papales, qui per *Trid.* ab Episcopis possunt absolvi juxta dicta n. 314.

De casibus reservatis in Diocesi Funchalensi, seu Insula Materie.

501 I N Const. Funchal. tit. 5. de Sacram. Confes. Const. 5. reservantur undecim casus. Primus, *Venefici, vel veneficæ, & divinatores*, de quo art. 1. §. 3. Secundus, *Ma-*

*nus violentæ in Clericū*, de quo §. 11. Tertius, *Homicidium voluntarium executioni mandatum extra bellum justum*, de quo §. 5. Quartus, *Incendium de proposito cum intentione nocendi, antequam denunciatur, nam postea est Papale*, de quo §. 9. Quintus, *Sacrilegium; scilicet, occidere in Ecclesia, aut cæmeterio, infringere portas, aut seras sacrarij, aut Ecclesiæ cum violentia, aut illis ignem applicare, auferre ab Ecclesia illum, qui ad illam confugit, aut furari de loco sacro*, de quo §. 10. Videnda etiam quæ diximus pro eodem casu in Diocesi Eborensi n. 490. Sextus, *Excommunicatio maior*, de quo §. 12. Septimus, *Testimonium falsum in actibus, aut scriptura falsa*, de quo §. 23, & 18. Octavus, *Recipere, vel dare pecuniam, aut aliquid pecunia æstimabile pro confessione in Ecclesia, vel extra illam*, de quo §. 30. Nonus, *Communitio qualicumque votorum*, de quo §. 22. Decimus, *Habere alienum, cujus dominus ignoratur, quod excedat valorem sexcentorum regalium, vulgo, seiscentos reis; si non excedat, poterit poenitens absolvi, dummodo pecuniam, vel pignus conferat ad fabricam Ecclesiæ, cujus est Parochianus; si excedat, sibi Prælati distributionem reservat; de hoc tamen §. 15.* Undecimus, *Decimæ nõ solutæ Ecclesijs, quæ excedant valorem trecentorum regalium, vulgo, trezentos reis.*

§. 15.

*De casibus reservatis in Diocesi Angrēsi  
Insularum Tertiārum*

**502** **I**N hac Diocesi reservantur  
11. casus. Primus, *Heresis*,  
de quo art. 1. §. 1. Secundus, *Blasphemia*,  
& *abnegatio Dei*, de quo §. 2. Nota  
hic ad reservationē non requiri pu-  
blicitatē. Tertius, *Crimen veneficij*, aut  
*divinationis ab aliquibus personis scitū*,  
de quo §. 3. Nota hic requiri ad refer-  
vationē, quod sciatur saltē à duobus.  
Quartus, *Homicidium voluntariū extra  
bellum commissum*, de quo §. 5. Quintus,  
*Incendium de proposito ex intentione no-  
cendi ante denuntiationē; nam post denū-  
tiationem, Pontifici reservatur*; de quo  
§. 9. Sextus, *Matrimonium clandestinū*,  
& *testes, qui illi assistunt*, de quo §. 16.  
Septimus, *Testimoniū falsum in iudicio,  
vel in actibus*, de quo §. 23. Octavus,  
*Scriptura falsa*, de quo §. 18. Nonus,  
*Sacrilegiū*, de quo §. 10. Decimus, *De-  
cimæ non solutæ Ecclesijs, aut illis, quibus  
debentur, quæ excedant valorē centū re-  
galium, vulgo, hū tostāo*, de quo §. 14.  
Undecimus, *Excōmunicatio maior à  
jure, vel ab homine*, de quo §. 12.

§. 16.

*De casibus reservatis in Ecclesia Tho-  
mārensi, & Prioratu Cratensi  
nullius Diocesis.*

**503** **I**N Const. Eccles. Thomar.  
tit. de Confes. Const. 5. tres  
tantū casus reservantur. Primus, *Ex-  
cōmunicatio maior à jure, vel ab homine*,  
de quo art. 1. §. 12. Secundus, *Manus*

*violentiæ in Clericū*, de quo §. 11. Ter-  
tius, *Relaxatio juramēti*, & *cōmutatio  
cujuscūque voti*. de quo §. 22, & 33.

**504** **I**N Prioratu Cratēsi ex antiqua  
cōsuetudine, & Prælatorū approbati-  
ne observātur Cōstitutiones Diocesis  
Eborēsis, & consequēter reservantur  
Provisori, qui ibidē exercet jurisdic-  
tionē quasi Episcopālē, ijdem casus, qui  
Archiepiscopo reservātur in iisdē Cō-  
stitutionibus, qui proinde videri pos-  
sunt §. 3. hujus art. eorumque expli-  
catio locis ibidem assignatis.

§. 17.

*De casibus reservatis in Diocesi Bayēsi*

**505** **I**N Diocesi Bayensi, teste *A-  
brenu* apud Nog. d. 18. n. 498.  
reservātur duo supra viginti casus. 1,  
*Manus violentiæ in Clericū*, de quo art.  
1. §. 11. 2, *Ordinatio per saltū*, de quo §.  
17. 3, *Furamentū falsum in iudicio*, de  
quo §. 13. 4, *Celebratio Missæ illius, qui  
ordinatus fuit cum dimissorijs falsis*, de  
quo §. 31. 5, *Peccatā Sacerdotis, cui an-  
nexa est irregularitas*, de quo §. 32. 6,  
*Dispensatio in votis, aut juramētis absq;  
legitima potestate*, de quo §. 33. 7, *He-  
resis*, de quo §. 1. 8, *Homicidii volunta-  
riū extra bellū justū*, de quo §. 5. 9, *Pe-  
ccatū incendiarij commissum de proposito, cū  
intensione nocēdi antequā denūtiatur; nā  
post denuntiationē S. Pōtifici reservatur*,  
de quo §. 9. 10, *Sacrilegiū*, de quo §.  
10. 11, *Extrahere ab Ecclesia illū, qui  
ad illā cōfugit, & gaudet immunitate*, de  
quo §. 10. n. 423. 12, *Furtū de loco sa-  
cro*. de quo §. 10. n. 430. 13. *Excōmuni-  
catio*

*catio maior à jure, vel ab homine, de quo §. 12. Decimus quartus Habere bona aliena, quorū dominus ignoratur quæ excedant valorem in constitutionibus assignatum, qui mihi nō constat, de quo §. 15. Decimus quintus, Decimæ non solutæ Ecclesijs, quibus debentur, quæ excedant valorem quadrigentorum regalium, vulgo, quatrocentos reis, de quo §. 14. Decimus sextus, Peccatum Blasphemie, quæ sit ab aliquibus cognita, de quo §. 2. Nota hic non requiri publicitatem, sed sufficit quod sit cognita saltem à duobus, ut sit blasphemia reservata. Decimus septimus, venefici, & veneficæ, de quo §. 3. Decimus octavus, Cohabitatio sponsorum ante denuntiationes, de quo §. 35. Decimus nonus, Invasio Indorum, de quo §. 36. Vigefimus, Cognitio carnalis mulieris pagane, vel hominis similiter pagani, de quo §. 37. Vigefimus primus, Venditio, vel emptio Indorum liberorum, de quo §. 38. Vigefimus secundus, Matrimonia clandestina, de quo §. 16.*

§. 18.

*De casibus reservatis in Diœcesi Angolana.*

506 **I**N Diœcesi Angol. teste Abreu apud Nog d. 18. à n. 513. reservantur quatuor supra viginti casus. Primus, *Hæresis*, de quo art. 1. §. 1. Secundus, *Homicidium voluntarium extra bellum justum*, de quo §. 5. Tertius, *Negligentia eorum,*

*quorum parvuli inveniantur suffocati, de quo §. 7. Quartus, Incendarius de proposito, & ex animo nocendi ante denuntiationē; post illam enim Paçæ reservatur, de quo §. 9. Quintus, Testimonium falsum in judicio, vel in actibus judicialibus, de quo §. 23. Sextus, Habere bona aliena, quorum dominus ignoratur, quæ excedant valorem quinque cruciatorum, de quo §. 15. Si non excedat potest pænites absolvi, si debitum tradat ad fabricam suæ Ecclesiæ; si excedat, tradendum est Provisorio, aut Vicario Generali, & si commode id fieri nequeat, Vicario, Curæ, vel Capellano, in operibus pijs infumendum. Septimus, Matrimonium clandestinum, ejusque testes, de quo §. 16. Octavus, Sacrilegium, de quo §. 10. Nonus, Manus violentæ in Clericum, de quo §. 11. Decimus, Excommunicatio maior à jure, vel ab homine, quæ alicui reservata non sit, de quo §. 12. Undecimus, Omne genus veneficiorum, invocatio Dæmonis, consultatio illius, pactum cum illo, augures, divinatores, de quo §. 3. & 4. Duodecimus. Blasphematores, & abnegatores publici, de quo §. 2. Et pro eodem casu in Diœcesi Portuensi n. 493. Decimus tertius, *Idolatria, & quilibet ritus gentilicus*, de quo §. 39. Decimus quartus, *Ordinatio per saltum, aut cum dimissorijs falsis, aut se ingessisse furtive ad ordines*, de quo §. 17. Decimus quintus, *Omnis commutatio votorum*, de quo §. 22. Decimus,*

X

mus,

mus sextus, *Vendere servos mutos, aut surdos, vel alijs infirmitatibus occultis affectos, eas malitiose celando emptores.* de quo §.40. Decimus septimus *Retinere apud se servos fugitivos, vel a dominis suis aberrantes, illosve furari,* de quo §.41. Decimus octavus, *Qui carnaliter cognoscunt sponfas ante matrimonium in facie Ecclesie celebratum, cum quibus sponsalia jurarunt, vel etiam ante acceptas benedictiones,* de quo §.21. Decimus nonus, *Decimæ non solutæ Ecclesijs, quæ excedant sexcentos regales, vulgo, seiscientos reis;* Si tamē ante confessionem, imo & si ante absolutionem satisfactum sit, potest impendi absolutio, de quo §.14. Vigésimus, *Peccatum Clerici, quod habet annexam irregularitatem,* de quo §.32. Nota hic per peccatū clericī intelligi nō solū sacerdotis, sed etiam aliorū clericorū in sacris. Vigésimus primus, *Dispensare in vobis, aut juramentis,* de quo §.33. Vigésimus secundus, *Invadere in vijs publicis iterfacientes,* de quo §.42. Vigésimus tertius, *Copula carnalis personæ christianæ cum paganâ,* de quo §.37. Vigésimus quartus, *Concubitus durans per tres annos, vel ultra,* de quo §.28. In hac Diœcesi excommunicantur confessarij, qui ab aliquo ex prædictis casibus absolvunt absque legitima facultate, aut privilegio; deinde reservantur censuræ, quæ Episcopo sunt reservatæ.



*De absolutione a casibus Episcopo reservatis tam ex privilegio, quam virtute Bullæ.*

507 **E**Xplicatis Diœcesium hujus Regni peccatis reservatis, dicendum restat, à quo obtineri possit eorum absolutio. Certum autem est 1. posse obtineri à Prælato reservante, vel à successore, vel ab ejus superiore, v.g. à Nuntio, non tamen ab Archiepiscopo erga subditos suffraganei Episcopi, nisi sit in actu visitationis Diœcesis ipsius Episcopi.

508 Certum est 2. posse obtineri absolutionem eorundem reservatorum à quocunque confessario approbato virtute Bullæ Cruciatæ, idque quoties pœnitentes confitebuntur, ut expresse dicitur in clausula Bullæ adducta n.298. Pro absolutione autem danda in casu decimarum debitarum, nota illam prohiberi in Trid. Sess.25.c.12. ibi, *Nec ab hoc crimine, nisi plena satisfatione secuta, absolvantur.* Si tamen aliquis bona fide virtute Cruciatæ absolvatur, absolutio est valida.

509 Dubium est 1. An Pœnitentiarius Ecclesie Cathedralis ex vi suæ institutionis possit absolvere ab Episcopo reservatis? Respondetur non posse; & si ad id potestatem ab Episcopo obtineat, eam non poterit subdelegare. Idem dubium est 2. de

Vicario Generali. Et similiter ꝛ. etiam non posse; quia in generali concessione non veniunt casus reservati; & quando aut ab Episcopo, aut in constitutionibus synodalibus concedatur Vicario Generali facultas ad absolvendum à reservatis Episcopo, non intelligitur concessa ad absolvendum à Pontifici reservatis occultis, ad quæ tamen sufficiet delegatio generalis facta ab Episcopo suo Vicario specialiter electo ad absolvendum ab his reservatis occultis. *Nog.d. 19. à n. 2.* Recole etiam dicta *n. 3 14.*

510 Dubium est 3. An Regulares virtute suorum privilegiorum possint absolvere a casibus Episcopis reservatis? Resolutio negativa est ita certa, ut contraria omnino improbabilis sit, maxime post damnationem Alex. VII. in hanc propositionem: *Mendicantes possunt absolvere à casibus Episcopis reservatis, non obtenta eorum ad id facultate.* Neque ex eo, quod Regulares possint absolvere à Pontifici reservatis casibus extra Bullam cœnæ, sequitur posse absolvere ab illis, quos sibi Episcopi reservant; post damnationem enim dictæ propositionis, in const. *Superna* Clemens X. ait, ibi, *Et habentes facultatem absolvendi ab omnibus casibus Sedi Apostolicæ reservatis, non ideo à casibus Episcopo reservatis posse absolvere.*

511 Nihilominus virtute suorum privilegiorum post damnationem dictæ propositionis, & post Clem. cōst.

possunt Regulares 1. absolvere à casibus Pontificijs occultis, quorum absolutio comittitur Episcopis in Trid. *Ses. 24. c. 6.* [exceptis tamen, qui in Bulla Cœnæ continentur] Ratio est; quia Alex. VII. solum damnat opinionem, quæ non obstantibus decretis Clem. VIII. Pauli V. & Urbani VIII de hac re editis, assererat adhuc Regulares posse absolvere à casibus, quos sibi reservant Episcopi, Episcopi autem non sibi reservant casus Papales occultos, sed à jure Trident. reservantur, vel potius committuntur ipsis Episcopis. *Nog.d. 19. à n. 11.* usque ad 20. ubi hoc ultimum probat ex decreto Urbani VIII. id expressè concedentis saltem extra Italianam.

512 Possunt regulares 2. absolvere confluentes ex alia Diœcesi à peccatis in ipsa reservatis, dummodo in fraudem reservationis in alienam non pergant, & in ea, ad quam confluent, & in qua fit confessio, non sint reservata. Ita habetur expressè in cit. Const. *Clement. X. Superna.* Possunt 2. comutare, & dispensare vota non reservata Pontifici, sicut poterant ante damnationem dictæ propositionis, non obstante quod in aliquibus Diœcesibus ab Episcopis reservetur commutatio, & dispensatio votorum. Ratio ex dictis *n. 465,* & *478.* est, quia per id non reservatur aliquod peccatum, sed declaratur non posse confessarios (intellige sæculares)

res) commutare, aut dispensare vota. Deinde à Pontificibus solum negatur Regularibus facultas absolvendi à peccatis, & censuris, quæ sibi Episcopi reservant; sub commutatione autem, aut dispensatione votorum, vel etiam juramentorum non cadit absolutio, quia non sunt peccata, nec censuræ. *Nog. d. 19. à n. 22.*

513 Multa, quæ hic congerit *Nog. tota S. 3.* circa durationem facultatis ab Episcopo concessæ ad absolvendū à reservatis videri possunt apud ipsū à n. 33. usque ad 40. ubi docet absolutionem datam ex facultate ab Ordinario obtenta per nuntium ei destinatum ad illam petendam, quæ tamen ipsi confessorio nō est manifestata, esse quidem validam, si facultas re ipsa jam sit obtenta; esse tamen mortaliter illicitam; quia semper adest periculum, non esse datam eam facultatem.

514 Confessarios habentes ab Episcopo generalem facultatem absolvendi ab omnibus sibi reservatis, vel specialem ab aliquo, non posse subdelegare dictam facultatem alijs confessorijs, bene docet *Nog. d. 19. tota S. 4.* An vero, & quando Episcopi debeant concedere facultatē hanc, late tractat *S. 5. à n. 55.*

515 Dubium est 4. Si Episcopus neget confessorio facultatem absolvendi subditum à reservatis, an habeatur pro concessio, illa vice? *R.* Negative, si subditus sit sæcularis, secus di-

cendum, si petatur à confessorio Monialium Episcopo subditarum, hunc enim poterit confessorius pro illa vice absolvere. Ratio 1. partis est; quia nullum datur jus, quod eam facultatem concedat pro sæcularibus. Ratio 2. partis est, quia Moniales Episcopis subjectæ gaudent privilegijs [favorabilibus præsertim] concessis Regularibus; ex declaratione autem Urbani VIII. constat, ibi, *Ut si Regularium confessorijs casus alicujus reservati facultatem petentibus, superior dare noluerit, possint nihilominus confessorij, illa vice pœnitentes Regulares etiā non obtenta à superiore facultate absolvere. Nog. d. 19. à n. 57.*

516 Dubium est 5. An in casu urgentis necessitatis possit absolvi pœnitens à reservatis Episcopo, licentia non petita, & absque privilegio? v.g. in casu, quo superior adiri non potest, & instat necessitas communicandi, aut celebrandi, quod prætermitti nequit absque scandalo, infamia, aut damno populi Missam die festo expectantis? Tres de hac re sententias affert *Nog. d. 19. à n. 61.* quas omnes dicit probabiles, & tutas.

§. Prima sententia est omnino negativa, & asserit extra articulum mortis in casibus sive S. Pontifici, sive inferioribus reservatis nihil posse confessorios ex *Trid. Sess. 14. c. 7.* de reform. & præsertim in reservatis Episcopo, ad quem solet accessus esse fa-



facilior. Secunda sententia ex opposito affirmat; quia reservatio introducta est ob bonum pœnitentis, & non debet indetrimentum illius vergere; vergeret autem, si in dicto casu confessarius Ordinarius non posset absolvere. Unde in prædicto casu non præsumitur reservatio, maxime cum hæc sit jure humano, & confessionis integritas de jure Divino. Asserunt tamen aliqui hujus sententiæ Patroni pœnitentem tunc absolutum à reservatis teneri, quamprimum poterit, se præsentare Prælato [etiam si non habuerit censuram] non quidem, ut absolutionem à reservatis obtineat, quia ea peccata directe fuerunt absoluta, sed ut Prælato exhibeatur debitus honor, & fervetur vigor disciplinæ Ecclesiasticæ. Tertia sententia docet posse inferiorem confessariû in dicto casu absolvere pœnitentem directe ab alijs peccatis nõ reservatis, quæ absolutio indirecte cadit supra reservata, quorû dictus confessarius nõ est iudex proprius. Unde manebit pœnitens cum obligatione comparendi, aut petendi per se, vel per alium facultatem, ut directe absolvatur. Ab hac tamen obligatione, & juxta terminos 2. sententiæ ab onere se præsentandi liber erit pœnitens, si postea accipiat Cruciatam, virtute cujus directe absolvatur.

517 Dubium est 6. An valide absolvatur à reservatis ille, qui bona fide illa confessus fuit, à confessario

non habente facultatem illa absolvendi? R. 1. Si omnia peccata, quæ pœnitens in ea confessione aperuit, erant reservata, confessionem fuisse nullam, defectu materiæ in quam confessarius habuerit jurisdictionem, quam non habet in reservata, in quibus juxta Trid. nihil potest. R. 2. Si pœnitens cum reservatis aperuit in ea confessione alia peccata mortalia, aut alia venialia cum legitimo dolore, validam esse confessionem, quia confessarius in non reservata habebat jurisdictionem, & illa directe absolvit, alia vero reservata indirecte. Unde pœnitens postea cognoscens defectum jurisdictionis in confessario ad reservata, tenetur pro absolutione directa comparere coram superiore, aut uti remedio adducto n. antecedenti ad finem. *Nog. d. 19. à n. 66. & n. 73.* bene docet dictam absolutionem esse validam; etiam si confessarius mala fide processerit sciens se non habere jurisdictionem ad reservata: sufficit enim, quod eam habuerit ad non reservata; dummodo pœnitens processerit bona fide; si enim mala fide processit, ex defectu dispositionis mortaliter peccavit, & nulla fuit absolutio.

518 Dubium est 7. An possit Episcopus [idem de alijs superioribus] absolvere pœnitentem à reservatis, & pro non reservatis mittere illum ad alium confessarium? R. non posse; quia integritas confessionis à Christo

D. instituta postulat, ut pœnitens omnia sua peccata mortalia, quorum habeat conscientiam, sub una absolutione confiteatur; & superior, ut Judex procurare debet, & efficere ex sua parte quantum potest, ne judicium sit nullum; nullum autem esset, si pœnitens, alia juxta causa non interveniente, superiori aperiret sola reservata, & omitteret alia mortalia: ergo nec licite, nec valide potest Episcopus à reservatis absolvere, & pro alijs ad alium mittere. Dixi *alia juxta causa non interveniente*; quia non negari casus, in quibus ad validam absolutionem sufficit integritas formalis, de qua agunt DD. in materia Pœnitentiæ. Ad cohonestandam autem hanc integritatem formalem non sufficit voluntas, imo nec impedimenta, & occupationes Episcopi, qui extra confessionem potest tollere reservationem, aut mittere pœnitentem ad confessarium prudentem, & scientem cum potestate, ut ab ipso absolvatur tam à reservatis, quam à non reservatis integre cōfessis. *Nog. d. 19. à n. 75.*

## C A P U T XX.

*An Regulares virtute Bullæ Cruciatæ eligere possint confessarium tam pro reservatis, quam pro non reservatis?*

519 **P**Leraque ad hoc caput spectantia resoluta manent

cap. 2. à n. 49. & præsertim à n. 55. quæ ibi videri possunt, ac debent. Quæ vero peccata, ac censuras, & quomodo reservare sibi possint superiores Regulares, tam pro Religiosis viris, quam pro Monialibus sui Ordinis? Exponit *Nog. d. 20. à n. 1. ad 22.* Quinam possint absolvere Regulares à reservatis ex potestate ordinaria, vel delegata? An, & quando superior Regularis teneatur concedere licentiam subdito, vel confessario petenti pro aliquo casu occurrente? Resolvit ibidem à n. 23. An superior possit cōcedere licentiam absolvendi subditum à reservatis cum onere postea comparendi? Affirmative respondet à n. 39. Et probat etiam exemplo licentiæ concessæ pro iter agentibus in nostra Societate JESU. *Ordin. Gener. c. 6 n. 6.* At n. 43. bene docet non esse licentiam cum eo onere à superiore concedendam, si facultas ad absolvendum subditum à confessario petatur post peccatum commissum; quia ideo pœnitens per confessarium petit facultatem, ut ab eo onere liberetur.

520 Deinde à n. 27. *cit. d. 20.* resolvit *Nog. 1.* confessorem ordinariū pro subditis Regularibus à superiore designatum teneri sub mortali adire superiorem pro licentia absolvendi subditum à reservato, quod illi manifestavit; quia id postulat necessitas spiritualis proximi, cujus est proprius Sacerdos, & quasi Parochus. Secus,

cus, inquit, dicendum, si non sit deputatus confessarius; quia nec lege charitatis, nec ex munere suo obligatur ad petendam licentiam pro aliquo subdito; nisi sciat pœnitentem adijisse confessarium ordinariũ; & illum injuste noluisse adire superiorem, vel justam causam habeat illum non adeundi.

521 Resolvit 2. Si superior Regularis confessario deputato ad audiendas subditorum confessiones petenti licentiam ad absolvendum subditum illam dare noluerit, posse confessarium pro illa vice pœnitentem absolvere; quia id expresse constat ex declaratione Urbani VIII. superius adducta n. 515. Et hoc extendit *Bardon.* & *Pelliz.* cum alijs viris doctis nostræ Societatis à se consultis, ad pœnitentem, si illi à superiore negetur facultas, ut à confessario absolvatur; quia licet denegatio facultatis referatur ad confessarium, declaratio S. Pontificis facta est in favorem pœnitentis.

522 Resolvit 3. ( contra *Pelliz.* *Tambur.* *Soar.* *Lusit.* & alios ) ut probabilius particulam *illa vice* solum intelligi de prima vice, qua pro tali pœnitente petatur facultas; & non de secunda, & tertia vice, aut toties quoties idem pœnitens in idem, aut simile reservatum incidat, & similiter superior licentiam neget eidem confessario, vel alijs ex deputatis ad confessiones conventus

judicantibus superiorem eam debere concedere: hoc tamen intelligendum esse, ait, si inter unam, & alteram vicem non intercedat longum tempus, v. g. quinque, aut sex mensium; si enim intercedat, idem de hoc pœnitente dicendum, ac de alijs nunquam absolutis.

523 Resolvit 4. Etiam ut probabilibus, licentiam ad absolvendum subditum Regularem, si à superiore negetur, solum censeri concessam pro illa vice, quando petitur à confessario ex deputatis in conventu ad confessiones; non vero si petatur ab alio Religioso, etiam docto, pio, ac prudente. Ratio illi est, quia tam decretum Clement. VIII. quam declaratio facta ab Urbano VIII. loquuntur de confessarijs à superiore deputatis. Resolutionem limitat in casu, quo confessarius deputatus noluerit injuste pro ipso pœnitente adire superiorem, vel pœnitens habeat justam causam, ut peccatum suum illi non manifestet. Nam si hoc, salvo sigillo, superiori manifestetur, & ille adhuc licentiam neget; tunc ait licentiam petitam ab alio confessario, pro illa vice, haberi pro concessa à S. Pontifice; quia tunc talis confessarius, qui, ut suppono, est pius, doctus, & prudens, ac talis, ut in confessarium deputari merito possit, succedit in locum confessarij deputati, qui per-

pe-

peram suæ obligationi non satisfecit. Pro reliquis ad Regularium confessiones virtute Bullæ spectantibus videatur *Nog. d. 20. à Sect. 4. usque ad finem, de quibus nos supra cap. 2. à n. 55.*

### C A P U T XXI.

*De Privilegio commutandi vota in Bulla concessio.*

524 **P**rivilegium commutandi vota in Bulla Latina his verbis conceditur *Ac vota quæcumque (ultramarino, Castitatis, & Religionis votis duntaxat exceptis) in subventionem prædictam commutare licite possit. Votum vero definitur Promissio deliberata, & spontanea Deo facta de meliori bono. Ad votum ea requiritur deliberatio, seu libertas, quæ ad peccatum mortale sufficit. Votum emissum ex gravi metu a causa extrinseca injuste incusso est invalidum, non tamen juramentum, ex cap. 1. de His, quæ vi. Si vero emittatur ex gravi metu à causa intrinseca illato, ut à morbo, fera, naufragio, est validum.*

525 Siquis dubitet, an votum emiserit, illo non tenetur; tenetur tamen, si certus sit de voto, & dubitet de sufficienti deliberatione in emittendo. Vovere rem Deo gratam sine animo vovendi est peccatum mortale; sicut tale est jurare

falsum sine animo jurandi, sive cum causa, sive sine illa; ut constat ex damnatione hujus propositionis, inter alias ab Innocencio XI. damnatas, *Cum causa licitum est jurare sine animo jurandi, sive res sit levis, sive gravis.* Quanvis violatio voti ex genere suo sit mortalis; ex levitate materiæ erit venialis, etiam si vovens intenderit se obligare sub mortali. Materia voti debet esse melior, quam opposita, & possibilis. Unde nec materia impossibilis, nec indifferens, nec opposita consilij Evangelicis est apta materia voti; nisi ex aliqua circumstantia indifferens reddatur bona, & opposita consilij melior respectu alicujus voventis, ut dicitur de voto nubendi. Votum non peccandi, sive mortaliter, sive venialiter est validum; consulenda tamen non sunt hujusmodi vota. Vovere facere aliquid mortale, est mortale contra Religionem; vovere autem aliquid veniale, probabilius est esse solum veniale.

526 Votum dividitur [omissis alijs divisionibus] 1. in Absolutum, quod sine cōditione emittitur, in Cōditionale, quod obligat, posita conditione, ut, *Voveo perigrinationē, si salutē obtinero;* & in Pœnale, quod addit aliquā pœnā in delicti crimē, ut *Si lusero, voveo tantā eleemosynam elargiri.* Dividitur 2. in Reale, quo promittitur aliquid estimabile, quod nō sit ho-

mi-

minis actio; in Personale, quo promittitur actio, vel omiffio actionis ad personam attinentis; & in Mixtum, quo promittitur utrunque, v.g. peregrinatio, & eleemofyna. *Nog. d. 21. a n. 1.*

527 Obligatio voti potest cessare 1. defitione materiæ, ut si vovisti dare eleemofynam quotidianam Petro pauperi, cessat obligatio, si Petrus fiat dives. 2. per interpretationem viri Docti declarantis votum nõ obligare in his circumstantijs. 3. per notabilem mutationem in re promissa, ut superveniente periculo vitæ, honoris, aut alterius gravis nocumēti, non prævisi, quando votum fuit emissum. 4. lapsu temporis ad implendum præfixi, ut si vovisti jejunare in honorem, seu devotionem temporis, vel diei determinati, eo tempore, vel die elapso, non teneris voto. 5. remissione partis, ut si vovisti in honorem Dei aliquid, quod tamen cedit in favorem alicujus personæ, si persona illa remittat, cessat votum.

528 6. cessare potest voti obligatio per dispensationem factam à Prælati habentibus jurisdictionem spiritualem in foro externo; vel ex privilegio à Religiosis Mendicantibus, qui possunt dispensare omnia vota sæcularium non reservata Pontifici. Est autem dispensatio ablatio vinculi voti nomine Dei; ut sit licita, & valida requiritur justa causa, quæ si non de-

tur, invalida erit dispensatio, quavis bona fide petita, & collata. Licet probabilius sit nec venialiter peccare, qui ex legitima causa, sive ex potestate ordinaria, sive ex privilegio dispensat in votis sine ulla commutatione adjuncta; ne tamen sit dispensator infidelis, optime faciet, si dispensationi commutationem aliquam adjunctat.

529 7. potest cessare voti obligatio per irritationem factam ab habente potestatem dominativam, sive in voluntatem voventis, ut pater respectu filij, superior respectu Religiosi subditi; & hæc dicitur irritatio directa; sive in rem promissam, quoad bona temporalia, ut dominus respectu servi, & hæc dicitur irritatio indirecta. Est autem votum irritare, illud annullare, ita ut amplius non obliget. Ad voti licitam irritationem non requiritur causa, neque cognitio specialis illius; sed sufficit, quod superior pro sua voluntate irritet quæcumque vota de materia sibi subjecta emissã. Jam vero Prælati Regulares possunt irritare omnia vota suorum subditorum, exceptis constituentibus statum regularem, & illi annexis. Idem dictum habeas de Abbatis respectu Monialium; & ut probabilius, etiam quoad vota non impediencia suam gubernationem. Pater potest irritare omnia vota filiorum emissã ante pubertatem, & post pubertatem nõ ratificata; etiam si sint

Castitatis, aut Religionis. Filiorum vero puberum, dum sunt sub patria potestate, ea solum vota ab ipsis post pubertatem emissia potest pater irritare, quæ suæ gubernationi perjudicant, dummodo non sint Castitatis, Religionis, suscipiendi ordines, frequentandi Sacramenta Confessionis, & Communionis, moderatæ orationis, aut abstinentiæ, vel de rebus aliàs præceptis. *Nog.d.21. à n. 11.* Et à n.26. apud ipsum vide, quæ ad irritanda vota sit potestas Tutoris, Curatoris, Matris, Avi, Avix, Mariti, Uxoris, & Domini.

#### A R T I C U L U S I.

*De commutatione voti per Bullam faciendam.*

530 **O**ctavo potest cessare voti obligatio per commutationem. Commutare autem nihil aliud est, quam unum pro alio mutare. Unde commutare votum est materiam unius voti in aliam materiam æqualem mutare; ita ut votum maneat, non tamen in eadem materia, sed in alia loco illius subrogata, quæ tamen priori æqualis sit: cum tamen innumera sint vota, & innumeræ circumstantiæ cum illis concurrentes, certa regula præscribi non potest ad cognoscendam æqualitatem inter materiam voti cujusque commutandi, & materiam loco illius subrogandam. Ad hanc æqualitatem

indagandam diversæ regulæ assignantur a DD. novem affert *P. Sanch. in Desal. lib.4.c.59*; illas ad quatuor reducens *Nog.d.21. n. 32.* in votorum commutatione consideranda esse, ait, illorum materiam, finem, naturam, & difficultatem.

531 Circa materiam consideranda est illius gravitas, & non vinculum; hoc enim semper manet; & sola materia mutatur in aliam: Item, an materia sit aliunde debita ex præcepto; quia minor materia est subroganda, si commutatio fiat in materiam non debitam; siquidem vovens adhuc manet obligatus ad primam ex præcepto. Circa finem considerandum est, an votum jejunandi v.g. emissum fuerit in cultum Dei, B. Virginis, aut alicujus Sancti; an vero ad domandas carnes, ut materia subrogata ad dictum finem, si fieri possit, magis conducat. Circa naturam voti, considerandum, an sit Reale, Personale, vel Mixtum, an perpetuum, vel temporale; an absolutum, conditionale, vel poenale, ut materia subrogata primam (nisi aliud circumstantiæ suadeant) imitetur. Circa difficultatem, considerandum onus, quod patitur vovens in executione voti, & quod passurus est in executione materiæ subrogatæ; si enim votum jejunij commutandum sit in eleemosynam, in minorem commutandum est votum emissum à paupere, quam à divite, quia in ele-

eleemofyna eroganda maius onus patitur pauper.

532 Hæc omnia latius profequitur, & exemplis illustrat *Nog. d. 21. à n. 33. ad 51.* Deinde ut Confessarij intelligant, quomodo procedere debeant in praxi, aliqua commutationis votorum exempla à DD. approbata subjicit. Et 1. à n. 53. docet quomodo commutari valeat votum peregrinationis. 2. à n. 55. Quomodo votum Castitatis, five abfolutæ, five conjugalis, aut non contrahendi matrimonium. 3. à n. 61. Quomodo votum aflumendi Ordines facros. 4. à n. 63. Quomodo votum Religionis. 5. à n. 72. An votum arctioris Religionis possit commutari in votum profitendi, & perseverandi in aliqua ex Religionibus Militaribus. 6. à n. 80. per assumptionem ad Episcopatum non commutari ad æqualitatem votû ingrediendi Religionem. 7. à n. 83. quomodo commutari possit votum jejunandi fingulis ferijs sextis; votum jejunandi uno die in pane, & aqua; votum erogandæ eleemofynæ; votum confessionis, & communionis in certa die; votum celebrandi Missam; votum recitandi septem Psalmos Pænitentiales semel in hebdomada; & votum eundi ad Virginem do Pilar Ulyssipone. In his tamen exemplis non agit *Nog. de commutatione privilegio Bullæ faciendæ, & ideo illa hic indicasse satis.*

533 Accedendo igitur ad Bullæ

privilegium, Dubium est. An virtute illius possit fieri commutatio voti in minus bonum, aut necessario sit faciendæ in bonû æquale, aut in maius bonum? Ad cujus resolutionem suppono 1. æqualitatem hic non esse accipiendam Mathematicæ, & arithmeticæ; quia id attingere inter homines est impossibile; nam materia, quæ ab uno judicatur æqualis, ab alio inæqualis æstimatur. Accipiendæ ergo æqualitas moraliter, nempe meliori modo, quo attingi potest; & hæc tunc datur, quando materia, de qua erat votum, & materia subrogata iudicio prudenti, five à prudentibus censentur æquales, paulò plus, minusve; licet ab alijs inæquales censeantur. *Nog. d. 21. n. 118.*

534 Suppono 2. quemlibet posse propria auctoritate commutare suum votum non reservatum Pontifici in bonum evidenter melius; tum quia per talem commutationem offertur Deo, quod illi est gratius; tum quia id constat ex jure. *Cap. Pervenit o 2. de Jurejur. ibi, Non enim propositum, aut promissum infringit, qui in melius illud commutat. Dixi: Non reservatum Pontifici;* quia si votum sit reservatum, auctoritate Pontificis faciendæ est commutatio; non ex eo, quod non sufficiat maius bonum; sed ut prudenter, & mature fiat. Quod si commutatio faciendæ sit in statum Religiosum, etiam si votum reservatum sit, auctoritate

propria fieri potest; quia hoc statu nihil est Deo gratius; & hanc perfectissimam commutationem non reservat Pontifex; imo approbat in *cap. Scripturæ de Voto*, ibi, *Reus fracti voti non habetur qui temporale obsequium in perpetuam noscitur observantiam Religionis commutare. Nog. d. 21. à n. 293.*

535 Nota tamen 1. in his commutationibus bonum melius non intelligendum absolute, sed id, quod attentis circumstantiis, melius, & utilius est voventi ad finem, quem intendit. Unde si quis vovit jejunium ad macerandas carnis voluptates; non bene auctoritate propria votum hoc commutabit in communionem, aut eleemosynam; quia quanvis largitio eleemosynæ, & sumptio Eucharistiæ sint actus excellentiorum virtutum, ad finem mamerationis non sunt media proportionata, neque quid melius jejunio. Volens ergo commutare dictum votum in melius eligat carnis austeritates, v. g. dormire per noctem in terra, aut quid simile. Nota 2. voventem, qui auctoritate propria suum votum commutavit in melius, non posse regredi ad primum votum; quia ad minus bonum erit regressus. Secus dicendum, si auctoritate Prælati, Jubilæi, vel alterius privilegij, v. g. Bullæ fiat commutatio; quia tunc semper in commutationibus, quæ sunt in gratiam pœnitentis, subin-

telligitur, nisi ipse velit ad priorem materiam regredi. *Nog. d. 21. à n. 93. & latius à n. 285.*

536 Suppono 3. probabile esse quemlibet propria auctoritate posse commutare suum votum in id, quod est evidenter æquale. Sed quia difficillimum est in causa propria attingere evidentem æqualitatem in proprii voti commutatione, in praxi probabilior est contraria sententia astringentium non posse commutari votum propria auctoritate in bonum evidenter æquale, sed recurrentum ad superiorem, vel ad habentem privilegium. Et constare hoc videtur ex *cap. 1. de Voto*, ubi statuitur commutationem voti ab eo, qui præsidet, nempe à Prælato dependere; & ex hac secunda, & tenenda sententia à fortiori colliges neminem posse propria auctoritate commutare votum in bonum non solum longe, sed nec paulo minus. *Nog. d. 21. à n. 105.*

537 Suppono 4. ex textu Bullæ adducto *n. 524.* in ea solum concedi privilegium ad commutanda vota, non vero ad dispensandum in illis. Ex privilegio autem, & potestate delegata ad commutanda vota non bene arguitur ad privilegium, & potestatem ad dispensandum in illis; licet è contra concessio privilegio ad dispensandum censetur concessum ad commutandum. Ratio 1. partis est; quia cum per dispen-



spensationem tollatur vinculum voti, & per commutationem in aliud subrogetur, maior est facultas ad dispensandum, quam facultas ad commutandum: ergo concessa facultate ad commutandum, quod est minus, non censetur concessa facultas ad dispensandum, quod est maius. Ratio secundæ partis è contra est; quia facultas commutandi continetur in facultate dispensandi; tanquam pars in toto, & tanquam minus in maiori; *Cui autem licet, quod plus est, licet utique, quod minus est. De Regul. jur. in 6. Nog. d. 21. à n. 177.* His suppositis

539 Ad dubium propositum n. 533. R. 1. posse Confessarium virtute Bullæ, aut similis privilegij electum commutare vota non reservata in bonum æquale; id enim conceditur in ipsa Bulla; neque de hoc ulla est controversia inter AA. si autem potest in æquale, à fortiori poterit in maius bonum, quod tamen non requiritur, commutare. Respondent alij 2. etiam in minus bonum posse Confessarium commutare vota; quia si juxta probabiliem sententiam, de qua n. 536. quilibet potest propria auctoritate commutare suum votum in bonum æquale, ne dicamus privilegium Bullæ esse inutile, dicendum est virtute illius posse à Confessario fieri commutationem in aliquid minus bonum.

540 R. tamen 3. ut probabilius non posse Confessarium virtute Bullæ, aut similis privilegij commutare vota in minus bonum. Patet; quia sicut in contractu permutationis, ut sit pura, requiritur æqualitas inter res permutatas; ita in commutatione voti æqualitas requiritur inter res commutatas; aliter non erit pura commutatio; sed habebit admixtum aliquid dispensationis; nimirum in eo, quod minus habuerit materia subrogata: atqui in Bulla non conceditur potestas ad dispensandum, juxta dicta n. 537: ergo &c. Neque ex hac resolutione sequitur privilegium Bullæ esse inutile etiam in ea opinione, de qua n. 536. idque 1; quia illa opinio est incerta, & probabilior contraria, ut ibidem diximus. 2. quia licet pœnitens probabiliter possit commutare suum votum in æquale, id absque Bulla ipsius pœnitentis ei præstare non potest Confessarius, cui privilegium conceditur per Bullam. 3. quid etiam in ea opinione maior requiritur causa absque Bulla, quam cum illa. *Nog. d. 21. à n. 115.* Recole dicta n. 533. pro accessione hujus æqualitatis.

541 Dubium est 2. An ad commutationem voti per Bullam requiratur causa. Respondetur satis esse pro causa subsidium, sive elemosynam, quæ ex præscripto Confessoris pro commutatione tradatur, in subventionem

locorum Africae, & nulla alia requiritur causa, nisi petere commutationem. Idem dicendum de commutatione virtute Jubilaei; nam opera praescripta in ipso Jubilaeo executioni mandata, sufficiunt pro causa, & nulla alia requiritur. An vero haec resolutio procedat etiam in opinione, de qua n. 539. asserente commutationem per Bullam, aut Jubilaeum fieri posse in aliquid minus bonum? R. affirmative; si semel ea opinio admittatur. *Nog. d. 21. à n. 128.*

542 Praeciso autem privilegio Bullae à n. 124. Asserit 1. quando votum auctoritate propria commutatur in evidenter melius, nullam requiri causam. 2. probabilius esse minorem requiri causam ad commutationem, quam ad dispensationem. 3. esse sufficientem causam ad commutandum (etiam ad dispensandum, ut dixerat suo n. 19.) levitatem in votendo, quae saepius datur in foeminis, & alijs timidæ naturæ, inconstantiam, inconsiderationem, molestiam, & difficultatem in adimplendo, magnam fragilitatem, cum periculo violandi, repugnantiam viri, parentis, &c. 4. ad commutationem in æquale nunquam deesse causam; quia justa, & sufficiens causa est petitio commutationis, qui enim petit, ostendit libentius, & hilarius se in alia materia votum adimpleturum; &

quia graviter prius exequitur esse expositum fractioni. 5. aliquam semper requiri causam ad commutationem in æquale, etiam quando facienda est à Regularibus per sua privilegia.

543 Dubium est 3. An commutatio voti virtute Bullae facienda sit in subventionem temporalem, an vero in spiritualem? Subventio, si ve subsidiū temporale est eleemosyna pecuniaria; subventio autem spiritualis sunt jejunia, orationes, &c. Omissis vero diversis DD. placitis adductis à *Nog. d. 21. à n. 130.* & quæ procedunt juxta Bullam Hispanam. Loquendo juxta nostram Bullam Lusitanam quidquid in contrarium dicant *P. Fragos. & Abreu.*

§ R. cum cit. *Nog. à n. 137.* commutationem votorum virtute Bullae faciendam esse in totum in subventionem temporalem, & nec partialiter in spiritualem. Probat ex verbis ipsius Bullae, *In subventionem praedictam commutare licite possit;* ubi dictio *Praedictam* refertur ad subventionem temporalem, de qua antea dixerat: *Pro opibus, & facultatibus suis potuerint subventionis auxilia ad effectum subventionis manutentionis militum praefactorum contulerint, &c.* In quibus apparet intentum Pontificis esse subvenire efficaciter per eleemosynas pecuniarias ex votorum commutationibus acquisitas locis

locis Africanis. Confirmatur ex declaratione Commissarij in advert. ibi: *Os Confessores ad virtutem, que a commutatione dos votos, que fizere[m], há de ser em esmolas para a Cruzada, por que assi o dispoem S. Santiaade.*

544 Tradita resolutio procedit etiam circa vota pauperum, quæ etiam in totum commutanda sunt in subventionem temporalem, juxta illorum paupertatem; & si nec exiguum elemosynam possint elargiri, recurrant ad Regulares, qui virtute suorum privilegiorum possunt vota commutare in orationes, & alia opera pia. *Nog. d. 21. n. 143;* qui *n. 142.* eandem resolutionem tenendam esse ait juxta Bullam Hispanam circa vota tam divitum, quam pauperum, non quidem ex vi verborum Bullæ Latinæ, quæ non ita clare loquitur, ac Lusitana, illa enim ait commutationem faciendam *In aliquod subsidium hujus expeditionis;* orationes autem, & alia pia opera aliquod subsidium dici possunt. Igitur juxta Bullam Hispanam tenenda est tradita resolutio propter declarationem Commissarij Hispani, quam assert *Galleg. in Bull. Claus. 9. dub. 16.* expresse declarantis commutationem vi Bullæ omnino faciendam esse in subsidium temporale. Et cum ad Commissarium spectet dubia Bullæ declarare, pro illius declaratione standum est, non ob-

stante auctoritate gravissimorum AA. qui de Bulla Hispana contrariū tenuere.

## ARTICULUS II.

*Alia dubia circa votorum commutationem virtute Bullæ faciendam.*

545 **D**ubium est 4. An Confessarius teneatur commutare votum, virtute Bullæ, quando id à pœnitente petitur? *R. 1.* absolute loquendo Confessarium non teneri commutare votum pœnitentis, virtute Bullæ, etiam si ab eo fuisset electus ad audiendam suam confessionem, eamque de facto audiverit; quia Confessarius non constituitur per Bullam delegatus necessarius ad commutanda vota, sed illi ea conceditur facultas, si ea uti voluerit, ibi *Commutare licite possit.* Neque ex eo, quod, auditis peccatis, teneatur pœnitentem absolvere, sequitur teneri votum commutare; quia diversum quid est commutare votum, & absolvere à peccatis, nec unum in altero includitur; & Confessarius, ut suppono, quanvis consenserit electioni ad peccata absolvenda, non tamen ad vota commutanda.

546 *R. 2.* peccare Confessarium à pœnitente per Bullam e-

lectum ( maxime , si specialiter e ligatur etiam ad commutanda vota, & electioni consentiendo , ad id se obliget ) si irrationabiliter deneget commutationem ; quia ex munere suo ( si sit Confessarius proprius ) vel ex consensu in electionem ad audiendam confessionem ) si non sit proprius Confessarius ) tenetur conferre ea , quæ ad profectum spirituales suæ ovis , vel sui pœnitentis conducunt , ut conducit commutatio voti , quam , ut suppono , juste petit pœnitens. Hæc tamen datur differentia , quod proprius Confessarius negando dictam commutationem peccabit contra Justitiam , delegatus autem contra charitatem : mortaliter quidem uterque , si pœnitens magna afficiatur molestia , eo quod jam ab alijs Confessarijs fuit repulsus , & ob repulsam tristatur , & in periculo peccandi existit ; venialiter autem , si pœnitenti parva , aut nulla sequatur molestia , si ejus votum non commutetur.

547 Dixi , si irrationabiliter deneget ; quia si Confessarius , sive proprius , sive delegatus habeat justam causam ad negandam voti commutationem , non peccabit. Imo , si non sit adeo peritus , ut judicium ferre queat inter materiam votam , & æqualitatem commutationis , nec facile possit doctos consulere , ne se ex-

ponat periculo errandi , licite potest mittere pœnitentem ad viros doctos pro ea commutatione obtinenda , si non sit proprius illius Confessarius ; si enim proprius sit , tenetur ( ipse doctos consulere , ut suæ ovis commutet votum , quod illi aperuit. *Nog. d. 21. à n. 156.*

548 Dubium est 5. An virtute Bullæ possit Confessarius commutare vota , quæ sint emissa post Bullæ promulgationem ? R. posse ; sicut enim facultas in Bulla concessa ad absolvendum à peccatis , & censuris extenditur etiam ad commissa , & incurfas post Bullæ promulgationem , & acceptionem ; ita intelligenda est facultas ad commutanda vota ; quia utraque conceditur per verba generalia , & indefinita , & utraque est favorabilis. *Nog. d. 21. à n. 160.*

549 Dubium est 6. An Confessarius virtute Bullæ possit vota commutare extra confessionem ? R. posse ; quia hoc privilegium in Bulla conceditur extra ea , quæ absolvuntur in confessione , & sine ullo respectu ad confessionem sacramentalem ; Bulla enim , postquam expressit remissionem peccatorum , quam Confessarius impendere poterat , addit *Vota quæcumque... commutare possit.* Quod , si virtute Bullæ Lusitanæ non potest impedi absolutio à censuris extra sacramentum , ut diximus n. 378. disparitas patet ex ibidem adductis.

550 Nota tamen 1. Licet commutatio fieri possit extra confessionem, necessario faciendam per confessarium ab Ordinario approbatum ad audiendas confessiones. Nota 2. posse confessarium esse diversum ab eo, à quo pœnitens in confessione fuit absolutus. Nota 3. pro articulo mortis, sicut quilibet sacerdos censetur approbatus ad absolvendum à peccatis, & censuris; ita approbatum censeri ad commutanda moribundi vota; approbatur enim à S. Pontifice, totius orbis Ordinario in Trid. Sess. 13. c. 7. de reform. Nota 4. Si Mendicantes virtute suorum privilegiorum non possunt dispensare, nec commutare vota extra confessionem, ideo esse, quia in illis apponuntur pro forma hæc verba: *In foro pœnitentiæ, vel auditis confessionibus*; quæ clausula non invenitur in Bulla; *Dilecti filij*, qua Paulus III. nostræ Societati JESU. privilegium concessit ad dispensanda, & commutanda vota, exceptis quinque reservatis. Adde, quod *Leand.* cum alijs docet Regulares posse vota commutare extra confessionem, etiam si in illorum privilegij apponatur dicta clausula, quia non computationem votorum, sed absolutionem à peccatis, & censuris respicit; hoc tamen *Mend.* impugnat. *Nog. d. 22. à n. 167.*

551 Dubium est 7. An, sicut confessarius potest virtute Bullæ vo-

ta commutare, ita etiam possit commutare juramenta soli Deo facta? *R.* ut probabilius posse; quia ex jure dispositum in uno æquiparatorum censetur dispositum in altero; & de æquiparatis idem est judicium; sed juramentum, & votum æquiparantur in ordine ad privilegium commutandi vota, quia sicut homo per votum soli Deo obligatur, ita etiam per juramentum soli Deo factum [ v.g. per juramentum jejunandi ferijs sextis, aut sabbatis in honorem Passionis, aut B. Virginis ] ipsi soli Deo obligatur: ergo dispositum in Bulla circa votum censetur dispositum circa juramentum. *Nog. d. 21. à n. 186.*

552 Dubium est 8. An vi Bullæ possit commutari votum juramento confirmatū; item votum, & juramentum circa eandem materiam emissā independenter unum ab alio? *R.* ut probabilius posse. Ratio 1. partis est; quia juramentum in hoc casu est accessorium voto: ergo commutato voto, corruiat juramentum. Ratio 2. partis est; quia unum vinculum ob conjunctionem alterius non mutat suam naturam; sed juramentum Deo factum potest virtute Bullæ commutari, juxta dicta *n. antecedenti*; ergo etiam poterit commutari, quando cum voto circa eandem materiam conjungitur; per accidens enim se habet ista conjunctio. *Nog. d. 21. à n. 202.* Et quod hic, & *n. antecedenti* dicimus de privilegio Bullæ

læ, dictum cum eodem *Nog.* habeas de Jubilæo, & Regularium privilegij, licet in illis sola vota, & non juramenta exprimantur; quæ tamen pro maiori conscientie quiete exprimentur in Bulla *Ad perpetuam rei*, in quâ Greg. XIII. extendit ad juramenta absque alterius præjudicio commutanda facultatem ad sola vota Societati JESU concessam.

553. Dubium est 9. Quomodo in praxi commutanda sint vota virtute Bullæ? R. nihil certum constitui posse quoad quantitatem pecuniæ pro commutatione votorum assignandæ; sed tantam esse taxandam, quantam juxta qualitatem personæ, ejusque facultates, ac juxta gravitatem voti, consideratis omnibus circumstantijs, prudens judicabit confessarius. Exempla appono, ex quibus alia deduci possunt.

554. Primû exemplum: Vovit homo mediocris fortunæ jejunare omnibus ferijs sextis unius anni, & petit hoc votum sibi commutari virtute Bullæ, commutari potest in duos aureos, vulgo *dous crusados*, & si multo majoris sit fortunæ in tres aureos, at si fortunæ sit parvæ, in quinque argenteos, vulgo, *dous tostoens*. 2. exemplum; Vovit aliquis jejunare unum determinatum diem, vel recitare Rosarium B. Virginis, aut septem Psalmos pœnitentiales cum litanijs, & precibus. Poterit confessarius quodlibet ex his votis factum à di-

vite commutare in duos argenteos cum dimidio, vulgo, *hum tostão*; si vero vovens sit mediocriter dives, in unum argenteum cum dimidio, vulgo, *meio tostão*; & si fuerit homo, qui ex suo labore sufficienter vivit, in unum argenteum, vulgo, *dous vintens*. Pro alijs exemplis *vid. Nog. d. 21. à Sect. 4. usque ad 10.* & quæ ibi affert pro commutatione in jejunia, & pia opera virtute Jubilæi, aut alterius privilegij, ad commutationem applicata virtute Bullæ faciendam in subventionem temporalem, modo in duobus exemplis hic assignato, & ab eodem adducto *ibidem n. 148.*

555. Quid autem faciendum sit de elemosynis à confessarijs pro commutatione votorum taxatis, disponit Cômmissarius in Advert. ibi *A esmola da commutação dos votos, que os confessores podem fazer, conforme a ditta Bulla, se hà de lançar nas caixas, que para este effeito estão postas nas Igrejas.* Et alibi in iisdem Advert. *Os confessores não tomarão esmolas das commutações dos votos por sy, nem por interpostas pessoas, ainda que seja para effeito de as lançarem nas ditas caixas, antes as farão lançar, & deixar nellas pelas proprias partes, podendo commodamente; & não podendo, por outrem, que não seja o mesmo confessor, o que comprirão sobpena de excommunição ipso facto incurrenda. Nog. d. 21. à n. 144.*

## ARTICULUS III.

*Quæ vota virtute Bullæ possint, & quæ non possint commutari?*

556 **I**N verbis Bullæ adductis n. 524. conceditur confessarijs facultas ad commutanda vota quæcunque [exceptis dumtaxat ultramarino, id est, perigrinationis Hierosolymitanæ, Castitatis, & Religionis;] & ex hac exceptione videtur evidens posse confessarios virtute Bullæ commutare omnia alia vota, siue sint realia, siue personalia, siue mixta, etiam votum visitandi limina Apostolorum, siue corpus B. Jacobi in compostellâ, quæ duo vota, licet sint Pontifici reservata, in Bulla non excipiuntur.

557 Nihilominus, quanvis hoc videatur evidens, aliqua sunt vota [præter tria excepta] quæ virtute Bullæ, Jubilæi, aut per Regulariû privilegia commutari non possunt. Talia sunt 1. Vota substantialia Religionis, & illis annexa, siue sint solemnia, siue simplicia. 2. vota, & juramenta, quibus confirmantur statuta Cômunitatum, Academiarum, Collegiorum, &c. 3. vota, & juramenta, quæ cedunt in utilitatem tertij, & quorum commutatio esset in damnû tertij modo explicando n. 559. sine, pro quo, sit

558 Dubium 1. An votum Deo factum in honorem ipsius Dei, vel a-

licujus sancti, in utilitatem tamen alicujus tertij, v.g. votum dandi calicem alicui determinatæ Ecclesiæ, vel dotem, aut eleemosynam alicui determinatæ personæ, possit virtute Bullæ commutari? R. ut probabilius posse non solum ante, sed etiam postquam tale votum ab Ecclesiæ Prælato, vel ab illo determinato paupere sit acceptatum. Ratio 1. partis est; quia votum illud factum est principaliter in honorem Dei, vel illius sancti: ergo [maxime ante acceptationem] ipsi Deo, vel Sancto dumtaxat obligatio acquiritur. Quod si donationes, & promissiones in absentia factæ favore causæ piæ valent, & causa pia sine acceptatione acquirit jus ad illas. R. id esse verum, quando fiunt causæ piæ; promissio vero dicti voti, non causæ piæ, sed ipsi Deo facta est; ac proinde, sicut aliæ promissiones soli Deo factæ, commutari potest virtute Bullæ, aut Jubilæi.

559 Ratio 2. partis est; quia dictum votum soli Deo fuit factum: ergo, cum solus Deus sit creditor, homo legitime acceptare non potest: ergo, licet acceptetur ab Ecclesia determinata, aut à determinato paupere, adhuc per Bullam, vel Jubilæum commutari potest. Nota tamen diligenter secundam hanc resolutionis partem procedere de voto soli Deo factò, quod non habeat adjunctam promissionem; si enim votû Deo fit factum, & simul promissio

Ecclesie determinatæ, vel determinato pauperi, post illorum acceptationem commutari non potest; quia per promissionem adjunctam, & acceptatam transit in contractum, & illi tertio acquiritur jus, ac proinde per commutationem pateretur damnum. *Nog. d. 21. à n. 218.*

560. Ex hac resolutione colliges, si quis voveat se non lusurum, sub pœna erogandi unum aureum determinato pauperi, quoties lusurum, & sepe lusurum, ita ut multorum aureorum sit debitor, colliges, inquam, posse hanc pœnam pecuniariam virtute Bullæ commutari; quia obligatio eam solvendi oritur ex voto conditionali, quæ non est maior, adimpleta conditione, quam, si absolute voveret dare unum, vel plures aureos determinato pauperi, sed potius est minor; atqui virtute Bullæ posset dictum votum absolutum commutari, etiam post acceptationem pauperis: ergo à fortiori, &c. *Nog. d. 21. à n. 212.* qui n. 217. id extendit ad calum, quo Pontifex remisisset partem pecuniæ jam debitæ ex violatione voti, & alteram partem solvendam reliquisset; posset enim, inquit, confessarius hanc partem non remissam commutare in subventionem prædictam virtute Bullæ, vel jubilæi, aut alicujus privilegij, vel potestatis ordinariæ in alia opera pia.

561. Dubium est 2. Circa vota ultramarinum, Castitatis, & Religio-

nis, qualia esse debeant, ut sint reservata Pontifici, in Bullaque excepta, & virtute illius non commutabilia? *æ. 1.* debere esse absoluta, & non conditionalia; si enim purè, & strictè conditionalia sint, v.g. *Voveo castitatem, Religionem, aut peregrinationem Hierosolymitanam, si ab hoc periculo liber evadam, si pater meus ex India redeat incolumis, & similia,* posunt virtute Bullæ, jubilæi, & aliorum similium privilegiorum commutari, non solum ante, sed etiam post impletam, & purificatam conditionem. *Nog. d. 21. à n. 250.*

562. Nota hic diligenter, si quis ita voveat; *Si pater meus incolumis redeat: si soror mea honeste nupserit: si ab hoc morbo evasero, promitto perpetuam castitatem, vel Religionem ingredi, vel ire Hierosolymam;* particulam *si,* vel posse significare conditionem, & facere hunc sensum: *Si prædicta mihi Deus concesserit, voveo castitatem, &c.* & tunc sunt vota conditionalia, & commutabilia per Bullam. Si autem particula *si,* ut aliquando contingit, non significet conditionem, sed tempus, & donotet illud, in quo dicta vota sint adimplenda, idemque valeat, ac particula *quando,* efficiendo hunc sensum: *Post reditum patris mei; quando mea soror honestè nupserit; quando convalesco, promitto castitatem, &c.* tunc, cum sint vota absoluta, pro determinato tempore exequenda, sunt reservata, & per Bullam, aliave privilegia



vilegia commutari non possunt. *Nog. ibidem n. 251.*

563 Resp. 2. dicta tria vota, ut per Bullam, & alia privilegia commutari non possint, debere esse absoluta, & non conditionalia pœnalia; si enim talia sint, v. g. *Voveo non ludere, & si lusero in pœnam promitto castitatem, vel Religionem, vel perigrinationem Hierosolymitanam.* Aut sic: *Nolo ludere, quod si ludam voveo castitatem, &c.* possunt virtute Bullæ, & aliorum privilegiorum commutari, si ve ante, si ve post pœnam incursum. *Nog. d. 21. à n. 240.*

564 Resp. 3. dicta tria vota, ut per Bullam commutari non possint [idem semper dictum intelligas de jubilæo, & Regularium privilegij] debere esse absolute, & simpliciter, si ve in totum de materia reservata; nam si quis emittat votum disjunctivum, cujus una pars sit reservata, altera non; v. g. servandi castitatem, aut jejunandi ter in hebdomada poterit tale votum virtute Bullæ commutari. *Nog. d. 21. à n. 269.* resolutionem intelligens 1. etiam in casu, in quo pars voti non reservata reddita sit impossibilis. 2. etiam in casu, quo vovens partem reservatam jam elegerit, dummodo illam de novo non promittat, sed sistat in proposito exequendi partem voti in materia reservata.

565 De materia autem non reservata, in quam S. Pontifex commu-

tavit votum reservatum, v. g. quando quis vovit Castitatem, aut Religionem, & à Pontifice obtinuit commutationem, in qua pro materia reservata castitatis, aut Religionis, vovendi imposuit materiam non reservatam, ut jejunia, preces, aut confessiones menstruas: Dicendum est posse virtute Bullæ commutari, maxime, si commutatio fuit facta à Pontifice pro foro interiori; quia illud votum solum erat reservatum ratione materiae castitatis, vel Religionis; jejunia vero, preces, & confessiones loco illius materiae subrogatæ non sunt materia reservata: ergo virtute Bullæ possunt commutari. *Nog. d. 21. à n. 277.*

566. Resp. 4. dicta tria vota, ut per Bullam commutari non possint, debere esse non solum libere, sed spontaneè emissa; unde, si sint emissa ex metu levi ab extrinseco per causam liberam incusso ad illa extorquenda, per Bullam commutari possunt. *Nog. d. 21. à n. 299.* De iisdem votis emissis ex metu gravi ab extrinseca causa libera incusso, hic non loquimur; quia jam supra n. 524. diximus ea esse invalida, & quæ proinde commutatione non indigent.

567 Igitur dicta tria vota tunc solum sunt reservata, & in Bulla, Jubilæo, & Regularium privilegij excepta, ut commutari non possint, quando sunt absoluta, non conditionalia, non pœnalia, totaliter de materia re-

servata, & omnino spontanea. Ratio pro his omnibus resolutionibus latius expensa à *Nog.* locis citatis est; quia votorum reservatio est odiosa, ac proinde restringenda: ergo solum intelligenda est de illis votis, quæ à principio in sua emissione fuerint perfecta, & elicitæ puro amore Castitatis, Religionis, aut visitandi loca sacra Hierosolymitana; & nullatenus est extédenda ad vota aliquo metu extorta, aut ad ea, quæ primo emissæ sunt cum imperfectione pœnæ fugiendæ, aut cõditionis expectandæ, & non puro amore Castitatis, &c.

#### A R T I C U L U S IV.

*Alia ad votorum reservatorum commutationem spectantia.*

568 **Q**Uæres adhuc I. An nomine votorum, quæ in Bulla excipiuntur, veniant juramenta Deo facta de iisdem materijs, ita ut virtute illius commutari non possint juramenta observandi Castitatem, ingrediendi Religionem, & perigrinationis Hierosolymitanæ? *R.* dicta juramenta (maximè; si fiant, ut plerumque fiunt, cum promissione rei juratæ, quidquid sit, an sine illa possint fieri) esse reservata, & in Bulla excepta in eisdem casibus, in quibus vota talia sunt; & non esse reservata, nec in Bulla excepta in casibus, in quibus vota talia non sunt. *Nog. d. 21. à*

*n. 265.* cohærenter ad superius dicta *n. 551.*

569 Quæres 2. circa votum Castitatis, An virtute Bullæ possit commutari, quoties aut non sit votum immediatum Castitatis, aut sit diminutum, idest, nõ obligans ad omnimodã castitatem? *R.* affirmativè (exceptis votis castitatis conjugalis emissis in aliquo Ordine Militari) unde potest commutari virtute Bullæ votum assumendi Ordines Sacros, quod immediate castitatis non est, sed cujusdam statûs, cui annexa est castitas, ite votum non nubendi, non peccandi cum virgine, aut uxoratâ, non fornicandi, non se polluendi, &c. Imo, quavis votum castitatis diminutæ ita sit per partes emissum, ut illæ partes simul sumptæ constituent perfectã, & integram castitatem, adhuc omnia, & quodlibet ex illis votis potest per Bullam commutari; quia omnia sigillatim, & per partes emissæ, sunt vota castitatis diminutæ; sicut tale est quoad tempus votum castitatis ad tres, aut decem annos, atque adeo per Bullam commutabile, nisi sit emissum ad tantum tempus, ut merito perpetuũ censeatur. Votum virginitatis, si sumatur præcisè pro primo actu luxuriæ, per quem virginitas deperditur, etiam virtute Bullæ commutari potest. At si non constet, an vovens voluerit promittere abstinẽtiam tantum à primo actu, tunc præsumitur votum fuisse integræ castitatis.

*Nog.*

*Nog. d. 21. à n. 226. qui à n. 232. alias resolutiones affert circa vota à conjugatis emissa, quæ ex dictis facile colliguntur.*

570 Quæres 3. circa votum perigrinationis Hierosolymitanæ, An virtute Bullæ commutari possit, quando emissum sit non ob devotionem visendi loca sacra, aut in subsidium Terræ Sanctæ, sed ob alium finem honestum, ac pium, v. g. ad ibi sua peccata cum viro Religioso, ac sancto confitenda, aut ad parenti suo ibi ægrotanti serviendum? R. posse; quia reservatio, cum sit odiosa, non est intelligenda, nisi de votis ob finem visitandi, aut subveniendi dictis locis; similiter commutari potest dictum votum quoad aliquas circumstantias, aut qualitates perigrinationis, v. g. si fuit perigrinationis pedestris, vel mendicando, vel sine magno comitatu, quia substantia, & non qualitates hujus voti reservantur. Votum vero applicandi debita incerta in subsidium Terræ Sanctæ; votum assumendi crucem in quacunque expeditione, quam Pontifex fecerit, & votum perigrinationis ad templum B. Virginis Lauretanæ, non sunt vota reservata, & propterea virtute Bullæ commutari possunt. *Nog. d. 21. à n. 304.*

571 Quæres 4. circa votum Religionis, An aliquæ qualitates, & circumstantiæ illius commutari possint virtute Bullæ? R. similiter affirmative, quia etiam hujus voti substantia est reservata, & non qualitates. Unde

commutari potest dictum votum quoad circumstantiam temporis à vovente præscripti, nempe, ut differatur illius executio. Item quoad circumstantiam Religionis strictioris in laxiorè; quia etiam hæc commutatio non est circa substantiam ipsius voti, sed circa circumstantiam annexam. Adhuc tamen hæc commutatio facienda est in eleemosynam ad subventionem locorum Africae, juxta dicta à n. 543. Potest etiam commutari votum perseverandi in Religione, prout contra distinguitur à voto illà ingrediendi, quod solum Pontifici reservatur. Itè votum ingrediendi Ordinem aliquem Militarem, qui solum voveat castitatem conjugalem; quia dubium est, an sit vera Religio; & in dubio non tenet reservatio. Idem à fortiori dices devoto ingrediendi aliquam congregationem à Sede Apostolica pro vera religione non approbatam. Non tamen est per Bullam commutabile votum ingrediendi Religionem ad probandum, num sibi placeat; quia ea conditio de jure inest ipsi voto, & illud non reddit conditionatum. *Nog. d. 21. à n. 311.*

572 Quæres 5. An virtute Bullæ commutari possint tria vota in illa excepta, 1. quando vovens per illa solum vult obligari ad veniale peccatum, & non sub mortali? 2. quando Episcopus ex urgente necessitate potest illa dispensare? 3. quando ab habete potestate dominativâ possunt irritari? R. ad

ad 1. posse; quia votū nō obligans sub mortali non est perfectū. *Nog. n. 236.*  
 R. ad 2. non posse virtute Bullæ, Jubilæi, aut per Regularium privilegia; quia jurisdictio, quæ delegatur cōfessarijs per Bullam electis non extenditur ad casus in ipsa Bulla exceptos, quanvis ad illos detur urgens necessitas; nam potestas delegata non extenditur ultra casus concessos, & à fortiori non extendetur ad expresse negatos. Quando autē dicitur confessarios per Bullam, aut Jubilæum, & Regulares per sua privilegia posse commutare vota, quæ Episcopus jure ordinario potest dispēfare, intelligēdū id est de votis, quæ ordinariē, & regulariter loquendo Episcopus dispēfare potest; nō vero de illis, quæ de tacita Pontificis licētia dispēnsat ex urgēti necessitate. *Nog. à n. 324.* R. ad 3. non posse; quia non recte infertur à potestate irritandi potestas cōmutandi, aut dispēnsandi vota; nam potestas irritandi fundatur in dominio, quod pater v. g. habet super voluntatē filij, quam potestātē dominativā Pontifex non tollit; sicut tollit jurisditionem spiritualē, quam Prælati inferiores, & confessarij per Bullā, Jubilæū, aut privilegiū haberent in subditos, ac pœnitentes ad commutanda, vel dispēnsanda illorū vota. *Nog. d. 21. sine.*

### C A P U T XXII.

*De Privilegio comedendi carnes, ova, & lacticia per Bullam concessa.*

573 **P** *Rætereæ* (inquit textus Bullæ) *indulgemus, ut dicto*

*anno durante carnes de consilio utriusque Medici temporibus jejuniorum, tam quadragesimalium, quam quorumcumque dierum totius anni vesci, ac pro eorum libito ovis, & lacticijs; ita quod, qui carnes comoderint, servata in ceteris jejunij Ecclesiastici forma dicto jejunio satisfecisse censeantur.*

574 Notanda hic in primis est differentia inter Bullam Lusitanam, & Hispanam; differunt enim 1. quia in Bulla Hispana, ut jam diximus n. 19. ubi conceduntur hæc privilegia *Omnibus, & singulis regnis, insulis, locis*, in quibus illa publicatur, additur clausula, *Et non extra illa.* In Bulla vero Lusitana non apponitur talis exceptio, aut restrictio. Unde semel accepto sūmario Bullæ Lusitanæ in loco habili, ubique terrarum, durante anno publicationis, possunt illud accipientes edere carnes de consilio utriusque Medici, ova, & lacticia, etiam extra Lusitaniam, v. g. in Italia, dummodo cesset scandalum, quod cessare poterit, declarando te habere Bullam Lusitanam, quæ sine limitatione loci, & temporis concedit privilegium.

575 Differūt 2. quia omnes sumētes sūmariū Bullæ Lusitanæ possūt in omnibus jejunijs quadragesimæ, & alijs extra illā pro suo libito vesci ovis, & lacticijs, quin ad id indigeāt cōsilio utriusq; Medici. At in Bulla Hispana hoc privilegiū nō cōceditur Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis nec alijs  
 Præ-

Prælati inferioribus, nec Regularibus, nec Prebyteris sæcularibus, nisi sint sexagenarij, vel Ordinū Militariū Regulares; his tamē, licet non omnibus, succurritur per aliā Bullā, erogata alia eleemosyna, pro diebus quadragesimæ usque ad Maiorem Hebdomadam; quæ tamen secunda Bulla vigorē etiam non habet extra Hispaniam. *Nog. d. 22. n. 2. n. 24. & n. 120.*

## ARTICULUS I.

*De privilegio edendi carnes de consilio utriusque Medici.*

576 **D**ubium est 1. Quid concedatur in Bulla circa esum carniū supra jus commune, & consuetudinem universaliter receptam? *℞.* concedi 1. edere carnes diebus jejuniij tam intra, quam extra quadragesimam, quando datur dubium, an liceat illas comedere; tunc enim de consilio utriusque Medici licet illas comedere, quin recurrendum sit ad Episcopum, aut Vicarium ejus, aut ad Parochum pro dispensatione. Addunt aliqui minorem requiri causam ad comedendas carnes virtute hujus privilegij, quam requiretur sine Bulla. Conceditur 2; quod ille, qui ex consilio utriusque Medici vescitur carnes in diebus jejuniij, servando in reliquis formam jejuniij (id est, comedendo semel præter collationem serotinam) censetur implere præceptum jejuniij, & per consequens mereri, sive satisfacere, ac si re vera jejunaret. *Nog. d. 22. à n. 6.*

577 **D**ubium est 2. Quid in dicto privilegio veniat nomine *Utriusque Medici?* *℞.* venire Confessarium, qui est Medicus spiritualis, & Medicum corporalem. Constat ex summario Lusitano. Confessarius debet esse actu approbatus ab Ordinario; potest tamen dare consilium etiam extra confessionem, & quanvis non sit Confessarius proprius. Per Medicum corporalem intelligitur, qui corporibus medendis deputatus est; etiam si non sit Doctor, nec scientiam Medicinæ profitens, sed homo, vel etiam mulier in medicandis ægrotis experta. *Nog. d. 22. à n. 12.*

578 **D**ubium est 3. An privilegium ad comedendas carnes in diebus jejuniij (ut dicitur in textu Bullæ) extendendum sit ad dies Dominicas Quadragesimæ, ad ferias sextas, & sabbata totius anni, nec non ad dies Rogationum? *℞.* affirmativè ex *Reg. Cui licet, quod est plus, licet utique, quod est minus. de Reg. jur. in 6.* quæ regula valet, quando maius, & minus sunt ejusdem generis. *Nog. d. 22. n. 11.*

579 **D**ubium est 4. An dispensatus ad carnes, & pro suo libito aliquo die jejuniij eas non comedens, teneatur eo die jejunare? *℞.* 1. si dispensatio fuit facta ratione infirmitatis, aut debilitatis, non teneri eo die jejunare; etiam si jejunium ejus saluti conducere; quia, ut suppono, adhuc in eo existit debilitas, aut infirmitas, quæ cum à jejunio excusat. *℞.* 2. ut probabilius,

lius, teneri ad jejunium eo die, quando fuit dispensatus ad carnes ob præfervationem alicujus infirmitatis futuræ, & non ob virium debilitatem, aut infirmitatem præsentem; quia tunc fuit dispensatus ad carnes vescendas, ut ex bono nutrimento evitaret infirmitatem futuram: ergo, si ex comestione piscium, seu ovorum non habet nutrimentum carni, & habet vires ad jejunandum, ad id tenetur; quia cessat finis dispensationis. *Nog. d. 22. à n. 25.*

580 Dubium est 5. An virtute Bullæ dispensatus ad carnes teneatur illas comedens jejunare, si dies jejunij sit? Ratio dubitandi oritur ex clausula Bullæ, in qua dicitur comedentes carnes in diebus jejunij de consilio utriusque Medici satisfacere jejunio, si in cæteris fervent illius formam. *R. 1.* non teneri jejunare, si dispensatus fuit ratione debilitatis, aut infirmitatis præsentis propter dicta *n.* antecedenti in prima responsione. *R. 2.* ut probabilius etiam non teneri ad jejunium, si fuit dispensatus ob præfervationem infirmitatis futuræ, quia pisces illi erant nocivi; quia abstinentia à carnibus est de essentia jejunij. Et quanvis per Bullæ privilegium possit jejunio satisfacere, servando illius formam, ad id tamen non obligat privilegium. *Nog. d. 22. à n. 34.*

581 Dubium est 6. An dispensatus ad carnes pro diebus prohibitis possit etiam comedere nocivas, & si-

mul cum carnibus pisces? *R. 1.* posse etiam comedere carnes nocivas, quin peccet contra legem jejunij, aut abstinentiæ à carnibus; quia hæc lex cessat per dispensationem. Peccabit tamen contra præceptum naturale temperantiæ, utendo cibo salutis suæ nocivo graviter, vel leviter juxta quantitatem cibi, aut nocumenti corporalis. *R. 2.* (præciso aliquo statuto, quod id prohibeat) posse cum carnibus simul comedere pisces absque peccato contra legem aliquam Ecclesiæ; quia nulla datur prohibens simultaneam carnis, & piscis comestionem. Quod si pisces ei noceant peccabit contra præceptum naturale temperantiæ juxta dicta in 1. responsione. Caveat tamen, nè per id alios scandaliset. *Nog. à n. 46.*

## A R T I C U L U S II.

*De privilegio edendi ova, & lactinia.*

582 **A**D prænosceda, quæ contra jus commune per hoc Bullæ privilegium concedantur, quæres 1. An ova, & lactinia sint ipso jure prohibita sub mortali in jejunijs quadragesimæ? Affirmat *Nog. d. 22. à n. 60.* & pro hac sententia, quam dicit communem, stare dicit septem supra 30. DD. præter plures alios, quos suo numero 63. citatos adducit. Præcipuum illius fundamentum desumitur ex capite *Denique 6. Dist. 4. juncto c. Cum dilectus de consuetudine.*

etudine. De probabilitate contrariæ sententiæ, quam proponit ibidem à n. 54. nihil ipse statuit.

583 Nihilominus ova, & lacticia non prohiberi in jejunijs quadragesimæ sub mortali, sed ad summum sub veniali, tenuere Academia Conimbricensis, & Eborensis DD. omnes ferè Episcopi hujus Regni, celebriores DD. & Magistri Salmanticensis, & Complutensès, & plures quos refert *Fagund.* cum alijs ab ipso *Nog. cit.* quorum sententiam, saltem ob DD. auctoritatem probabilem dicit *Mend. in stater. Opin. benign. Dissert. 8. q. 3. n. 14.* Et *P. Bened. Pereyr. in Prompt. tract. 35. n. 752.* licet contrarium probabilius dicat, hanc sententiam, ut probabilem proponit. Nec inquit, obstat huic probabilitati decretum Alex. VII. anno 1665. damnantis hanc propositionem: *Non est evidens, quod consuetudo non comedendi ova, & lacticia in quadragesima obliget; quia citati AA. admittunt aliquam obligationem, nempe sub veniali.*

§ Adde, quod aliud est loqui de jure communi scripto, de quo hic, aliud de jure non scripto, sive consuetudine, de qua infra. Deinde in d. c. *Denique* dicitur ibi: *Par autem est, ut, quibus diebus à carne animalium abstinemus, ab omnibus, quæ sementinam carnis trahunt originem, jejunemus, id est, à lacte, casteo, & ovis.* Dictio autem *par est*, non importat præceptum, sed proponit quod justum, æquum, &

conveniens est. Et propterea *Pasqual. à Nog. cit.* asserit in d. c. nullum etiam ad veniale obligans dari præceptum de abstinentia ab ovis, & lacticijs in jejunijs quadragesimæ.

584 Quæres 2. an ex ipso jure communi sint prohibita ova, & lacticia in diebus Dominicis quadragesimæ? Ut probabilius affirmat *Nog. d. 22. à n. 67.* Negativa tamen sententia est valde probabilis, tum propter dicta n. antecedenti; tum quia responsio Pontificis in d. c. *Denique* fuit pro diebus jejuniij in quadragesima, de quibus fuerat interrogatus. Tum denique; quia quanvis olim per dies quadragesimales intelliguntur etiam Dominicæ, jam hodie non intelliguntur, quia olim (ut notavit *P. Bened. Pereyr. in Promptuar. tract. 41. n. 1412.*) incipiebat quadragesima à 1. Dominica. At Greg. XIII. à quadragesima subtraxit Dominicas, & loco illarum addidit quatuor dies Dominicæ quinquagesimæ, & duos ex hebdomada Sancta.

585 Quæres 3. An ex vi juris communis, ova, & lacticia sint prohibita in jejunijs extra quadragesimam? Licet aliqui affirmant, resolutio negativa est communissima inter DD. & ut talis traditur à *Nog. d. 22. n. 77.* Et deinceps ex ea deducit etiam non esse prohibita ferijs sextis, & sabbatis per annum, neque in tribus rogationū diebus.

586 Quæres 4. An ova, & lacticia,

cinia, ex vi consuetudinis sint prohibita in jejunijs quadragesimæ. R. esse prohibita in locis, in quibus detur cōsuetudo illa non comedendi. Nam certum omninò est dari consuetudinem abstinendi ab ovis, & lacticijs in jejunijs quadragesimæ; hæc tamen hodie non viget in omnibus Provincijs, & Dioccesibus. Quod detur, constabit ex quæst. sequenti. Quod non vigeat in omnibus Dioccesibus, patet, quia non viget in Diocesi Ægyptanens. vulgo *Guarda*, constat ex alius Constit. lib. 2. tit. 2. c. 3. De Eborensi id testatur *Abreu, Sebast. à Cost. & P. Beued. Pereyr.* De Vilenfi id docet *Fagund.* ob penuriam pisciū. Et idem ob eandem rationem affirmari posset de Mirandensi. De Principatu Asturiarum, Galleciæ parte, Brittania, Germania, Indijs Occidentalibus, & Belgio, exceptis paucis diebus, idem affirmant alij. *Nog. d. 22. à n. 80.*

587 Quæres 5. An evidens sit, consuetudinem non comedendi ova, & lacticia in quadragesima, obligare? Resp. affirmativè; nam hæc propositio: *Evidens est, quod consuetudo non comedendi ova, & lacticia in quadragesima obliget,* est contradictorie opposita alteri propositioni ab Alex. VII. damnatæ, quæ sic habet: *Non est evidens, quod consuetudo non comedendi ova, & lacticia in quadragesima, obliget.* Sed hæc propositio est falsa; ergo illa est vera.

588 Ex hac resolutione, & evidenti illius sequitur, si alicubi detur consuetudo non comedendi ova, & lacticia in Dominicis quadragesimæ, non esse licitum illa edere, etiam si ipsum jus id non prohibeat juxta probabiliter dicta n. 584. Quod si ex ibidem dictis teneas Dominicas non esse dies quadragesimales, de quibus procedit damnatio, adhuc

569 Ratio sequelæ est; quia cōsuetudo ipsa, sicut habet vim ad abrogandam legem, & deobligandum à jure humano, quod datur, ita habet vim ad inducendam legem, & jus, quod obliget. Et propter eandem rationem si detur consuetudo legitime præscripta abstinendi ab ovis, & lacticijs in jejunijs extra quadragesimam etiam obligabit. Et propterea *Bonac. d. ult. de præcept. Ecclesiæ. q. 1. p. 2. n. 2.* ait comedentem Romæ ova, & lacticia in jejunijs extra quadragesimam graviter peccare; quia hujusmodi cōsuetudo ibi recepta est. *Nog. d. 22. à n. 90.* Hæc tamen consuetudo pro jejunijs extra quadragesimam, licet detur Romæ, in Lusitania, saltem quoad prandium non datur. Quare hic locū habet: *Dum fueris Romæ, Romano vivito more; dumque alibi fueris, vivito, sicut ibi.*

590 Quæres 6. an consuetudo nō comedendi ova, & lacticia in quadragesima, in locis, in quibus adhuc viget, obliget sub peccato mortali? an sub veniali? R. 1. si in aliquo Episco-



piscopatu, seu Provincia certò cõstet per declarationem Prælatorum, aut usu talem consuetudinem, solû obligare sub veniali, aut obligare sub mortali, id de quo constet omninò tenendum est. Nam si dicta cõsuetudo potest obligare in una Diocesi, in qua viget, & non obligare in alia, in qua non viget, ut ex dictis patet, etiã poterit in una obligare solum sub veniali, & in alia sub mortali; si cum ea diversitate pro illis Diocesibus usu sit recepta, aut à Prælatis approbata. *Nog. d. 22. n. 118.* in quo re ipsa amplectitur sententiã *Gobat.* quã proposuerat *n. 112.*

591 R. 2. ut probabilius si constet de consuetudine prædicta, & non constet certo, sed dubium sit sub quo peccato obliget, dicendum est obligare sub mortali. Patet; quia ex Pontificia damnatione adducta *n. 587.* constat evidenter eam consuetudinem, ubi datur, & viget, obligare; sed dato præcepto, & posita consuetudine obligante, ejus gravitas, vel levitas ex objecto, sive materia colligitur: ergo cum abstinentia ab ovis, & lacticiis sit materia gravis, præceptum, & consuetudo de illa graviter obligabunt *Nog. d. 22. n. 113.*

592 R. 3. ut probabile, ubi nõ cõstet dictam consuetudinem obligare sub mortali ( ut revera constare non videtur apud Lusitanos) eam obligare solum sub veniali. Ita cum alijs *Fag. & Pal.* qui contrarium absolute

sequitur *tom. 7. tract. 30. d. 3. punct. 2. §. 1. n. 9.* Et post damnationem Pontificiam propositionis: *Non est evidens, quod consuetudo non comedendi ova, & lacticia in quadragesima, obliget.* Eandem sententiam, ut probabilem sustinent locis supra citatis *n. 583.* Imo ipse *Nog. n. 115.* ingenue contra *Moyam* fatetur hanc sententiam sub Pontificia damnatione non comprehendi. Nam Pontifex, inquit, non exprimit obligationem, sub qua consuetudo obliget, sed tantum obligare: ergo cum damnatio sit odiosa, absque punitio- nis timore ad obligationem sub veniali restringi potest; sicut à multis restringitur ipsum jus scriptum juxta dicta *n. 583.*

593 Suppositis verò, quæ à *n. 582.* resoluta manent, manifestum jam est quid per Bullam concedatur in privilegio edendi ova. Dicendum enim est omnibus accipientibus Bullam Lusitanam pro anno durationis illius concedi privilegium comedendi ova, & lacticia in diebus jejunijs, quibus ex jure, aut consuetudine sint prohibita, idque ubique terrarum, & pro suo libito, quin ad id indigeat cõsilio utriusque Medici. Et quanvis Bulla loquatur solum de diebus jejunijs, intelligendum est privilegium etiam de Dominicis Quadragesimæ (si fortè in illis prohibentur, de quo *n. 584. & 588.*) ut in simili diximus *n. 578.*

594 Dubiũ est 1. quid veniat no-

mine *Ovorum*, & *lacticiniorum*? *R.* 1. nomine *ovorum* venire etiam illa, quæ non nata vocantur, & adhuc intra gallina inveniuntur, imò etiam ovicula illa exigua, instar acini, quæ sunt affixa illi nervorum racemo, quia omnia hæc sunt in substantia ova, & ejusdem naturæ cum ovis natis, & perfectis. Racemus autem, cui ova sunt affixa, carneus est, & nomine *ovorum* non venit. *R.* 2. nomine *lacticiniorum* venire lac ipsum, & omnia illa, quæ ex lacte sunt confata, ut caseus, butyrum, &c.

595 Circa usum sagiminis, vulgo *unto de porco* nullum in Bulla conceditur privilegium, nisi ad illud applices, quod ad carnes comedendas de consilio utriusque Medici conceditur. Potest tamen liberè edi in diebus prohibitis in locis, ubi sit consuetudo illud comedendi, id tamen non erit privilegium Bullæ, sed ex consuetudine id introducente, ut in Portugallia in Provincia Interamnenfi, saltem extra quadragesimam. *Nog. d. 22. à n. 127. qui n. 128.* ad finem cum *Leand. Graff. & Laym.* probabile esse ait licitum esse usum sagiminis in diebus, quibus esus carnis est prohibitus, in Regnis, & oppidis, in quibus est penuria olei, & alij non suppetunt cibi, præter herbas, & legumina. Addit *Gobat tom. 2. tract. 5. c. 23. n. 226.* licitum esse illius usum ex consuetudine, & auctoritate DD.

596 Dubium est 2. An pueri an-

te septenium, pauperes, agricolæ, iter agentes possint comedere ova, & lacticinia in jejunijs quadragesimæ, absque Bullâ? *R.* 1. pueros, si jam habeant usum rationis, indigere Bulla; quia lex Ecclesiastica quoad culpam (licet non quoad pœnas, nimirum cœsuras) obligat omnes habentes usum rationis. Quod si ante septenium dubitetur de usu rationis, Bulla non indigebunt, maxime verò, si post septenium sit dubium. *Nog. d. 22. à n. 141.*

598 *R.* 2. posse comedere ova, & lacticinia sine Bulla, 1. pauperes ostiatim medicantes, si alijs cibis careant. 2. agricolas, & alios pauperes in locis, ubi non sunt pisces, vel si sunt, quando propter illorum penuriã, magno pretio stant, & ad illos emendos pecuniã non habent; & hoc verum habet, etiam si habeant herbas, & legumina, quia hoc per cõtinuos quadragesimæ dies sufficiens alimentum non est, licet tale sit ad unum diem. 3. iter agentes, etiam divites, si in itinere non inveniunt pisces, quos emant. 4. habentes duas fistulas, vulgo *fontes*, quia ex usu piscium possunt timere inflammationem, & similiter qui aliquod detrimentum ea de causa experti sunt. 5. Musici, & Cantores, ut vocis suavitate, & integritate conservent. De regularibus, qui non habent sufficiens alimentum ad jejuniũ, licet panem, legumina, & fructus habeant, idem videtur dicendum, ac de alijs pauperibus. *Nog. d. 22. à n. 148.*

## CAPUT XXIII.

*De Commissarij Bullæ Cruciatæ facultatibus.*

**C** Aput hoc, & sequens 24. prorsus omittere decreveram; quia quæ in *disp. 23, & 24.* tractat *Nog.* nõ tã ad Confessarios, ad quorum utilitatem hæc scribimus, quam ad Cõmissariũ, & Cruciatæ Ministros spectant. Ne tamen in hoc Compendio capitũ numerus deficiat à numero disputationum apud *Nog.* per summa capitum aliqua, ex utraque disputatione attingam.

599 1. igitur facultas Commissario concessa est inquirendi de Ordinarijs locorum non applicantibus pœnas pecuniarias ad Bullam, & contra eos procedendi per hæc verba: *Eique facultatem tribuimus, ut liberè, & licitè possit super huiusmodi pœnis ab Ordinarijs impositis inquirere, & contra eos, qui in præjudicium huius elemosynæ aliquid fecerint, procedendi.* Et immediatè ante præcipit Pontifex in virtute obedientiæ locorum Ordinarijs applicare huic pio operi omnes pœnas pecuniarias etiam loco corporaliũ, durante anno Bullæ, ab ipsis erogandas, seu exigendas. De hac facultate, in qua nostra ab Hispana Bulla aliquantulum differt, agit *Nog. d.*

23. *sect. 1. 2. & 3.*

600 2. facultas, ad dispensandum in Irregularitate per hæc verba in Bulla conceditur: *Ac etiam super irregularitate per eos, qui quibusvis Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis ligati, Missas, & alia Divina Officia, non tamen in contemptum Clavium, celebraverint, quomodolibet cõtracta. Quodque in Ordinibus per eos alias tamen ritè susceptis ministrare libere, & licite valeant, dispensare, omnemque inhabilitatis, & infamiæ maculam inde provenientem abolere.* De hac facultate etiam in Bulla Hispana non sine discrimine concessa agit *Nog. d. 23. sect. 4. & 5.*

601 Tertia facultas immediatè post antecedentem Commissario cõceditur per hæc verba: *Et super indubitata perceptione fructuum Ecclesiasticorum propterea facta etiam componere.* De hac tamen facultate cõmodius agendũ infra c. 25. de Bulla Cõpositionis.

602 4. facultas in Bulla Commissario concessa est ad suspendendas alias gratias, & indulgentias, & habetur ibi: *Et ad effectum præmissorum duntaxat, omnes similes, aut dissimiles indulgentias, ac peccatorum remissiones à nobis, & dicta Sede, vel ejus auctoritate, quibusvis Ecclesijs, Monasterijs, Hospitalibus, Pijis locis, Universitatibus, Confraternitatibus, & singularibus personis in Regnis, & dominijs prædictis etiam Basilicæ Principis Apostolorum*  
de

de Urbe; etiam si clausulas aliquas contra suspensionem huiusmodi facientes continerent: ita ut interim, quæ publicatæ fuerint etiam communiter, vel diuisim nulli hominum suffragari; sed nec sub pœnis pecuniarijs, ac etiam cum invocatione auxiliij brachij secularis prædicari, aut alias publicari, nec alia quævis, præterquam pro subventionem manutentionis militum huiusmodi suffragia postulari possint ad dictum triennium [lege ad dictum annum ex concessione Pauli V.] duntaxat suspendere... Non obstantibus, &c. Præterquam facultates concessas Mendicantium Ordinum Superioribus, quoad suorum Ordinum fratres.

603 De hac facultate agit *Nog. d. 23. à sect. 6.* Et ibidem *n. 58.* advertit indulgentias, gratias, & facultates à Commissario suspensas, ab eodem revalidari pro illis, qui Bullam acceperunt, ita ut statim post Bullæ acceptationem, possint illis indulgentijs, gratijs, & facultatibus frui; perinde ac si suspensæ non fuerint. Habere autem Commissarium ad id facultatem ibidem, & eadem *disp. n. 265.* probat *Nog.*

604 Deinde *sect. 7. à n. 63.* docet 1. Non suspendi à Commissario privilegia in corpore juris incerta, vel consuetudine introducta, sive sint similia, sive dissimilia illis, quæ in Cruciatâ conceduntur. Docet 2. *sect. 8. à n. 73.* nec suspēdi indulgētias, & facultates ab Episcopis concessas; nec

facultates, quas habent Episcopi publicandi indulgentias, quas jure communi, & potestate ordinaria concedere, aut publicare possunt; nec etiam per Bullam Lusitanam suspendi indulgentias partiales, ut 40. septem, quatuor annorū, & similes. Secus inquit, dicendum de Bulla Hispana ibidem *n. 80.*

605 Docet 3. *sect. 9. à n. 81.* non suspendi à Commissario, atque adeo sine Bulla lucrari posse Jubilæum duplicis hebdomadæ. Et à *n. 85.* idem tenet de indulgentijs concessis Granis benedictis, Imaginibus, Calculis, Rosarijs, Crucibus, Numismatibus sacris, &c. Ratio utriusque partis est, quia Commissario conceditur facultas suspendendi indulgentias locis particularibus, & singularibus personis concessas. Dicitur verò Jubilæum non conceditur locis particularibus, nec singularibus personis, sed omnibus Christi fidelibus. Deinde alię indulgentiæ, cum sint immediatè affixæ Coronis, Rosarijs, Granis, &c. non dicuntur concessæ singularibus personis, sed dictis Rosarijs, &c. immediatè; & mediantibus illis, sive per usum illorum personis, non aliquibus singularibus, sed omnibus fidelibus sub conditione habendi dicta Rosaria, Coronas, &c. Alia circa huiusmodi indulgentias, vide apud cit. *Nog. à n. 90.*

606 Docet 4. *Seçt.* 10. à n. 95. non suspendi à Commissario jubilæa concessa Diœcesi Ulyssiponensi in festiuitatibus Natalitij Domini, Spiritus Sancti, Assumptionis B. Virginis, Omnium Sanctorum, & in earum octauiis. Et idem dictum habeas de alijs similibus jubilæis, & eorum facultatibus, quæ, ut hæc, non conceduntur locis particularibus, v.g. Ecclesijs, Monasterijs, Sacellis, Oratorijs, pijs locis, hospitalibus, &c. Nec personis singularibus, sed cōceduntur omnibus, & singulis fidelibus, qui in aliqua Civitate, Diœcesi, vel Regno commorantes hæc, vel illa opera pia fecerint.

607 Docet 5. *Seçt.* 11. à n. 112. etiam non suspendi à Commissario gratiam liberandi animam à Purgatorio Altari privilegiato concessam, ideoque posse sine Bulla indulgentiâ pro anima defuncti lucrari, quod bene probat à n. 116. Quia tamen contraria sententia, quam proponit n. 110. est probabilis, ea admissa, quæres ad liberandam animam à Purgatorio per Missam in Altari privilegiato, quisnam Bulla indigeat? Qui celebrat, an qui facit celebrare? An uterque? & ut probabilius solum celebrantem Bulla indigere, quia solus celebrans, & non qui facit celebrare, lucratur indulgentiam pro defuncto Altari concessâ, quod ex formula concessionis bene probat *Nog. n.* 120.

608 Docet 6. *Seçt.* 12. à n. 121. circa exceptionem Regularium à suspensione suarum facultatum quoad fratres, docet, inquam, facultates Regularium esse in triplici differentia. In 1. continentur Indulgentiæ ipsi a SS. Pontificibus concessæ. In 2. quæ illis, & eorum Ecclesijs sunt impertitæ pro omnibus Christi fidelibus. In 3. facultates, & privilegia, quæ immediatè in favorem Religionis tantummodo sunt concessa. Notat deinde circa 1. differentiam Paul. V. anno 1606. evocasse omnes, & singulas Indulgentias per antecessores suos concessas Regularibus cujuscunque instituti, & sexûs.

609 At loco abrogatarum alias de novo concessit, inter quas octo sunt plenariæ, nimirum 1. in die ingressus, 2. in die professionis. 3. in festo principali sui Ordinis. 4. in mortis articulo. 5. si per decem dies vacent spiritualibus exercitijs. 6. in celebratione primæ missæ, tam ipsi celebranti, quàm Religiosis, qui pariter confessi, ac communione refecti eidem missæ interfuerint, aut ipso die missam celebrabunt. 7. cum ad fructificandum, in terras infidelium proficiscuntur, pro duabus vicibus, videlicet quando itineri se accinxerint, & quando destinatam Provinciam ingressi sunt. 8. cum superior in visitatione generali orationes 40. horarum collocare valuerit pro bono visitationis progressu.

610 His plenarijs indulgentijs, aliam adde, quę his verbis conceditur: *Fidem Religiosi intra claustra viuentes, qui suam Ecclesiam deuotè visitauerint, & ut præfertur, orauerint, consequentur easdem indulgentias, quas visitando Ecclesias Urbis, & extra eam diebus stationum consequuntur in omnibus diebus perinde ac si ipsas Urbis Ecclesias visitassent.* Pro hac stationum indulgentia vide dicta n. 186. Quatuor alię Indulgentię conceduntur Regularibus a Paulo V. sed sunt partiales. Omnes autem adducit *Nog. d. 23. n. 124.* eisdem verbis, quibus in Bulla Pontificia conceduntur; & inde petenda sunt opera pro singulis lucrandis iuncta. Notat deinde cit. *Nog. n. 128.* à Paul. V. solum revocari indulgentias directè, & immediatè Regularibus concessas, & non quę promiscuè concessę sunt Regularibus, & sæcularibus, aut eorum Ecclesijs pro sæcularibus. Sciendum etiam est nullatenus posse substineri propositionem hanc: *Indulgentię concessę Regularibus, & reuocatae à Paulo V. hodie sunt revalidatę.* ut pote quę damnata est ab Alex. VII. Et his circa Regularium indulgentias præmissis,

611 Docet 7. *Nog. d. 23. Sect. 13.* & ut certum asserit à n. 133. non suspendi à Commissario indulgentias à Paulo V. Regularibus concessas, & si quę alię ab ipso, aut à successoribus eisdem postea concessę sunt. Ra-

tio illi est, quia huiusmodi indulgentię non sunt concessę Ecclesijs, Monasterijs, Hospitalibus, Pijis locis, Universitatibus, Confraternitatibus, aut singularibus personis, sed sunt concessę Religionibus, Religioso statui, & omnibus utriusque sexus Religiosis cuiusvis Regulę approbatę, ut loquitur Bulla concessionis apud *Nog. n. 136.*

612 Confirmat ex Epist. R. P. Claudij Aquaviva Societatis nostrę Prepositi Generalis ad P. V. Provincialē Emmanuelem de Sequeira ibi: *Entendemos haver ay algunos Padres que tienen para sy, que la Bulla de la Crusada impida nuestras indulgentias, y privilegios. Hisimos estudiar esta duda, y consultamos al Cardenal Contarelo, que entonces era Datarario, y respondiò que la Bulla nõ quitava, ni revocava las gracias concedidas a qualquier Religion, mas que solamente las concedidas à Monasterios, Lugares pios, y personas particulares, assi Reglares, como Seglares. De modo que los nuestros gozan de nuestras indulgentias, y privilegios assi para consigo personas, como para las de fuera, en aquello, en que tenemos privilegio, como en absolver, &c. de la misma manera, como si nõ huviera Bulla de Crusada, &c.*

613 Docet 8. *Sect. 14. à n. 147.* ut probabilius, suspendi indulgentiam personalem cuiusque Religioso, etiam mendicanti concessam, quia est indulgentia singulari personę concess-

cessa. Limitat, nisi talis Indulgentia concessa fuerit pro mortis articulo, juxta declarationem Urban. VIII. pro anno Sancto. Docet 9. à n. 152. Indulgentias, & Jubilæa concessa Monasterijs, & Ecclesijs Regularium pro omnibus illas in certis diebus visitantibus suspendi quidē quoad sæculares, non suspendi tamē quoad Regulares mendicantes, propter exceptionem ex eadem Bulla adducta n. 602. *fine.*

614 Docet 10. *Sect.* 15. à n. 160. non suspendi à Commissario privilegia Regularibus concessa ad absolvendum sæculares ab aliquibus reservatis, & ad dispensanda, aut commutanda vota. Ratio est eadem, quæ habetur n. 611. & sæpè alibi, quia etiam hæc privilegia conceduntur toti Ordini Religioso, & non determinatis locis, aut personis singularibus. Confirmatur ex Epist. P. Claud. n. 612.

615 Docet 11. *Sect.* 16. & 17. à n. 165. non suspendi à Commissario facultates, gratias, & privilegia concessa Ordinibus non Mendicantibus, sive virorum, sive Monialium, si tales Ordines communicent cum mendicantibus in suis privilegijs [ ut ferè omnes Religiones communicant ] secùs dicendum, si cum Mendicantibus non communicent, quia tunc privilegio exceptionis in Cruciatâ concessa Mendicantibus nō gaudēt.

§ Unde gaudere non possunt, si

Cruciatam non habeant, indulgentijs concessis suis Ecclesijs, aut Monasterijs, seu quibuscunque alijs locis determinatis ad instantiam suorum superiorum, quæ tamen juxta dicta n. 613. licet suspendantur pro sæcularibus, non suspenduntur pro Mendicantibus, aut cum illis communicantibus, si concessæ sint ad instantiam superiorū Mendicantium. *Nog. d. 23. n. 146.* Et idem dictum habeas de similibus. Alijs verò indulgentijs, privilegijs, & facultatibus concessis Religioso statui, aut omnibus utriusque sexus Religiosis gaudere poterunt dicti Ordines, licet cum mendicantibus non communicent absque Bulla Cruciatæ, quia hæc quoad nullos Religiosos suspenduntur propter dicta n. 611. & 614. *Nog. d. 23. n. 170.*

616 Docet 12. *Sect.* 18. à n. 177. nomine *Fratrum* in exceptione pro Mendicantibus venire omnes Religiosos Ordinum Mendicantium etiā si non sint solemniter professi, ut non sunt in Societate, qui finito biennio Noviciatus tria vota substantialia emittunt; sed simplicia, quia sunt vere Religiosi ex declaratione Gregorij XIII. Veniunt etiam novitij, qui in favorabilibus veniunt nomine Religiosorum. Et per communicationem veniunt nomine *Fratrum*, Moniales professæ, & Novitiæ Ordinum Mendicantium, imò & non Mendicantiū, si cum Mendicantibus communicēt

juxta dicta n. antecedenti. Quæ verò alię indulgentiæ publicari, aut quæ eleemosynæ peti durante anno Bullę à Commissario prohibeantur? Vide apud *Nog. Sect. 19. à n. 183.*

## A R T I C U L U S II.

### *De alijs Commissarij facultatibus.*

617 **Q**uinta facultas commissario concessa est ad subdelegandos *Alios commissarios ad singulas hujusmodi Provincias per Ordinarios locorum, quorum etiam conscientias oneramus, prævia matura deliberatione approbandos, cum simili, aut limitata facultate; ac etiam pro collectione pecuniarum constituere. Notarios item, quorum opera utendum erit ab ipsis Ordinarijs, in quibus illi deputandi erunt, itidem approbandos, vel jam approbatos deputare. Tabelliones, ac quoslibet alios ad exhibitionem quorumcunque instrumentorum, aut scripturarum ad hoc negotium pertinentium compellere, & quibus inhibendum erit, etiam inhibere.* De hac facultate agit *Nog. Sect. 20. à n. 189.*

618 Sexta facultas est eligendi ad publicationem Cruciatę, *Non nisi probos, & idoneos Prædicatores, Presbyteros sæculares, vel Ordinum etiam mendicantium Regularis observantię professores, ex his, qui à locorum Ordinarijs approbati, & si Regulares fuerint, per eundem commissarium à Pro-*

*vincialibus singulorum Ordinum hujusmodi petendos, & recipiendos &c.* Et post alia, quæ Provincialibus, & Prædicatoribus electis in virtute Sanctę Obedientię injungit, addit: *Postremò Auditores ad prædicta per prædicatores hortari permittimus, ut clarè intelligant nos neminem ad quidquam præstandum, vel elargiendum cogere, sed tantummodo eorum devotivem, & charitatem ad id excitare, hortarique, & rogare.* De hac facultate agit *Nog. Sect. 21. à n. 203.*

619 Septima facultas est ad suspendendum interdictum, ibi: *Quod si locus, ubi publicatio hujusmodi faciendæ erit, subjaceat interdicto, commissarius ipse illud octo ante dierum spacio suspendere.* De hac facultate agit *Nog. Sect. 22. à n. 208. & à n. 218.* Contra *Mend.* benè docet Commissarium Generalem, tam Bullæ Lusitanæ, quàm Hispanæ, non posse suspendere interdictum generale personale comprehendens omnes Incolas Civitatis, oppidi, aut Parochię, ubi Bullæ publicatio est faciendæ; quia in utraque Bulla commissario solum conceditur posse suspendere interdictum locale. Unde in dictis locis, in quibus detur tale interdictum personale, non potest publicari Bulla, nisi illud prius à potente suspendatur; quia processio sollemnis, in qua consistit publicatio Bullæ, venit nomine officiorum Divinorum, quibus interesse prohibentur personali-  
liter



liter interdicti, quæ omnia latius profequitur *Nog. cit. Sect. 22.*

620 Octava facultas est ut Commissarius Generalis, & alij ab eo deputati compellere possint, etiam per censuras, & pœnas Ecclesiasticas habentes scripturas, pecuniam aut aliquid aliud, quod ad hoc negotium principaliter, vel secundario pertineat, ut debeant, sicut habuerint, statim, cum copiam Commissarij, aut ab eo deputati, habere poterunt, omnia ipsi Commissario, vel deputato propalare sub eisdem pœnis pecuniarijs, & in subsidium censuris, quas Episcopi, & alij maiores Prælati, suspensionis à Divinis, & interdicti ingressus Ecclesiarum; alij vero omnes excommunicationis latæ sententiæ, ipso factò, incurrant, quas solus Romanus Pontifex, excepto mortis articulo, valeat relaxare. Declarantes hos tales, si scienter aliquid prædictorum retinuerint, nullo modo harum litterarum, & gratiæ privilegio frui posse. De hac facultate agit, & alius clausulas explicat *Nog. Sect. 23. à n. 228.*

621 Nona facultas est circa causas cæptas, & pendentes, quando expirante anno, alia non succedat Bulla, ibi: *Expleto autem triennio [juxta Pauli V. concessionem lege expleto anno] prædicto, volumus pariter gratias prædictas, & indulta omnia prædicta expirare; nihilque penitus ipsarum vigore fieri;*

*causas tamen tunc cæptas, & pendentes ad finem produci.* De hac facultate agit *Nog. Sect. 24. à n. 254.* Post hanc facultatem, prohibentur officiales, & ministri S. Inquisitionis eligi in Commissarios, aut in Prædicatores, aut ad quodcumque aliud ministerium S. Cruciatæ. *Nog. ibidem n. 258.*

622 Habet etiam Commissarius facultatem ad taxandas eleemosynas pro Bullam fumentibus. Ad publicandam Bullam singulis annis concessionis, cum antea solum publicaretur singulis triennijs. Habet ad executionem eorum, quæ in Bulla continentur, facultatem, omni, & quacunque appellatione postposita procedendi, aliaque faciendi, & exequendi, quæ in præmissis circa ea necessaria fuerint, & quomodolibet opportuna. Et ex hac facultatem habet convertendi Bullam Latinam in vulgare idioma, non mutata illius substantia, addendi nominatim singulos stationum dies, & omnia hæc prælo mandandi. Potest etiam interpretari ea, quæ continentur in Bulla, non tamen revocando Decreta, & declarationes Pontificum; nec potest transcribere, quod in Bulla non invenitur, imo in casum reservatum in Bulla Cœnæ in eideret, si substantialem faceret mutationem *Nog. Sect. 25.*

## C A P U T XXIV.

*De Tribunali, Privilegijs, & Ministris S. Cruciatæ.*

623 **S**olum hic proponam titulos à *Nog. in d. 24.* discussos. Quærit igitur *Seçt. 1. à n. 2.* an ad Tribunal Cruciatæ, aut ab eo appellari possit? *Seçt. 2. n. 22.* agit de privilegijs ministrorum S. Cruciatæ, maximè de concessis a serenissimis Regibus Lusitaniæ. *Seçt. 3. à n. 30.* Tractat quomodo Commissarius Generalis, & alij subdelegati possint censuris procedere contra non servantes dicta privilegia. *Seçt. 4. à n. 39.* agit de Ministris Sanct. Cruciatæ, & salarijs eis assignatis. Hæc indicasse compendio satis, quia eorum resolutiones nec ad confessarios, nec ad pœnitentes directè spectant.

## C A P U T XXV.

*De Bulla Compositionis.*

624 **C**irca compositionem tres reperiuntur concessionem in Bulla Plumbea. Prima sic habet; *Volentesque ut fructus Be-*

*nesfiorum, qui ad ratam omissionis horarum Canonicarum illicitè percepti fuerint pro dimidia parte Ecclesijs, vel alijs locis Ecclesiasticis, quorum ratione horas prædictas recitare debebant, altera vero dimidia pars in subventionem manutentionis militum huiusmodi integre præstari, vel cum Commissario super hoc deputando componi, ita quod compositione huiusmodi soluta, sit componens à portione etiam, quæ Ecclesiæ deberetur, integre absolutus.*

625 Et post alia profequitur 2. *Et super illicitè habitis, ac dimidio legatorum omnium, quæ propter male ablata facta sunt, si legatarij per annum in exactione negligentes fuerint; ac illis etiam, quæ facta fuerunt & dicto triennio durante [lege dicto anno durante ex concessionem Paul. V.] sicut si legatarij, adhibita per Commissarium diligentia inveniri non poterunt. Ac etiam super male ablati, & per usurariam pravitatem, aut aliter malè acquisitis; dummodo in omnibus prædictis casibus, præterquam annalis negligentie, personæ per Commissarium, & receptorem prædictum, non reperiantur, componere, ac ita debitores liberare.*

626 Et post facultatem Commissario concessam ad dispensandum super irregularitate, de qua supra n. 600. habetur 3. per hæc verba:

ba: *Et super indebita perceptione fructuum Ecclesiasticorum propterea facta etiam componere.* Ex his Commissarius Bullam compositionis ordinat, aliosque assignat casus, in quibus compositio locum habet. Summarium dictæ Bullæ vulgari idiomate affert *Nog. d. 25. n. 6. & 7.* Et quia facile haberi potest nos illud omittimus; præcipuas tamen illius clausulas in dicendis, cum opus fuerit, adducemus.

## ARTICULUS I.

*Resolvuntur aliqua ad hujus Bullæ, & Compositionis per illam faciendæ intelligentiam necessaria.*

627 **I**N primis, ut certum, supponendum est, S. Pontificem posse compositionem concedere, & ad illam concedendam eo modo, quò concedit, habere rationabilem, & sufficientem causam; cum enim multis abhinc annis eam concesserint tot Pontifices, impium esset dicere eos sine potestate id fecisse. Alias probationes vide apud *Nog. d. 25. n. 12. & d. 1. n. 28.* An vero Episcopi pro suis Diocæses, item Reges, & Principes sæculares supremi pro suis Regnis, & ditionibus possint

concedere Bullas compositionis super bonis incertis, sive licitè, sive illicitè acquisitis? Videatur apud *Nog. cit. id à n. 14.* latè expendentem.

628 Commissarius Generalis, cum sit ad hoc delegatus Pontificis potest per se componere. Et cum à Pontifice habeat facultatem ad omnia, quæ fuerint necessaria, & opportuna ad expeditionem Bullæ, potest Bullas compositionis conficere, quæ à Thesaurarijs petentibus distribuuntur, dummodo quantitas componenda non excedat eam, pro qua Bullæ conceduntur juxta dicenda à n. 657. nullus alius Cruciatæ Minister, aut officialis potest validè pro bonis incertis compositionem facere, quia id in eadem Bulla compositionis sub excommunicatione latæ sententiæ omnibus prohibetur ibi: *E mandamos sobpena de excommunhão maior latæ sententiæ, que nenhun Commissario, Pregador, Thesoureiro, ou recebedor da Santa Cruzada se entremeta a fazer, nem faça composiçõ alguma em qualquer forma que seja: pois a pessoa que tiver necessidade de se compor em maior quantidade, do contendo nesta Bulla, ha de recorrer à nos.*

629 Quæres 1. quænam conditiones requirantur, ut Bulla compositionis prodesse valeat? R. requiri 1. quod se componens, vel com-

compositionis Bullam accipiens, prius accipiat summarium Bullæ Cruciatæ principalis, quæ dicitur Bulla vivorum; alias compositionis privilegio non gaudebit, sic disponente Commissario in ipso Bullæ compositionis summario auctoritate Pontificis ibi: *E que toda a pessoa que quizer gozar desta graça de se compor sobre alguns bens, tomando a Bulla da Composição na forma sobre dita ha de tomar primeiro a Bulla principal da Cruzada; porque de outra maneira não pode ter effeito a graça da composição.* Quod iterum admonet in advertentijs ad accipientes Bullam.

630 Quidam tamen, quia hanc conditionem necessariam ignorabat, quin prius haberet summarium Bullæ vivorum, accepit quasdam Bullas compositionis, poterit ne illas validè, & cum fructu retinere, si conditionis necessariæ conscius postea vivorum Bullam accipiat? Poffe respondet *Nog. d. 25. n. 34.* quia 1. sumptio illarum Bullarum ex defectu conditionis requisita fuit invalida: ergo cum non fuerint ab illo validè acceptatæ, sicut illas poterat alteri valide applicare juxtâ dicta *n. 137.* ita etiâ sibi jam habenti requisitam conditionem ad illarum valorè.

631 Requiritur 2. ut accipiantur summarium Bullæ compositionis impressum nomine, & sigillo Commissarij signatum. Hoc 2. patet ex dictis *n. 130.* De 1. ita disponi-

tur in eodem summario ibi: *Eos que se compozerem na forma, que a qui damos, tomarão esta Bulla impressa.* Non requiritur tamen conservatio ipsius summarij Bullæ compositionis; quia hoc onus non apponitur à Commissario. Et cum Bulla compositionis non habeat tractum successivum, sed momentaneum; quia accepta, statim causat totum suum effectum; à fortiori locum in illa habent; quæ *n. 142. & 143.* diximus de non necessaria retentione Bullæ vivorum, quæ, quia continet privilegia duratura pro toto anno, habet tractum successivum, & nequis in usu privilegiorum erraret, congruum fuit, ut illius retentio à Commissario aut mandaretur, aut consuleretur. *Nog. d. 25. n. 37.*

632 Requiritur 3. ut in ipsa Bulla compositionis inscribatur nomen sumentis, saltem in confuso, sic in ea disponente Commissario ibi: *Escrevendo nella o seu nome, ou em lugar do nome se porà Foam por letra de mão nam querendo as partes que se declarem seus nomes.* Recole dicta à *n. 45.* de inscriptione nominis in Bulla vivorum. Et nota de hac dici à Commissario: *E não se escrevendo neste o seu nome não lhe valerá.* In Bulla verò compositionis non invenitur clausula irritatoria illius; & propterea licet in illa necessario inscribendum sit nomen saltem in confuso [ nè componens manifestetur ] quia dis-

ponit

ponit id Commissarius; tamen si aut ex inadvertentia, aut ex ignorantia non scribatur, non ideo deficit compositionis effectus. *Nog. d. 25. n. 40.*

633 Requiritur 4. ut aliena bona, de quibus facienda est compositio non subripiantur ex confidentia ipsius, sic declarat Commissarius ibi: *E declaramos, que não há lugar esta composição nos bens mal havidos, ou adquiridos em confiança, ou esperança della.* Nota hic licet privilegium compositionis non faveat subripienti ex confidentia; favere tamen illi, qui cum confidentia hujus Bullæ subripit. Quid autem sit operari ex confidentia, aut cum confidentia satis patet ex dictis *n. 38. Nog. d. 25. à n. 42.*

634 Quia verò hæc conditio ex confidentia Bullæ nõ habetur in Bulla Latina, sed à Commissario fuit apposita (ex facultate declarandi ea, quæ in Bulla latent, & sunt ad illius expeditionem convenientia, dummodo declaratio non sit contra verba Bullæ, neque menti Pontificis contraria) *n. 55.* docet *Nog.* illum, qui ex confidentia Bullæ subripuit bona incerti domini per se, vel per alium posse adire Commissarium Generalem, & explicata sua confidentia ab eo compositionem poscere. Et Commissarius inspectis circumstantijs, & designata eleëmofyna, si velit, poterit illam concedere dispensando, sive tollendo suam legem.

635 Quæres 2. quæ personæ Bullam Compositionis gaudere possint? Resolutio hujus quæstionis dependet ex dictis *c. 2. à n. 27,* & toto art. 1, & 2. quæ recolenda sunt, & juxta illa *re.* omnes illos, quos ibidem diximus posse utiliter sumere Bullam vivorum, posse etiam utiliter suscipere Bullam Compositionis durante anno Bullæ principalis idque pro eisdem locis, pro quibus valet Bulla vivorum, de quibus diximus *à n. 68.* Ratio est; quia Bulla Compositionis est pars Bullæ communis; ergo qui hanc possunt utiliter accipere, possunt etiam illam, dummodo prius accipiant communem juxta dicta *n. 629.* Quidquid sit de Bulla Hispana, in qua illius acceptio non prærequiritur.

636 Similiter, qui Bullam vivorum utiliter non possunt accipere, compositionis beneficio gaudere nequeunt propter eandem rationem. Ex dictis verò hic, & locis citatis constat quid dicendum de excommunicatis, hæreticis, schismaticis, irregularibus, suspensis, interdictis, de existentibus in peccato mortali, de retinentibus aliquid spectans ad Bullam, de infantibus, & amentibus, de chatechumenis, de nõ scribentibus nomen suum in summario communi, de Religiosis, de absentibus, & ad hæc Regna declinantibus.

637 Circa infantes, & amentes qui ex aliqua hæreditate bona incer-

ta habuerint. Dico 1. possunt illorum tutores, & curatores super dictis bonis compositionem facere, vel per Bullas, vel cum Commissario, dummodo pupillus, aut amens habeat Bullam vivorum, licet illam non habeat curator, aut tutor, qui non nomine proprio, sed pupilli, aut amentis, ad quos spectat, compositionem faciunt.

638 Circa defunctos, dico 2. si defunctus, dum viveret, habebat Bullam vivorum, utiliter poterat jubere suo hæredi, vel alteri, tam in testamento, quam extra illud, ut ad exonerationem suæ conscientie pro debitis incertis, tot sumat Bullas compositionis, aut quot ex consultatione sapientum judicaverit esse sumendas. Ratio est; quia tunc vivus illas sumit per suum procuratorem ad id destinatum post suam mortem. Deinde gratia compositionis ad vivos, & defunctos est communis, & non est sicut gratia ad absolutionem ab excommunicatione, quæ expresse conceditur pro vivis. Confirmatur ex dicendis c. sequenti à n. 752. quia habens Bullam vivorum potest jubere suo hæredi, vel ab amico petere, ut post mortem nomine suo Bullam defunctorum accipiat: ergo etiam Bullas compositionis.

639 Et quia juxta dicta n. 40. Bulla vivorum sumpta post mortem alicujus, etiam ex ipsius mandato

ad nihil defuncto prodest: si defunctus, dum viveret, non habebat Bullam vivorum, inutiliter pro illo eam accipiet hæres, aut quicumque alius post illius mortem, & inutiliter defunctus ipse jubebit suo nomine accipere Bullas compositionis, aut defunctorum. Similiter, licet defunctus, dum viveret, habuerit Bullam vivorum, si adhuc vivens non jussit, ut suo nomine, post suam mortem, acciperentur Bullæ Compositionis, inutiliter illas accipiet hæres, vel amicus, quanvis ipsi etiam Bullam vivorum habeant. Igitur beneficium se componendi per Bullas, aut cum Commissario, quia non defunctis, sed vivis conceditur, tunc solum prodest defunctis, quando ipsi, dum viverent, compositionem suo nomine fieri aut petierunt, aut mandarunt. Poterit tamen hæres pro se ipso Bullas compositionis sumere pro bonis incertis sibi à defuncto relictis, si Bullam vivorum habeat *Nog. d. 25. à n. 49.*

640 Quæres 3. an debitor compositione utens per Bullas, aut cum Commissario super bonis incertis modo infra explicando, tutus maneat in conscientia? R. affirmativè ex communi praxi fidelium pœnitentium se tutos judicantium, & quibus assentiunt docti, pij, & timorati Confessarij, qui hac via illis facilius consulunt. Confirmatur 1. quia Commissarius compositiones concedit

dit auctoritate Pontificis, & abso-  
 num esset negare Pontificem eam po-  
 testatem posse concedere. 2. quia bo-  
 na incerta jure naturali pertinent ad  
 Remp. & per Principem supremū  
 (qualis est Pontifex totius Reip.  
 Christianæ) possunt ad bonum ipsius  
 Reipublicæ converti; ergo sicut in  
*c. Cum tu de usuris* Alexand. III. ea bo-  
 na pauperibus applicavit; ita alij Pon-  
 tifices ea applicare possunt ad sub-  
 ventionem militum, qui nostra ma-  
 ria, & loca Africana ab hostibus fi-  
 dei defendunt. *Nog. d. 25. à n.*  
*60.*

641 Quæres 4. in quibus bonis in-  
 certis locum habeat compositio? Cer-  
 tum in primis est compositionem so-  
 lum concedi pro bonis incertis, id est,  
 quorum dominus ignoratur. Nam  
 quanvis concedatur compositio su-  
 per medietate legatorum, non igno-  
 rato legatario, quando ipse negli-  
 gens fuit per annum in legatis exi-  
 gendis; hæc compositio non conce-  
 ditur pro quibuscunque legatis, sed  
 de illis *quæ propter male ablata facta*  
*sunt*, quæ propterea in radice sunt  
 legata incerta; quia à testatore fue-  
 runt relicta in restitutionem bono-  
 rum incertorum, quæ debebat.

642 Cum verò bona incerta, vel  
 sint habita elicite, id est, cum pec-  
 cato, vel licite, id est, absque pec-  
 cato. R. 1. compositionem concedi  
 super bonis illicite habitis ibi: *Ace-*  
*tiam super male ablati per usurariam*

*pravitatem, aut aliter male acquisitis.*  
 Cum enim sic illicite habita jure  
 communi debeantur pauperibus, vel  
 Ecclesiæ, aut pijs operibus, & S.  
 Pontifex sit illorum administrator,  
 potest super illis compositionem cō-  
 cedere, & illam concedendi pote-  
 statem Commissario præstare.

643 R. 2. etiam concedi compo-  
 sitionem super bonis licite habitis, v.  
 g. super inventis [si super inventis  
 compositio necessaria est] & quanvis  
 Bulla Latina solum loquatur de bo-  
 nis illicite habitis, Commissarius ta-  
 men in Bulla compositionis asserit  
 super inventis compositionem con-  
 cedi ibi: *Como muytas vezes acontece*  
*nas causas, que se achão se se lbe não sa-*  
*be proprio dono. feyta a devida diligencia?*  
 Ratio esse potest, quia concedens  
 quod est maius, censetur concedere  
 quod est minus, saltem quando da-  
 tur identitas rationis; atqui Pontifex  
 concedit Commissario facultatem ad  
 compositionem super illicite acquisi-  
 tis: ergo etiam super licite compa-  
 ratis.

644 Dixi, si super inventis com-  
 positio necessaria est; quia proximè di-  
 cta procedunt juxta communem sen-  
 tentiam docentem bona inventa post  
 exhibitam diligentiam pro domino  
 inveniando, si non inveniatur, esse  
 pauperibus distribuenda, & non pos-  
 se ab inventore retineri cum intenti-  
 one ea redendi domino, si compareat.  
 At si procedamus in contraria, &

probabili sententia, de qua supra *n.* 446, & 451. inventor non indiget compositione, ut ea bona licite retineat cum dicta intentione illa reddendi domino comparenti, & ab hac obligatione reddendi non liberabitur etiam post transactum tempus à legibus præscriptum ad præscribendum, seu usucapiendum, quia nunquam nomine proprio, sed semper nomine domini ea bona possedit. Reliqua vide supra à *n.* 444. & apud *Nog. d.* 25. *sect.* 5. à *n.* 65.

645 Quæres 5. quis dicatur creditor, sive dominus incertus, ut licite fiat compositio? & illum dici, de quo, adhibita diligentia, non constat. Ea autem diligentia adhibenda est, quam vir prudens, & timoratus, consideratis circumstantijs quantitatis, & qualitatis, rei, loci, temporis, &c. apponeret in re sua, aut hic, & nunc apponendam iudicabit. Facienda verò est hæc diligentia (juxta Bullam communem, ac principalem, & illius summarium) vel per Commissarium, vel per Receptorem, si compositio sit super legatis, aut super illicite habitis. At in summario Bullæ Compositionis cum aliqua distinctione disponitur, pro legatarijs inveniendis faciendam esse diligentiam à Commissario Generali, vel ab ejus subdelegatis, & in bonis illicite habitis componentem debere contulere suum Confessarium, aut viros doctos, pios, ac prudentes.

Et sic habet praxis *Nog. d.* 25. à *n.* 74. quid vero circa hanc diligentiam dispositum sit in Bulla Hispana, vide apud ipsum *n.* 77.

646 Deince à *n.* 78. docet 1. non habere locum compositionem, quando creditor est certus, quantitas, autem debita incerta; quia compositio solum conceditur à Pontifice, quando creditor est incertus; incertitudo autem quantitatis non est circumstantia cadens supra creditorem. Igitur, qui dubitat de quantitate debiti non per Bullam, sed juxta regulas restitutionis, cum creditore se debet componere. Et si dubitet de tota summa, & facta diligentia, adhuc maneat dubius nihil debet restituere, quia in dubio melior est conditio possidentis.

647 Docet 2. etiam locum non habere compositionem per Bullam, quando constet dominum rei illicite habitæ esse unum ex duobus, tribus, aut quatuor; sed pro ratione dubij inter eos esse dividendam, aut illis tradendam, ut eam, vel inter se dividant, vel transactionem, aut compositionem faciant. In casu autem, quo aliquis in civitate, vel oppido plures defraudavit in pondere, vel mensura, aut aquam vino admiscendo, & ignorat quibus damnum intulerit.

648 Docet 3. probabilem esse sententiam *Villal. & Castr. Pal.* asserentium non esse locum compositioni.



sitioni. Item probabilem esse sententiam *Tambur. Card. de Lug. & Rodrig.* substitutionum locum habere compositionem. At probabilius esse ait, si detur conjectura eisdem plus, minusve in eadem taberna perseverare ementes, illis faciendam esse restitutionem augendo pondus, vel mensuram, aut minuendo pretium. Si de aliquibus defraudatis recordetur, qui ad tabernam non redeant illis restituendum est, in quo fuerint defraudati. In summa autem, quæ superfit, & spectet ad ementes, qui ignorantur, & ad emendum non redeunt, locum habebit compositio per Bullam. Quod si damnum illatum sit Communitati, Urbi, Oppido, aut Confraternitati auferendo ab eorum cumulo, vel deposito pecuniam, aut eleemosynas, ipsis communitatibus faciendâ est restitutio, & nullatenus locum habet compositio, quia dominus non ignoratur.

649 Quæres 6. an quando dominus est certus, sed est absens, possit debitor uti Bulla Compositionis? *R.* absolute solam distantiam inter creditorem, & debitorem non sufficere, ut detur compositio per Bullam, quia non conceditur, ubi datur creditor certus: an verò, & quando debitor teneatur suis expensis mittere rem debitam ad creditorem absentem? Resolvendum est ex materia de Restit. At si detur casus in quo debitor non teneatur proprijs expensis

rem debitam mittere ad dominum longe absentem, & si mittat, maiores expensæ faciendæ sint, quam res ipsa valeat. Probabilius dicit *Nog. d. 25. à n. 92.* habere locum compositionem; id tamen tribus limitationibus reducit ad casum, qui rarissime eveniet.

650 Quæres 7. an facta compositione per Bullam, si dominus compareat, obligetur componens ad restitutionem illi faciendam? Hæc est præcipua in hac re difficultas. Apud *Nog. d. 25. à n. 98.* respondent multi 1. teneri compositum in foro conscientiae tradere domino comparenti omnia super quibus fuit compositus, si adhuc extant; si verò jam sint consumpta, omne id in quo factus est ditior. Respondent alij 2. compositum manere liberum in foro conscientiae, si tamen in foro externo à Domino conveniatur, poterit à iudice cogi, ut ea bona, sive justè, sive injustè acquisita, super quibus se composuit, solvat, & data sententia, aut per Judicem, aut per Commissarium, teneatur in utroque foro ea bona tradere proprio domino.

§ Respondent alij 3. comparente domino absolute non teneri compositum per Bullam restituere rem, nec in foro conscientiae, nec in foro externo, nec per Judicem ad id cogi posse. Respondent alij 4. compositum non teneri ea bona in foro conscientiae, domino comparenti

persolvere. Et in hoc conveniunt cum AA. 1, & 2. sententiæ. Item etiam non teneri in foro externo, si constare possit in eodem foro compositionem legitimè factam fuisse, & in hoc discriminatur hæc à 2. sententiâ, quanvis re ipsa videantur coincidere; quia non apparet quomodo id constare possit, maximè in compositione facta per Bullas, in qua nescitur intentio compositi.

651 In hac opinionum varietate, quas latius proponit *Nog.* cit. cum eod. d. 25. à n. 109. Dico 1. in quacunque ex dictis sententijs certum est compositum (facta prius diligentia pro domino inveniando, & non invento) non teneri ei postea comparèti restituere eam partem, quam, aut in elemosynas pro Bullis compositionis, aut in subventionem locorum Africæ ex compositione cum Commissario impendit, ne aliàs compositio cedat in damnum illius, qui se composit.

652 Dico 2. Etiam est certum nullam superesse obligationem restituendi domino comparenti ea, quæ post compositionem factam à composito sunt consumpta; si ditior non fuit factus, & si tempus præscriptioni necessarium cucurrit, neque etiam id, in quo factus sit ditior. Ratio primæ partis est; quia facta compositione, bona fide ea bona possedit, & consumpsit; possessor autem bonæ fidei non tenetur restituere, quæ con-

sumpsit, si in nihilo factus sit ditior. Ratio secundæ partis est; quia ubi datur bona fides locum habet præscriptio.

653 Dico 3. qui post factam sufficientem diligentiam pro domino incertorum inveniando, per Bullam fuit compositus, in foro conscientie nihil tenetur restituere domino comparenti. Hæc resolutio est contra AA. primæ sententiæ adductæ n. 650. defenditur tamen ab aliarum patronis. Ratio est; quia Pontifex in *c. Cū tu de usuris* disponit de hujusmodi bonis absolute, & sine conditione: *si dominus non compareat*: ergo etiam per Bullam ita disponere potest, sicut enim illa, ita etiam hæc est causa pia.

654 Dico 4. qui super bonis incertis, sive juste, sive injuste acquisitis componitur per Bullas, nulla facta diligentia per Commissarium pro inveniando domino, si hic postea compareat, potest per Judicem cogi, ut illi reddat bona non consumpta, & ex consumptis id, in quo factus est ditior. Ratio est; quia licet compositio per Bullam proficit, & à Pontifice concedatur, etiam pro foro externo ut conceditur distributio in *d. c. Cū tu*, cum compositus in compositione non observaverit conditionem à Pontifice præscriptam pro eo foro, pro illo jus non acquisivit: ergo tenetur judicis sententiæ stare.

655 Dico 5. qui cum Commissario

fario

fario præmittente judicialem diligentiam, & inquisitionem pro domino inveniendò utque ad definitivam sententiam, compositionem fecit, nihil pro utroque foro tenetur restituere domino comparenti. Ratio est, quia sic compositus observavit conventionem à Pontifice pro foro externo requisitam, dum fecit per Commissarium compositionem, de qua, & de debito, pro quo fuit facta constat juridice: ergo nulla datur ratio cur non valeat etiam pro foro externo. Confirmatur; quia Pontifex in bonum salutis, tam domini non comparentis, quam possessoris non minus potest disponere de his bonis incertis, quam Rex de animalibus inventis, quorum dominus ignoratur; atqui Rex *Ord. lib. 3. tit. 94.* de his animalibus pro utroque foro disponit ad bonum commune: ergo similiter, &c.

## ARTICULUS II.

*De taxa, & modo, quo fit compositio per Bullas, aut cum Commissario.*

656 **D** Eclaramos, inquit Commissarius in Bulla Compositionis, *que toda a pessoa, que se achar obrigada a restituir bens das qualidades abaxo nomeadas, & der de esmola hum tostaõ para a ditta obra pia, fique desobrigada desta restituiçãõ até quantia de cinco mil reis; & sentindose obrigada a mayor restituiçãõ, que a dos cinco mil reis, pela mesma authoridade Aposto-*

*lica, havemos por bem, que tantas, quantas vezes tomar esta Bulla, & der a dita esmola, fique livre de outra tanta restituiçãõ de cinco mil reis, até quantia de cem mil reis. E quem se sentir obrigado a restituiçãõ, que posse da dita quantia de cem mil reis, pagará dous tostaens por cada cinco mil reis, a respeito de quantia, que passar de cem mil reis até duzentos mil reis. E passando d'aqui recorrerá a nós para com nosco se compor.*

657 Igitur compositio super bonis incertis, sive iuste, sive iniuste acquisitis, vel fieri potest, 1. usque ad centum millia regalia Lusitana, vulgò *até cem mil reis*; vel 2. usque ad ducenta millia regalia, vulgò *até duzentos mil reis*; vel 3. fieri potest in summa, quæ excedat ducenta millia regalia. In 1. differentia, id est, usque ad centum millia regalia fieri potest compositio per Bullas, hoc modo: si quis ex dictis bonis incertis oneratum se sentit, debito non excedente summam quinque millium regalium Lusitanorum vulgò *de cinco mil reis* unam tantum compositionis Bullam accipiat, dando centum regalia, vulgò *cem reis*. At si debitum excedat quinque millia regalia, non tamen excedat decem millia, tunc duplex Bulla compositionis est accipienda, erogando pro illis eleemosynam ducentorum regalium vulgò *duzentos reis*, centam videlicet pro qualibet Bulla. Et sic facienda est compositio usque ad

ad centum millia regalia, accipiendo unam Bullam pro quibuslibet quinque millibus regalibus, & dando pro qualibet Bulla centum regalia, quod est ad rationem duorum pro centum. Unde si debeas quinquaginta millia regalia, accipies decem Bullas, & pro qualibet erogando centum regalia conficies summam millium regalium, vulgò *mil reis*; si verò debeas centum millia regalia accipies viginti Bullas, & dando pro qualibet centum regalia, erogabis duo millia regalia, vulgò *dous mil reis*.

658 In secunda differentia, id est, à debito centum millium regalium exclusivè usque ad ducenta millia regalia inclusivè etiam per Bullas compositionis fieri potest compositio, cū hac tamen, maximè notanda diversitate, quod pro singulis quibusq; quinque millibus regalibus debeas accipere duas Bullas, & pro qualibet dare centum regalia, v.g. si supra centum debes quinque millia regalia, accipies duas Bullas, si debes decem, accipies quatuor Bullas, & sex, si quindecim millia debeas, & sic usque ad alia centum millia regalia duplicando Bullas. Ita fit si pro primis centum millibus regalibus accipisti viginti Bullas, pro secundis centum, tenearis accipere quadraginta Bullas, & erogando pro qualibet centum regalia, conficies summam quatuor millium regalium ad rationem quatuor pro centum. Unde qui se componat

in ducentis millibus regalibus, necessario accipiet, ut compositionem legitimam faciat sexaginta Bullas, videlicet viginti pro primis centum millibus regalibus, & quadraginta pro secundis. Eleëmofyna autem semper est eadem pro qualibet Bulla nimirum centum regalium, quæ pro sexaginta Bullis conficit summam sex millium regalium, vulgò *seis mil reis*.

659 In 3. differentia, id est in summa, quæ excedat ducenta millia regalia, non potest fieri compositio per Bullas compositionis. Unde si quis compositus per Bullas prædictis duobus modis usque ad ducenta millia regalia, adhuc alia debeat, recurrere debet ad Commissarium Generalem, & cum illo facere compositionem, qui ad suum arbitrium eleëmofynam pro summa à debitore designata, & debita taxabit; solet autem eam taxare ad rationem decem pro quolibet centenariis.

660 Quæres adhuc i. si Petrus, v.g. debeat trecenta millia regalia, vulgò *trezentos mil reis* bonorum incertorum, & velit se componere; potest ne compositionem facere per Bullas usque ad ducenta millia regalia duobus modis supra allatis n. 657, & 658. & quoad alia centum, quæ ex debito restant, recurrere ad Commissarium, an verò tenetur, ut securus in conscientia maneat, pro toto illo debito trecentorum millium regalium cum Commissario compositionē

sitionem facere? & non teneri ad hoc secundum, sed utroque modo posse componi, & recurrere ad Commissarium solum pro centum millibus regalibus, quæ supersint post compositionem per Bullas factam super ducentis millibus. *Nog.d.25.n.128.* qui tamen à n.129. docet tutiorem esse compositionem cum Commissario factam pro maiori summa, quam per Bullas erogando minorem.

661 Quæres 2. si Petrus, v. g. se componat per Bullas super medietate quadringentorum millium Regalium, intendens aliam medietatem pauperibus distribuere, juxta præscriptionem Sacrorum Canonum, sed post factam dictam compositionem, intentionem illam mutet, poterit ne etiam per Bullas hanc medietatem, quæ superfuit, componere? Respondetur non posse, sed debere ad Commissarium recurrere pro compositione ducentorum millium regalium, quæ pauperibus distribuere intendebat. *Nog.n.131.*

662 Quæres 3. Si Petrus vere, & realiter debebat quadringenta millia regalia: existimat tamen, prudenter quidem, se non debere nisi ducenta millia, super quibus per Bullas modis supra adductis componitur. At post aliquot annos recordatur se debuisse non solum ducenta millia, super quibus per Bullas se composuit; sed etiam alia ducenta millia, vel centum millia, quæ tunc illi in mentem

non venerunt. Poteritne etiam se componere per Bullas super his ducentis, vel centum millibus? Respondetur non posse; sed semel quod infirmul debebat quadringenta, vel trecenta millia regalia, pro excessu ultra ducenta millia debet recurrere ad Commissarium. *Nog.n.132.*

663 Quæres 4. Petrus, qui habet in debitis incertis trecenta millia regalia, si hoc anno se componat super ducentis millibus per Bullas modis à Commissario assignatis, poterit anno sequenti, in quo jam habeat alteram Bullam vivorum, se etiam componere per Bullas super alijs centum? Ex dictis numero antecedenti plana est resolutio negativa, quam tenet *Nog.d.25.à n.136.* Qui hanc, & superiores resolutiones late probat ex declaratione à Commissario facta in summario Bullæ Compositionis superius adducto n.656; quia forma compositionis ibi data est generalis, & ut jacet intelligenda.

664 Quæres 5. Si Petrus habeat debita incerta ex diversis capitibus, v. g. ex usura, venditione, furto, &c. quorum singula non excedunt summam à Commissario designatam ad compositionem per Bullas: omnia tamen simul sumpta excedunt. Potestne pro singulis per Bullas componi, etiam quoad excessum ultra ducenta millia regalia? Respondetur non posse, sed pro excessu debere recurrere ad Com-

missarium, si in illo etiam componi velit; quia compositio conceditur pro debitis incertis ex quocunque capite, & quibuscunque personis debeantur. *Nog. n. 133.*

665 Quæres 6. Si Petrus debeat duo millia regalia Lusitana, & Paulus tria millia dominis incertis; poteruntne ambo simul unicam Bullam Compositionis accipere, erogando eleemosynam centum regalium, & sic liberari à prædictis debitis? Respondetur non posse; quia unaquæque Bulla uni tantum personæ conceditur; ut patet ex ipsa compositionis Bulla, ibi, *E por quanto vòs N. desfes de esmola cem reis, ficais desobrigado de cinco mil reis pela maneyra sobredita.* Secus dicendum si alter eorum debitum alterius supra se accipiat, volens eum à debito liberare, & pro illo restituere; quia hoc modo potest unam Bullam accipere, & sic se componere pro utroque debito, quin aliquam fraudem, aut aliquid illicitum in Bullam committat, cum utatur jure suo.

666 Quæres 7. An Petrus oneratus debitis incertis illicite comparatis teneatur super illis componi, vel per Bullas, vel cum Commissario modis supra adductis à n. 657? Respondetur quæstionem vel posse procedere de Petro potente restituere, vel de Petro ad restituendum impotente, aut ad totum, aut ad partem. Si Petrus potest

restituere totum, tenetur statim restituere ipsum totum; & si restituere nolit, tenetur statim ad compositionem, aut per Bullas, aut cum Commissario, juxta superius dicta. Ratio est; quia unusquisque tenetur injuste possessa restituere illico, ac potest, & eo modo, quo potest: ergo si potest restituere, & non vult restitutionis medio uti, ut à debito liberetur, tenetur uti privilegio compositionis, quæ loco restitutionis succedit.

667 Si Petrus non potest restituere hoc anno nisi partem debiti, ad hanc partem restituendam tenetur, & si nolit, tenetur super illa componi, propter eandem rationem; at super alia parte, quam non potest hoc anno restituere, non tenetur componi; sed potest illius compositionem differre ad annum sequentem faciendam, aut per Bullas, aut per Commissarium. Et similiter, si hoc anno nullam partem debiti potest restituere, in nulla tenetur componi. Ratio est; quia compositio, ut dictum est, succedit loco restitutionis: ergo si eo anno non potest restituere, non tenetur eo anno uti beneficio compositionis, sed potest eam differre, dum ad restituendum impotens sit, cum enim beneficium compositionis sit privilegium, illo utimur, quando volumus; nisi actualis obligatio, resti-

stit uendi, & vitandi peccatum aliud suadeat, ut *n.* antecedenti diximus de Petro potente, & nolente restituere.

668 Dices; si Petrus habeat Bullam vivorum, tenetur audire Missam tempore interdicti (ut est probabilius juxta dicta *n.* 231.) quia per Bullam sublatum est impedimentum adimplendi præceptum: sed per Bullam vivorum etiam tollitur impedimentum restituendi; licet enim Petrus non habeat v. g. trecenta millia regalia, ut restituat; habet tamen decimam partem, ut cum Commissario se componat super centum; & habet quantum satis, ut compositionem faciat per Bullas super alijs ducentis millibus: ergo cum compositio loco restitutionis succedat, ad restitutionem per compositionem tenetur. Hoc argumentum, inquit *Nog. n.* 137. valde probabile reddere teneri Petrum, si habeat Bullam vivorum, ad faciendam compositionem.

§ Dixi, *Si habeat Bullam vivorum*; quia hæc necessario requiritur ad compositionem, juxta nostram Bullam, ex dictis *n.* 629, & 635. At si vivorum Bullam non habeat non tenetur illam accipere, ut compositionem faciat; sicut non tenetur quis privilegium Oratorij quærere, ut Missam audiat. Nihilominus ad argumentum *R.* data maiori, negando minorem. Disparitas est, quia ut quis

teneatur audire Missam, solum obstat impedimentum, quod per Bullam tollitur pro tempore interdicti. At quanvis Bullam habeat vivorum, adhuc non est sublatum impedimentum ad restituendum; quia adhuc illi opus est uti alio privilegio, nempe beneficio, & Bulla Compositionis, quo non tenetur uti, neque illud procurare; sicut, si non haberet Bullam vivorum, non teneretur illam accipere, neque aliud privilegium quærere, ut Missam tempore interdicti audiret.

### ARTICULUS III.

*De primo casu Bullæ Compositionis circa compositionem fructuum Ecclesiasticorum ex omissione horarum.*

669 **H** Actenus de compositione veluti in communi; nunc ad casus particulares descendimus. Primus est de compositione fructuum illicite perceptorum ob Canoniarum horarum omissionem. Habetur in Bulla Latina, ut supra *n.* 624. In summario autem Bullæ compositionis sic proponitur. *Primeiramente dos fructos dos Beneficios Ecclesiasticos mal recebidos por defeyto de não resar as Horas Canonicas, ha S. Santidade por bem, que restituindo se a metade delles às Igrejas, ou lugares Ecclesiasticos, por cujo respeyto corria obrigação de resar, a outra metade se dê por inteeyro para este socorro dos lugares de*

*Africa, ou se faça sobre os tais fructos composiçãõ, de maneyra, que por ella possão os que assi se compozerem, ficar tambem livres da parte, que se devia à Igreja, pelo que o poderaõ fazer sobre todos os ditos fructos, na forma por nõs acima declarada.*

670 Ad hujus vero casus intelligentiam ex *Nõg.d.25. à n.141.* Suppono 1. omnes habentes beneficium Ecclesiasticum, præter peccatum mortale, quod committunt, non recitando horas Canonicas, teneri ad restitutionem fructuum perceptorũ; id que ante sententiam, & ipso factõ. Excipe Beneficiatum non recitantem intra sex primos menses à die possessionis beneficij, qui licet peccet mortaliter, non tenetur ad restitutionem. Excipe etiam ab obligatione restituendi Beneficiatum, cujus beneficij fructus non attingant tertiam partem sustentationis Clerici pauperis, & moderate viventis. Tertiam autem partem illam esse inquit *n.151.* quæ accedit ad tertiam partem centum cruciatorum, quæ est sustentatio Clerici moderate viventis.

671 Suppono 2. teneri ad restitutionem fructuum Beneficiatũ in aliquo studio litteris vacantẽ, licet interim per alium recitet; quia hoc onus est personale; & *Alex.VII.* damnavit hanc propositionẽ: *Habens Capellaniã collativam, aut quodvis aliud beneficium Ecclesiasticũ, si studio litterarum vacet, satisfacit suæ obligationi, si per aliũ reci-*

*tet.* Suppono 3. etiam à restitutione nõ liberari Beneficiatũ, qui uno die omisit Officiũ D. licet altera die duplicatũ recitet; quidquid aliqui attento jure naturali, & secluto jure positivo dicãt.

672 Suppono 4. non satisfacere duorũ dierũ obligationi recitandi, qui v. g. feria secunda vespere, quo tẽpore recitare jam posset Matutinũ sequẽtis diei; & etiã Matutinum præsetis diei; unum tantum Matutinũ recitaret, volẽs cũ illo satisfacere obligationi utriusque officij, & diei; quia cõtra *Caramuelis* assertum *Alex.VII.* damnavit hanc propositionẽ: *Unico officio potest quis satisfacere duplici præcepto, pro die præfenti, & crastino.* Suppono 5. ad restitutionem fructuum non teneri, qui sine culpa mortali omittit horas Canonicas. Et hinc

673 Suppono 6. teneri ad restitutionem fructuum Beneficiatũ, qui voluntarie distractus horas Canonicas recitavit; quia cõmunior, verior, & amplectenda sententia docet sic recitantẽ peccare mortaliter, & præcepto non satisfacere. At quia probabile est recitantẽ sine attẽtione interna, & voluntarie distractũ, si externe nihil oparetur cũ attẽtione interna incõpossibile, nõ peccare mortaliter; probabile etiã est nõ teneri ad restitutionẽ.

674 Suppono 7. teneri ad restitutionẽ Beneficiatum, qui in Dominica Palmarũ recitaret officiũ Paschale, siquidẽ per illud nõ satisfaceret præcepto; juxta Põificiã *Alex.VII.* damnatio-



tionē hujus propositionis: *In die Palmarum recitans officium Paschale, satisfacit præcepto.* Hanc resolutionē extēdit *Nog. à n. 157.* ad recitantē officium Paschale, Resurrectionis, aut Pētecostes in quacunque anni die, in qua recitandum sit de Dominica, aut de feria, aut de festo aliquo; quia licet S. Pontifex solum expresserit diē Palmarum, ex necessaria consequētia deducitur idē esse intelligendū in omnibus alijs anni diebus; & contrariū nō esse probabile statuit *n. 162.*

675 An vero teneatur ad restitutionē beneficiatus, qui recitat unū officiū pro alio, v. g. de festo loco ferialis? Affirmat cit. *Nog.* cum vera, ut inquit, cōmuni, & tenenda sentētia: Ratio illi est, quia sic recitās nō satisfacit præcepto recitandi horas Canonicas, ut cōstat ex Bullis B. Pij V. & Clem. VIII. in principio Breviarij præfixis, in quibus non est tantum præceptum in genere de recitando, sed de recitando tali die de Sancto, & tali de feria. Et *n. 163.* ait non esse probabilem sententiam, pro qua inquit stare in numeros AA. ap. *Leand. & Dian.* & sex supra viginti apud *Thom. Hurt.* asserentes satisfieri præcepto recitando officium v. g. de SS. Trinitate, vel de aliquo Sancto, quando erat recitandum de Dominica, vel feria, quia ex hac sententia sequitur, inquit, inevitabilis illatio de recitatione officij Resurrectionis in die Palmarum, ut evidēter ostēdit *Moya, & Carden. & c.*

676 Et juxta hanc sententiam non est dubium teneri Beneficiatum recitantem unum officium pro alio, ad restitutionem fructuum, atque adeo indigere cōpositionis beneficio. Nihilominus idemmet *Nog. d. 25. n. 167.* ex *P. Carden.* asserit posse probabiliter unum officium canonicum pro alio substitui, sine peccato mortali, nempe, quando datur parva mutatio inter utrunque officium, proprium scilicet diei, & substitutum; & posita hac probabilitate, etiam probabile inquit non teneri ad restitutionem, nec compositione indigere Beneficiatum cum ea parva mutatione recitantem; tutius tamen esse compositione uti.

677 Suppono 8. ad restitutionem teneri Beneficiatum, qui mentaliter, vel visu discurrendo per Breviarium recitat officium; quia præcepto non satisfacit. An vero sit necessarium, ut privatim recitans se ipsum audiat, si non sit surdus, vel impedimentum non detur? Affirmativa sententia est communior; sed probabile etiam est sufficere vocis pronuntiationem, linguam, & labia movendo, quanvis ab ipso recitante vox nec audiatur, nec audiri possit. *Nog. d. 25. à n. 169.* His doctrinæ gratia suppositis

678 Circa 1. casum quæres 1. Quomodo facienda sit compositio à Beneficiario, qui omisit horas Canonicas? Et in primis certum est posse Beneficiarium habentem Bul-

lam vivorum auctoritate propria dimidiam illorum fructuum partem restituere Ecclesijs, quibus de jure debentur restitui; & aliam medietatem in subventionem locorum Africae impertiri; id enim expresse conceditur tam in Bulla Latina, quam in summario compositionis supra adductis n. 624. & n. 669. quia tamen hic modus compositionis est sine commoditate componentis, cum omnes restituat fructus, & privilegium solum vertitur in commodum subsidij, quod respicit S. Pontifex.

679 R. ad quaestionem propositam alio modo fieri posse compositionem, super dictis fructibus, nimirum, vel per Bullas compositionis, juxta dicta n. 657, & 658. vel cum Commissario, juxta dicta à n. 659. Et quidem juxta Bullam Lusitanam, non solum super medietate fructuum, quae secundum superiorem compositionem applicari poterat in subsidium locorum Africae; sed etiam super alia medietate, quae Ecclesijs erat applicanda; atque adeo potest dictus Beneficiarius, vel per Bullas, vel cum Commissario componi super omnibus dictis fructibus, quin compositionem ullam faciat cum Ecclesijs, quibus dimidium illorum fructuum erat restituendum.

680 Dixi, juxta Bullam Lusitanam; quia in Bulla Hispana, & summario compositionis illius aliud expresse decernitur; nimirum,

quod compositio, quae fit per Bullam in illius utilitatem, eadem fiat cum Ecclesijs, id est ut tanta Ecclesijs elargiatur eleemosyna; quanta in subsidium Bullae elargitur, v.g. si Beneficiarius pro viginti Bullis compositionis solvat Thesaurario Cruciatæ Hispanae quatuor aureos, totidem tenetur reddere Ecclesiae, cujus est beneficium. Hoc autem non disponitur in Bulla Lusitana, nec in summario; imo ex utriusque verbis adductis n. 624, & 669. manifeste constat, quod facta compositione cum Commissario, id est, juxta formam ab eo praescriptam, maneat componens à portione etiam, quae Ecclesiae deberetur, integre absolutus. *Nog. d. 25. à n. 171. ad 182.*

681 Quæres 2. An Beneficiarius non recitans compositionem, super omnibus fructibus, an super illorum parte, facere debeat, ut à restitutione deobligetur? Quæstio hæc dependet ex resolutione alterius, in qua quaeritur, An Beneficiarius non recitans teneatur restituere omnes fructus pro rata omissionis? Et in hac prima sententia absolute affirmat de omnibus Beneficiarijs, sive sint curati, sive non. Secunda sententia negat de habentibus beneficium curatum, vel aliquod habens ministerium annexum; de his enim docet non teneri restituere omnes fructus illi diei correspondentes, sed tantum eam par-

partem, quæ correspondet obligationi recitandi, quæ in Episcopis, & Parochis est quinta, in Canonicis quarta, in alijs Beneficiarijs, & Capellanis est tertia pars.

682 Dictas sententias late proponit *Nog. d. 25. à n. 183, & n. 188.* utranque dicit probabilem, primam tamen probabiliorem: Addit ibidem, praxim, cum sapientum consilio, temperare rigorem iurium, quibus nititur prima sententia, ut pro ratione munerum beneficio annexorum sua detur portio, quam Beneficiarius non recitans possit retinere. Et ex his ad 1. quæstionem propositam *n. antecedenti* & compositionem à Beneficiato nō recitante, juxta 1. sententiam, esse faciendam in omnibus fructibus pro rata omissionis. At juxta 2. sententiam, non indiget compositione super partibus, quas ratione aliorum munerum non tenentur restituere, sed potest sibi retinere.

683 Quæres 3. An habens beneficium simplex, & pensionarius, qui tenetur ad recitationem Officij parvi B. Virginis, possint aliquid sibi retinere, si recitationē omittant, an pro rata omissionis teneantur omnia restituere? Solum teneri restituere tertiā partē, & posse retinere duas, docuit *Henriq.* cujus sententiā plures dicunt probabile. At improbableē eā vocat *Castr. Pal. & Less.* nimis laxam. Illud certū

est sententiam asserentem habentes beneficium simplex, pensionem, aut præstimonium, si omittant recitare, teneri ad restitutionem omnium fructuum omissioni correspondentium, esse communem inter DD. ex optima ratione; quia nimirum ex nullo alio capite prædictos fructus, seu pensiones recipiunt, nisi ob recitationem. *Nog. d. 25. à n. 189.*

684 Unde si non recitent, omnes fructus, seu pensiones tenentur restituere. Possunt tamen, etiam pensionarij, compositione uti. Nā licet Bulla, & compositionis summarium solum de Beneficiarijs, & non de pensionarijs loquantur, ad pensionarios etiam extendendum privilegium compositionis; tum propter identitatem rationis; tum quia in maiori videtur esse concessum, quod est minus: sed in Bulla conceditur privilegium pro omissione officij maioris: ergo etiam cēsetur concessum pro omissione minoris officij B. Virginis, cujus loco pensionarius potest recitare officium maius. *Nog. d. 25. à n. 193.*

685 Quæres 4. An super distributionibus concedatur compositio? & negative; quia in Bulla non conceditur compositio, quando dantur certi creditores; distributiones autem habent certos creditores, nimirum interestes choro, *ex cap. 1. de Cleric. non resid. in 6. & ex Trident. ff. 24. cap. 12. de Reform.* Nota hīc diligēter, Canonicos, si nō recitēt, choro tamē assistant,

stant, non teneri restituere distributiones, nec proinde super illis indigere compositione. At ex fructibus, quos vocant, *Grosso*, tenentur restituere, vel fabricæ, vel pauperibus [ & non alijs Canonicis, præcisa consuetudine, si qua detur in aliqua Cathedrali, vel Collegiata ] ab hoc tamen onere restituendi liberari possunt per compositionem. Disparitas est: quia per assistentiam lucrantur distributiones, per solam autem assistentiam horarum obligationi non satisfaciunt, ut faciant fructus suos. *Nog.d. 21. à n. 197. ad 206.*

686 Ibidem circa coadjutores, qui habent certam portionem à Canonicis coadjutis in congruam per modum stipendij, Docet 1. non teneri ad horas Canonicas, ex vi coadjutoria, quanvis Sedem habeant in choro, & vocem in capitulo. Quia coadjutoria non est beneficium; & obligatio recitandi remanet apud beneficiarium proprietarium. Docet 2. etiam non teneri ad officium parvum B. Virginis, nisi super beneficium habeant propriam pensionem, qualis non est congrua à coadjuto præstita. Si autem in beneficio pensionem habeant, idem de illis dicendum, ac de pensionarijs supra n. 684. Quoad privilegium compositionis

687 Quæres 5. An compositio locum habeat super fructibus amissis ob non residentiam? Prima sententia affirmat absolute, etiam de Episcopis,

& quibuscunque alijs animarum Pasto-ribus. 2. sententia absolute negat etiã de omnibus; apud *Nog.d. 25. n. 207.* Ipse vero, & bene cū tertia, & probabiliori sententia, à n. 215. distinctione utēs, Docet 1. beneficiarios, qui curã habet animarum, non posse uti Bulla compositionis super dictis fructibus ob non residentiam amissis, & perceptis; quia illis talis compositio prohibetur in *Trid. sess. 23. c. 1. §. Siquis, ibi, Prohibita quacunque conventionne, vel cõpositiõne, quæ pro fructibus male perceptis appellatur, &c.* Docet 2. si beneficiati non habeant curam animarum, & ratione beneficij teneantur ad residentiam, non illis prohiberi in cit. *Trid.* compositione: ac proinde, nisi aliud obstet impedimentum, compositione uti possunt super dictis fructibus.

#### A R T I C U L U S IV.

*De 2. casu Bullæ Cõpositionis super fructibus male perceptis ex alijs principijs.*

688 S E C U N D U S casus habetur in Bulla Latina immediate post concessionem Cõmissario factam dispensandi cum illis, qui irregularitẽ contraxerunt, eo quod D. Officia celebrarunt censuris, & pœnis Ecclesiasticis ligati, ibi, *Et super indebita perceptione fructuum Ecclesiasticorum propterea facta etiam componere.* In sumario vero compositionis ita proponitur, *Item se poderaõ compor sobre os fructos Ecclesiasticos mal havidos por esta-*

*estarem ligados com censuras, & penas, com que os não podiaõ fazer seus.* Et nota hanc clausulam non exprimi in Bullis Hispanis.

689 Supponendum autem est dupliciter posse beneficiarios fructus indebite percipere; 1. quando sine legitimo titulo beneficia obtinuerunt, quia v.g. cum simonia, cum bullis subrepticis, ante legitimam ætatē, absque prima tonsura, cœsuris, aut irregularitate ligati, &c. 2. Si post legitimā possessionem beneficii in censuras incidant, aut irregularitatem incurrant, vel alio juris impedimento sint irretiti. Certum vero in primis est, qui obtinuit beneficium absque legitimo titulo teneri illud statim relinquere, & pariter restituere omnes fructus, nisi bona fide illos perceperit, vel consumpserit, & ex inde non factus sit ditior. Certum est 2. titulum beneficii non posse revalidari per Bullam; quia in illa ad hoc nulla datur facultas. Quomodo autem se gerere debeat, qui sine infamia non potest beneficium deserere; videri potest apud *Les. l. 2. c. 34. dub. 22. n. 122.*

690 Dubium est 1. An super fructibus male perceptis ab eo, qui invalidè titulum beneficii obtinuit, possit dari compositio? R. posse, quod contra *Card. de Lug. late probat Nog. d. 25. à n. 229. & n. 226.* commune esse ait inter expositores Bullæ Hispanæ, de qua posset esse maius dubiū, quam de nostra Lusitana. *& n. 239.* ex hac resolutione sequi ait, suscipi-

entem beneficium parochiale absque intentione suscipiendi intra annum presbyterium, posse componi per Bullas, aut cum Commissario super fructibus, ea durante intentione, perceptis, quos non fecit suos, *ex cap. licet Canon. de elect. in 6.*

691 Dubium est 2. y. & quomodo cõponi possit virtute Bullæ, qui possidēs beneficiū fructus percepit excõmunicatione, suspensione, vel interdico ligatus? R. Circa excõmunicatū legitime beneficiū antecedenter possidētē, duplicē dari sententiā: Prima, & cõmunis affirmat illum, ipso jure non facere fructus suos, dum excommunicatus est. Et juxta hanc sententiā (quam videtur supponere Pontifex, & Commissarius) tam in Bulla, quam in summario compositionis, expressè conceditur posse componi super dictis fructibus; ut constat ex clausulis adductis n. 688. Secunda sententia, quam maxime probabilem dicit *Nog. d. 25. n. 243.* E contra negat talem beneficiatum ipso jure privari fructibus ante sententiam Judicis declaratoriam; dūmodo per se, vel per alium exequatur onera beneficii. Et juxta hanc sententiam, non indiget excõmunicatus compositione, saltem ante sententiam judicis.

692 Circa beneficiatum suspensum, R. suspensionem vel posse esse ab officio, vel a beneficio. Si Beneficiatus solum sit suspensus ab officio; communis, & verior apud Theologos

Ec

sen-

sententia docet illum licite posse percipere beneficij fructus, si per se, vel per alium illius oneribus satisfaciat. Et juxta hanc sententiam, cum non teneatur restituere fructus, compositione non indiget. In contraria vero sententia, quæ a Canonistis reputatur vera, poterit super fructibus componi, quos dum suspensus extitit, suos non fecit; quia in Bulla, ut diximus, & in summario compositionis conceditur compositio super fructibus male perceptis à censuratis, aut pœnis Ecclesiasticis affectis.

§. Si beneficiatus sit suspensus à beneficio, aut simul ab officio, & beneficio (ut re vera est, quando suspensio absolute fertur, sine determinatione *Ab officio*, aut *A beneficio*) communis sententia negat posse illum licite percipere fructus; Et juxta hanc sententiam, cum ipso jure privatus sit ab omnibus beneficij fructibus, & teneatur illos restituere; poterit compositione uti propter rationem *n. antecedenti* sine adductam. Quia tamen probabile est suspensum à beneficio posse licite accipere, & retinere fructus beneficij, dum ab illis per sententiam non privatur. Probabile etiam est non indigere compositione, saltem ante judicis sententiam. Post sententiam autem compositione indigebit, & ea uti poterit; nisi judex eos fructus alicui pio loco applicaverit; quia tunc jam datur certus creditor à judice designatus. Et hoc e-

tiam notandum pro dictis de excommunicato, *n. 691.* & dicendis de interdictione *n. sequenti. Nog. d. 15. à n. 245.*

693 Circa beneficiatum interdictum *re.* Si sit specialiter interdictus in propria persona, vel si causam dedit interdictioni locali, & à fortiori interdictioni generali personali, non posse licite percipere fructus, qui correspondent sacramentorum administrationi, & alijs oneribus, à quorum exercitio per interdictum privatur. Ad eum modum, quo interdictus ab ingressu Ecclesiæ, non potest percipere distributiones, quæ interessentibus conferuntur, quia privatur Divinis Officijs. Si tamen de facto, dum erat interdictus, fructus recepit, poterit super illis componi propter rationem pro excommunicato, & suspenso adductam. Et nota hic de interdictione dicta, & *n. antecedenti* de suspensione, intelligenda esse, etiam in casu, quo beneficiatus sit interdictus, aut suspensus non sub ratione medicinæ, sed sub ratione pœnæ ob culpam præteritam, quia in Bulla conceditur compositio super fructibus male perceptis non solum à censuratis, sed etiam ab affectis alijs pœnis Ecclesiasticis. *Nog. d. 25. à n. 256.*

694 Dubium est 3. An beneficiarius irregularis etiam ex homicidio voluntario compositione indigeat su-

per fructibus post contractam irregularitatem perceptis? R. ut longe probabilius, non indigere; quia per dictam irregularitatem non privatur ipso jure, & facto beneficijs antea obtentis; Imo adhuc post latam sententiam privationis, compositione non indiget pro illo tempore, in quo existens irregularis fructus percepit, si per se, vel per alium beneficij onera exercuit; quia habebat titulum beneficij, & per consequens jus ad illos percipiendos. *Nog. d. 21. à n. 260.* Ubi id latius probat, & solvit argumentum *ex Trid. Sess. 14. c. 7. de reform.* adductum pro contraria sententia, quam probabilitate inquit non destitui, & juxta quam dictus beneficiarius cõpositione indigebit, & virtute Bullæ componi poterit; quia irregularitas, licet non sit censura, est pœna Ecclesiastica.

## ARTICULUS V.

*De alijs casibus, in quibus locum habet Compositio.*

695 **T**ertius casus Bullæ cõpositionis habetur in summario per hæc verba: *Item sobre ametade de todos os legados, que forem feytos, em descargo de cousas mal levadas, & acquiridas, se as pessoas, à quem se deixarem os tais legados forem negligentes por hum anno na cobrança delles.* Verba vero Bullæ Latinæ, ex quibus hæc deprõpsit Cõmissarius, habentur

supra n. 625. Et circa hunc casum præter dicta n. 641. Nota 1. quod in eo, & sequenti disponitur circa legata, etiam extendi ad fideicommissa, quibus in jure ita æquiparantur, ut parum inter se differant. Nota 2. compositione super medietate hujusmodi legatorum solum posse fieri ab hærede testatoris, & si hæres moriatur, à successore illius. At compositio super medietate fideicommissi solum fieri potest ab eo, cui testator illud demandavit. Nota 3. annalem legatarij negligentiam computandam esse, non à die legati in testamento relicti, nec à morte testatoris, sed à die, qua per hæredem, vel testamentarium legatario denuntiatum tale legatum ei à testatore fuisse relictum. Quod autem ad hanc compositionem non requiratur incertitudo creditoris, constat ex ipsa Bulla, ibi *præterquam dictæ annalis negligentia*: Et quod S. Pontifex non obstante jure à legatario acquisito eam possit concedere, videri potest cum alijs apud *Nog. d. 25. a n. 267.*

696 Quartus casus in Bulla Latina habetur, ut supra cit. n. 625; In summario autem compositionis, sic, *Item sobre quaisquer legados ja deixados, ou que durante a Bulla se deixarem, se os legatarios senão poderem achar feyta primeiro deligencia pelo Commissario, ou por seus subdelegados.* Circa hunc casum Nota 1. in eo differre Lusitanam à Bulla Hispana; quia

hæc pro inveniendō legatario non requirit, quod fiat a Commissario diligentia; sed solum requirit, quod præstetur juramentum de legatario non invento. Nota 2. hunc differre a præcedenti casu in eo, quod hic concedit compositionem integrã & non solum pro medietate; deinde non solum pro legatis pijs, in restitutionem male acquiritorum; sed extenditur ad omnia legata, sive pia, sive profana, quorum legatarij ignorantur. Imo etiam ad donationes causa mortis, si donatarij inveniuntur. *Nog. d. 25. à n. 276.*

697 Quintus, & ultimus casus Bullæ compositionis in Bulla Latina habetur etiam ut supra cit. n. 625. Et in summario, ibi, *Item sobre quaisquer bens mal havidos, levados, ou adquiridos, por onzena, ou qualquer outro modo illicito, por qualquer forma, officio, ou trato, com tanto que feita a devida diligencia, se não ache, nem conste da pessoa, ou pessoas, a quem se deve fazer a restituição; como muitas vezes acontece nas cousas, que se achão, se se lhe não sabe proprio dono, feita devida diligencia, & nos que dão damno com seus gados, ou andando à caça, & não lhe pode constar a quem, & aos que vendem a muitos por falsos pezos, ou medidas, ou couzas falsificadas, ou misturadas; & não podem re. i. uir às pessoas, a que defraudarão: & em outros muytos cazos, em que cada hum, sentindose encarregado, pode, & deve consultar seu confis-*

*ser, ou outras pessoas doudas, pijs, & prudentes.*

698 Circa hunc casum, qui plures cõprehendit, Nota 1. in eo convenire Bullas Latinas Hispanã, & Lusitanã excepto quod in Hispanã statatur juramento componentis circa diligentia, quam Lusitana fieri jubet per Commissarium, aut Receptorem. Nota 2. in Bullis compositionis aliquam dari differentiam; ut patet ex dictis n. 680. & 688. Deinde quia Commissarius Hispanus in sua Bulla cõpositionis ex ijsdem verbis, quæ in nostra Bulla Latina dantur, unde viginti casus decerpit; cum tamen Lusitanus Commissarius solos quinque annumeret expresse; & si posset omnes numerare, quos Commissarius Hispanus; qui ad hunc quintum facile reduci possunt.

699 Dubium hic esse potest, An valida sit compositio facta, nulla præcedente diligentia a Commissario, vel Receptore facta pro inveniendō legatario, vel domino rei componendæ, licet facta fuerit à compositario? Affirmat *Nog. d. 25. à n. 285.* Quia dictio *Dummodo* apposita in Bulla Latina, superius adducta n. 625. importat ex sua natura, non conditione, sed modum, ut tenet cum 25. *DD. Barb. de Diction. utriusque jur. di. 95. n. 2.* maximè, quando adjicitur actui perfectõ, ut *do tibi hoc, dummodo hoc facias.* Ut docet *Sanch. de Matr. l. 3. d. 33. n. 2.* In Bulla autem adjicitur actui



actui perfecto; nam post facultatem Commissario concessam componendi bona additur. *Dummodo in omnibus prædictis casibus, præterquam annualis negligentia, personæ per Commissarium, & Receptorem prædictum non reperiantur.*

700 Maior, inquit, difficultas est, si juxta Bullam Hispanam, omittatur juramentum de diligentia facta; quia in ea juramentum exigitur a Pontifice per ablativum absolutum, ibi, *Præstito per restituentem juramento de diligentia facta, &c.* Ablativus autem absolutus importat conditionem, & conditio formam. Sed contra; quia etiã in Bulla Lusitana ad diligentiam faciendam pro inveniendis legatarijs, Pontifex utitur ablativo absoluto, ibi, *Si legatarij, adhibita per Commissarium diligentia, inveniri non poterunt.* Ergo quoad hoc non est minor difficultas juxta Bullam Lusitanam.

701 Igitur sicut dispositionem Bullæ Hispanæ aliqui ita explicant (& approbat *Nog. n. 289. fine*) ut sufficiat, quod praxis confessorum interpretetur id juramentum solum requiri, quando cum Commissario compositio fit. Secus quando compositio fiat per Bullas; quia tunc sufficit, quod restituens sit tutus in sua conscientia de diligentia facta. Similiter, juxta Bullam Lusitanam pro legatarijs inveniendis, quando compositio fit faciendâ per Bullas juxta dicta à n. 657. vel cum ipso

Commissario pro foro conscientia, sufficit diligentia in confessione facta, vel approbata a confessario, vel a viro docto, quando de unius, vel alterius consilio compositiones fiunt; confessorius enim, vel vir doctus, ad hujus inquisitionis effectum, subdelegatus cenletur Commissarij Generalis; ut ipsa praxis observat; & cū *A Cesta, & Abreu,* tenet *Nog. n. 287.* Recole dicta à n. 654.

## ARTICULUS VI.

*Brevis explicatio ad contenta in quinto casu Bullæ Compositionis.*

702 **I**N quinto casu Bullæ compositionis tam Bulla Latina, quam Commissarius exprimentur usuras, ibi, *Per usurariam pravitatem. Por onzena.* Est autem usura lucrum *quæsitum ex mutuo, vi mutui.* Quotuplex fit, & quando detur, non est compendij in Cruciatam examinare. Solum dico concedi in Bulla compositionem super usurario lucro ex mutuo, quando mutuarius ignoratur. Videatur *Nog.* & alij ab eo citati *d. 25. à n. 292.* Nota deinde circa usuras triplicem dari propositionem damnatam. Prima ab Alex. VII. ibi, *Licitum est mutuanti aliquid extra sortem exigere, si se obliget ad non repetendam sortem usque ad certum tempus.* 2. ab Innoc. XI. ibi, *Usura non est, dum ultra sortem, aliquid exigitur, tanquam ex benevolentia, & gratitudine; sed solum,*

lum, si exigatur, tanquam ex justitia debitum. 3, ab eodem Innoc. ibi, *Cum numerata pecunia pretiosior sit numeranda; & nullus sit, qui non maioris faciat pecuniam presentem, quam futuram, potest creditor aliquid, ultra sortem, à mutuataro exigere, & hoc titulo ab usura excusari.*

703 Alia non exprimunt Bulla Latina, & compositionis summarium, sed per clausulas generales compositionem concedunt, ibi, *Super male ablatiis, aut aliter male acquisitis. Sobre quaisquer bens mal levados, ou adquiridos por qualquer outro modo illicito, por qualquer forma, officio, ou trato, &c.* Circa hæc bona illicite comparata aliqua jam diximus à n. 641. Ut autem omnia in generali clausula comprehendantur, absolute dicimus in Bulla concedi compositionem super male acquisitis, quoties, quia illorum dominus, post factam debitam diligentiam, ignoratur, possidens tenetur illa restituere pauperibus, aut in pia opera expendere juxta jus commune positivum; nisi ea bona per sententiam judicis, aut alio modo legitimo jam sint applicata alicui speciali loco pio, Ecclesie, aut personæ; quia tunc jam dabitur certus creditor à Judice designatus; ut jam notavi n. 692. *fine.*

704 Ex hac universali resolutione ad omnia bona illicite habita sive per officium, sive per pondera, sive quocunque alio modo injusto procc-

edit *Nog.* ad diversos casus in particulari. *Et d. 25. Sect. 29. à n. 307. agit de Judicibus tam secularibus, quam Ecclesiasticis, tam ordinarijs, quam delegatis.* Et ibidem de omnibus *Afferit 1.* ut probabilius non indigere compositione super acceptis pro injusta sententia ferenda, si de facto eam protulerint; quia sic accepta possunt ab eis retineri. Dixi si de facto eam protulerint; quia, si promissis non iteterint, tenentur danti accepta restituere; & si hic sit certus, non datur locus compositioni; sicut neque super damno dato partibus, si de illis constet.

705 *Afferit 2.* teneri ad restituenda ea, quæ acceperunt pro ferenda justa sententia, si data fuerunt ad redimendam vexationem, vel ne à parte contraria judex subornaretur; hæc enim danti sunt restituenda; quia dominium non amittit; cum illud a se voluntarie non abdicaverit. Si autem judicibus aliquid liberaliter detur; tunc ait posse eos per Bullam componi in sententia docente leges prohibentes judicibus acceptationem munerum non impedire dominium eorum, nisi post sententiam. Secus in opposita, & communi sententia; in qua proinde non datur locus compositioni. *Addit ex Trullenb. & Rodrig.* non teneri judicem munera accepta restituere, nec compositione indigere. An probabiliter, alij viderint.

706 Asserit 3. Judicem in causis spiritualibus, v.g. matrimonialibus, beneficialibus &c. licet timoriam in acceptatione commiserit, posse per Bullam componi, & non teneri acceptum danti restituere. Deinde à n. 320. cum aliqua de illis notitia affert duas propositiones ad iudices spectantes, & damnatas; Primã ab Alex. VII. ibi, *Quando litigantes habent pro se opiniones æque probabiles, potest iudex pecuniam accipere pro ferenda sententia in favorem unius præ alio.* 2. ab Innoc. XI. ibi, *Probabiliter existimo iudicem posse judicare juxta opinionem etiam minus probabilem.*

707 Eadem d. 25. Sect. 31. à n. 329. agit. de testibus, scribis, notariis, advocatis, & de alijs ministris publicis, qui si per actiones injustas aliquid acceperunt, juxta sententiam satis communem asserentem acceptum ob turpem causam posse retineri, non tenentur ad restitutionem, nec compositione indigent. Secus dicendum in sententia docente sic acceptum distribuendum esse pauperibus. Quando vero hujusmodi Ministri justitiæ teneantur à se injuste damnificatis restituere damna vide apud eundem, & alios ab eo citatos.

708 Sect. 32. à n. 336. agit de mercatoribus, negotiatoribus & quibuscunque genus aliquod commercij exercentibus. Et certum est damnum illatum per fraudem, & dolum in emptionibus, & venditionibus, alijsve contractibus,

illis, qui damnum passi sunt, esse restituendum. Si tamen personæ læsæ inveniri non possunt, datur compositioni locus; quia ea bona debentur pauperibus, vel ipsi locis: quando vero Mercatores peccent in occultandis mercium defectibus; in conficiendo monopolium; in arcendis metu, & fraude alijs ab emendis, quæ sub hasta venduntur, ut ipsi minoris emant; in vendendo ultra taxam? Vide apud ipsum, & ab eo citatos, & ad extremum propositionem damnatam ab Innoc. XI. ibi, *Contractus Mobatra (Lusitane Trapassa de quo Ordin. l. 4. tit. 67. §. 8.) est licitus, etiam respectu ejusdem personæ, & cum contractu retro venditionis præviè inito, cum intentione lucri.* De exercentibus commercium in rebus, quæ consistunt in pondere, mensurâ, & adulterinis admixtionibus, diximus à n. 647.

709 Sect. 33. à n. 345. agit de compositione super bonis inventis, & præsertim super bonis naufragantiû. De bonis vero inventis satis jam diximus à n. 444. Et iterum n. 644. Circa bona naufragantium post plures casus, in quibus ea sibi appropriantes nec incurrunt excommunicationem, nec peccant, juxta varios AA. Ipse à n. 350. Docet 1. Si naufragantes sint Fidei orthodoxæ inimici; aut alij, cû quibus hoc Regnum bellum gerit; aut in mari piraticam vitam agentes; tam bona ex eorum naufragio in littore inventa, quam naves ipsæ

ipsæ sunt capientium, five illorum dominus ignoretur, five non. *juxta Ordin. l. 2. tit. 32. §. 1.* Et idem dicendum de personis ipsis, nempe de Mauris, qui in his littoribus ex naufragio salvantur. Nomine autem inimicorum Fidei intellige etiam hæreticos cum *Trullech. Mend. & alijs apud Nog. n. 347.* Et super hujusmodi bonis non indiget inventor compositione; quia sine hac illi sunt à Principe applicata.

710 Docet 2. alia bona naufragantium in nostris littoribus inventa, si illorum dominus intra semestre non inveniatur, esse tradenda Perfecto captivorum loci, qui ea in commentariolis referet, ut domino, si compareat, deductis expensis, ex pecunijs redemptionis solvantur: ut expresse habetur in *Ordin. cit. tit. 32. in principio.* Hæc lex fundatur in opinione asserente hujusmodi bona in opera pia esse applicanda; & piissimum opus est redimere captivos. *Et n. 353.* hanc esse in hoc regno praxim testatur; atque adeo talia bona non esse tradenda Ordinario, nec de illis intelligi casum reservatum in plerisque regni Diocesisibus pro bonis incertis, de quo late à *n. 443.*

711 Hac tamen regni lege non obstante Docet 3. Si amittatur spes inveniendi dominum talium bonorum posse inventorem super illis componi, cum intentione tamen illa tradendi domino comparenti, quod intelli-

ge, si compositio fiat per Bullas, juxta dicta à *n. 653.* Si enim compositio fiat cum Commissario premitente juridicam diligentiam, nihil tenebitur domino comparenti restituere, juxta dicta *n. 655.* quod ipse latius explicat *cit. d. 25. n. 356.* Docet 4. absque ulla compositione posse inventorem ea bona sibi retinere cum intentione illa tradendi domino comparenti, juxta satis probabilem sententiam circa alia bona inventa, in quibus, & in bonis naufragantium ipse *n. 354.* Cohærenter procedit; & propterea hic locum habent superius dicta à *n. 446.* & *n. 644.* Et similiter discurre circa bona in domo incensa, aut ex fluviali inundatione inventa, si domini prorsus ignorentur.

712 *Sect. 34. à n. 358.* agit de compositione super damnis per venationem, vel animalia illatis, qualia inferunt, qui permittunt, ut sua animalia segetibus alienis pascantur, vel eis damnum inferant; & qui occasione venationis segetes, vineas, aut hortos conculcant, tam per se, quam equorum pedibus, vel alio modo res alienas damnificant; & his expresse in summano compositionis adducto *n. 697.* conceditur compositio; dummodo segetum, vinearum, & horticorum dominus facta diligentia inveniri non possit, quod difficile videtur. Deinde à *n. 359.* descendit ad casus particulares, in quibus agit, quando ad restitutionem teneantur pascentes ani-

animalia, cædentes ligna, venatores, & piscatores, pro quibus ipsum vide, & alios ab eo citatos.

713 *Sect. 35. à n. 368.* agit de cõpositione super rebus falsificatis, vel alijs deterioribus mixtis, quæ quidem conceditur, quando committitur iniustitia, & per consequens resultat obligatio restituendi, si post factam diligentiam damnificatus ignoretur. Et præter dicta *n. 648.* ibidem agit de vitiantibus triticum, vinum, argentum, aurû, ferrum, &c. & præcipue de Pharmacopolis, qui non habentes ab emptoribus expetita, alia similis virtutis vendunt, ne dicatur in suis officinis aliqua deesse. Et in hoc gravissime peccant, 1. quia ementem decipiunt. 2. accipiendo certum pretium pro medicamento incerto. 3. offendendo infirmi salutem; neque enim ipsis evidenter constat ellectuarium, quod præstant, esse ejusdem virtutis cum petito ex Medici præscripto. Tenentur deinde restituere, & refartire omnia damna, tam ementibus, quam infirmis, aut alijs secuta.

714 *Sect. 36. à n. 379.* agit de cõpositione simulatoris, super ijs, quæ fictione illicite acquisivit; ut sæpe contingit in illis, qui se fingunt pauperes, vel alicujus consanguineos, vel Sanctos; ut alij moveantur ad elargiendam eleëmofynam, vel faciendam donationem, vel beneficium conferendum, aut alia præstanda, quæ nullo titulo eis debentur. Et in primis,

absolute, & simpliciter docet, qui simulata paupertate, aut sanctitate accipiunt eleëmofynas, etiam parvas, & quotidianas, peccare, & teneri ad restitutionem, quia causa motiva in donantibus est paupertas, aut sanctitas petentis; & si hæc non subsistit, nec dominium eleëmofynæ acquiritur. Pro contraria sententia [saltem quoad parvas, & quotidianas eleëmofynas] stant *Sot. Granad. Fagund. Henriq. Coninch. Less. & Dian.*

715 Docet 2. hanc restitutionem à simulatore faciendam esse, juxta varias sententias, quas dicit probabiles, aut 1. ipsis dantibus eleëmofynas, si agnoscantur; aut 2. pauperibus; aut 3. danti, vel pauperibus, cui simulator voluerit. Ipse tamẽ ut probabilius tenet eleëmofynas tenues, quæ ostiatim petentibus solent erogari, esse restituendas alijs pauperibus; maiores autẽ, quæ non solent cuilibet pauperi erogari, dantibus debere restitui. Quoties autem eleëmofynæ sunt pauperibus restituendæ, possunt simulatores virtute Bullæ componi, etiam si dominus, qui eas donavit, non ignoretur.

716 Docet 3. simulantem cõsanguinitatem, si ea de causa aliquid accipiat, non posse compositione uti, si donator innotescat; quia huic facienda est restitutio; eo quod causa motiva non fuerit sola paupertas, sed simul etiam, aut sola consanguinitas, quæ non subsistit. Docet 4. Qui simulata sanctitate, aut doctrina be-

beneficium obtinuit, non posse componi; quia beneficia dantur absolute, sine ea conditione, & sanctitas solum est causa impulsiva, & non motiva, quæ est idoneitas, & hanc si re vera obtineat, ut beneficium digne administret, illud potest retinere. Si autem idoneitatem non habet, tenetur beneficium dimittere sub peccato mortali, & ad restitutionem fructuum male perceptorum, super quibus poterit componi, non tamen super titulo beneficii, ex dictis à n. 689.

717 *Secl. 37. à n. 395.* agit de compositione super possessis, quorum dominus ignoratur; & de Missis celebrandis, quando ignoratur, à quo accepta fuerit elemosyna. Et quoad 1. si ve ea bona possideantur titulo depositi à proprio domino facti, vel mutui, vel pignoris, vel ex aliquo contractu, aut quasi contractu dominium non transferente; si ad talem statum sit devenit, ut res possessa pauperibus sit distribuenda; eo quod illius dominus ignoretur, potest possidens per Bullam componi, juxta sæpe dicta.

§ Nota, quod si res aliena auctoritate Judicis apud aliquem deponatur, dum cujus sit decernatur; si dominus per sententiam designatus non compareat; non poterit hic depositarius per Bullam se componere; quia Judex fuit deponens, & de natura depositi est, ut totum deponenti tradatur. Si autem à Judice constituatur de-

positarius nomine domini tunc non comparentis, ut illi, si compareat, tradatur res deposita. Tunc si elapso debito tempore, & facta diligentia, dominus non compareat, & careat hæredibus, poterit super re deposita componi; quia jam nomine veri domini extat depositarius.

718 Quoad 2. licet Sacerdos non recordetur, nec à quibus elemosynas acceperit, nec pro quibus Missas sit applicaturus, non datur locus compositioni; neque quoad illam ea non recordatio cum constituit rei incertæ possessorem. Nam Missæ celebrandæ non sunt incertæ, nec personæ, quibus erant applicandæ; quia Deus, ad quem pertinet earum Missarum fructum concedere, illas personas scit, & cognoscit. Deinde Sacrificium eodem modo prodest vivis, & defunctis, si Sacerdos illud offerat juxta intentionem elemosynas erogantium.

719 *Secl. 38. à n. 400.* agit de compositione super illicite acquisitis per ludum, quæ quoties pauperibus distribuenda sunt, sub compositionem cadunt; nunquam tamen super illis fieri potest, si constet, cui restitutio facienda sit. Quando autem, & cui restituenda sint, quæ per ludum comparantur, per sequentes resolutiones exponit.

720 Docet igitur 1. qui aliquid lucratus est per fraudes con-

contra leges ludi; teneri ad restitutionem, collusori faciendam, non solum illius, quod per illas lucratus fuit, sed ad id, quod alius, si fraudes abessent, lucratus fuisset. Secus dicendum, si fraudes sint secundum leges ludi; quia tunc nec datur peccatum, nec restituendi obligatio. Docet 2. qui ludo per leges prohibito lucratur, non teneri ad restitutionem; quia leges id non intendunt, vel in eo sensu non sunt acceptæ. Docet 3. cum communi sententia, qui metu, aut coactione aliquem pertrahit ad ludum. Si coactus perdat, illi fieri debere restitutionem à cogente. At satis probabile est hunc ad restitutionem non teneri.

721 Docet 4. Qui in peritiâ ludendi maxime excedit alteri, ita ut detur moralis certitudo lucrandi, teneri ad restitutionem ipsi collusori faciendam, etiam si hic noverit excessum peritiæ in altero; quia non servatur æqualitas. Limita, nisi id lucrum præsumatur spontanea donatio, quæ præsumi potest, quando est parvum. Docet 5. Qui ludit cum filiis-familias, uxoribus, Religiosis, servis, & alijs, qui alienare nequeunt, quæ ludo exponunt, teneri ad restitutionem faciendam parentibus, maritis, monasterijs, & dominis. An vero alienare non valentes aliquam, & quotam quantitatem possint ludo exponere?

Resolvitur in materia de ludo.

722 Docet 6. qui ludat, si-ve credito, si-ve numerata pecunia, cum animo non solvendi, quod amiserit, & alter collusor id ignoret, secundum communem sententiam teneri restituere collusori, quod lucratus fuerit. At oppositum probabiliter docetur à *Sanch. Hurt. Lug.* & alijs. Docet 7. qui ludat cum beneficijs, & lucratus fuerit aliquid ex bonis superfluis, quæ erant distribuenda in usus pios (stante aliquorum sententia docente beneficiarium non esse dominum reddituum beneficij) posse per Bullam componi; quia compositio locum habet in bonis pauperibus distribuendis, aut in pios usus convertendis. At quia communis sententia tenet beneficiarios habere dominium, etiam eorum, quæ ex superfluis pauperibus sunt distribuenda, nec ad restitutionem tenetur lucrans, nec compositione indiget.

723 Docet 8. qui domum, mensam, taxillos, chartas, & similia ad ludum subministrant, cum teneantur ad restitutionem, in defectum colludentium, rerum ibi perditarum per fraudes, & ab ijs, qui alienare non possunt, posse se per Bullam componere, si ignorentur personæ, quibus faci-

enda erat restitutio, quæ facta non fuit ab ijs, qui lucrum illicite acquisierunt.

724 *Señt. 39. à n. 412.* agit de compositione super acceptis ob turpem causam, ubi de acceptis pro meretricio. Et quidem ex supra dictis multa jam resolvi possunt ad hanc compositionem spectantia. Et quia omnes alij casus circa illicite acquisita ob turpem causam nequeunt in compendium redigi; ut quid in quolibet tenendum sit, circa restitutionem, & compositionem; hanc ex *Azor. Molin. Salon. Less. Vasq. Lug. Dicast. Tamb.* & alijs tradit regulam universalem.

725 Quoties pretij traditio ex parte dantis, vel receptio ex parte recipientis, vel utraque ex parte utriusque, est ratione sui turpis, & illicita contra justitiam datur obligatio restituendi; & si ignoretur, post adhibitam diligentiam, cui facienda sit restitutio; datur locus compositioni per Bullam, loco distributionis in pauperes faciendæ. Quoties autem receptio ipsius pretij non sit contra justitiam post impletam conditionem turpem, potest pretium recipi, & retineri absque obligatione restituendi; quia hæc solum oritur ex peccato contra justitiam. Et tunc necessaria non est compositio, nisi ad summum, pro tranquillitate conscientiæ, in casu, quo non obstante vera probabilitate de eo, quod

acceptio non fuerit injusta, detur etiam probabilis opinio de obligatione distribuendi in pauperes, vel pios usus, quod acceptum sit.

726 Ex tradita regula multa facile resolvi possunt, quæ latius profequitur *Nog. à n. 414.* Primo circa filios, servos, Religiosos, & alios alienare non valentes supra *n. 721.* Secundo circa latrones, & usurarios, de quibus supra *n. 702.* Tertio circa simoniacos, de quibus supra *n. 706.* Quarto circa Judices, & alios justitiæ ministros, de quibus supra *à n. 704, & n. 707.* Quinto per multas, & varias resolutiones circa mulieres, sive in publico meretricio, sive occulte turpiter viventes; sive solutas, sive conjugatas, aut Moniales ob turpidinem aliquid accipientes; ubi etiam quid dicendum, si pretium sit excessivum, si à Religiosis, aut alijs alienare non valentibus sit acceptum. Sexto circa uxores, filias, & servas, an debeant restituere pretium ex turpi lucro comparatum maritis, patribus, & dominis, aut Moniales Monasterio. Septimo circa viros accipientes ab uxoris pretium turpitudinis, an teneantur illud maritis restituere.

727 Ad calcem hujus Bullæ compositionis inquit: Quidnam potius Confessarius pœnitentibus suadere valeat, an integram resti-



tutionem faciendam pauperibus, aut pijs locis, in casibus, in quibus jure illis debentur bona, an compositionē virtute Bullæ? Respondent suadendam potius compositionem; tum ut pijsimum opus Bullæ promoveatur, quod Pontifex intendit; tū ut suavius restitutio adimpleatur. Si tamen pœnitens eligat integram restitutionem, illi est standum, ut ex maiori bonorum spoliatione ei meritum accrescat.

## CAPUT XXVI.

*De Bulla Defunctorum.*

728 **V** Erba Bullæ Latinæ, ex quibus Commissarius Bullam defunctorum deprompsit, ita habent: *Quod etiam pro cuiuscunque elemosynarum voluntate, animabus in Purgatorio existentibus, quæ per charitatem Christo unitæ ab hac luce migraverint, pro quibus, juxta præmissa, collata fuerit, ad relaxationem pœnarum, quibus secundum D. Justitiam expositæ sunt, suffragentur.*

729 In Bulla vero ipsa defunctorum, quoad præsens attinet, ait Commissarius, ibi, *Primeiramente, que toda a pessoa, que der a esmola abaxo declarada, pela alma de qualquer defuncto, a que quizer applicar, a livre das penas do Purgatorio, por modo de suffragio;*

*É livrarà tantas almas, quantas vezes der a dita esmola, É fixer a tal applicaçõ. Item, que por modo de suffragio, visitando as Igrejas, que se contem na Bulla dos vivos, ganha por cada huma das ditas almas, a que applicar a tal visitaçõ, as indulgencias da dita Bulla. E por quanto vòs N. destes sincoenta reis, fica livre das penas do Purgatorio a alma, pela qual foy vossa tençõ dar a dita esmola. E os que a derem tomaraõ este summario impresso, com o nome escrito nelle da pessoa, que der a dita esmola; É naõ o levando, nem se escrevendo nelle seu nome, naõ lhe valerà.*

## ARTICULUS I.

*De multis remissive circa suffragia, & indulgentias pro defunctis.*

730 **M**ulta d. 26. à n. 4. aliorum Cruciatæ Expositorum vestigijs insistens, tractat Nog. quæ ad institutum morale, & Confessariorum praxim parum, aut nihil conducunt; & ideo solum scctionum titulos proponam, citatis numeris, ut, qui velint, ipsum addeant.

§ Primo igitur à n. 4. tractat, an detur Purgatorium, ubi sit, & an sit unum omnium animarum ibi detentarum? 2. à n.

9. Quot, & quales pœnas animæ in Purgatorio patiuntur? 3. à n. 17. Quanto tempore animæ in Purgatorio detineantur. 4. à n. 29. An pœnæ Purgatorij per suffragia quoad intentionem minuantur? 5. à n. 36. An animæ in Purgatorio sint certæ de sua salute, & mereri, aut demeri in eo possint? 6. à n. 40. An animæ Purgatorij antequam purgentur possint ex eo exire? Et an ibi pro nobis Deum orent? 7. à n. 49. An suffragia vivorum valeant pro defunctis? 8. à n. 54. An suffragia fidelium profint animabus Purgatorij per modum meriti de condigno? 9. à n. 62. An suffragia fidelium animabus Purgatorij profint, per modum meriti de congruo, aut per modum impetrationis? 10. à n. 79. An nostra suffragia profint defunctis ex justitia, an ex Dei misericordia? 11. à n. 96. An Deus infallibiliter suffragia pro defunctis acceptet? 12. à n. 104. Quæ conditiones requirantur ex parte offerentis, ut suffragia profint defunctis? 13. à n. 119. Quæ conditiones requirantur ex parte animarum Purgatorij, pro quibus suffragia offeruntur? 14. à n. 125. An Missæ Sacrificium profint animabus Purgatorij, quoad satisfactionem, & impetrationem? 15. à n. 132. An Missa de Requiem magis defunctis sit utilis,

quam alia, & qui illam tenetur dicere determinata die, possit aliâ satisfacere? 16. à n. 143. In quibus diebus Missam de Requiem possit Sacerdos celebrare?

731 17. à n. 161. agit de Missis defunctorum in Altari privilegiato. Deinde à n. 166. exponit omnes, & singulas clausulas apponi solitas in Brevis pro Altaribus privilegiatis. Postea à n. 212. inquit 1. An Sacerdos obligatus ad Missam in Altari privilegiato suæ obligationi satisfaciat celebrando in Altari non privilegiato cum numismate, aut calculo indulgentia plenaria affecto? & à n. 215. cum communi, & tenenda sententia respondet negative. Inquit 2. à n. 222. An Sacerdos habens Bullam Cruciatæ possit satisfacere Missæ dicendæ in Altari privilegiato visitando quinque Ecclesias, vel quinque Altaria in diebus stationum? Et similiter à n. 225. Respondet negative. Inquit 3. à n. 231. An tantum valeat una Missa pro omnibus defunctis oblata, ac si pro uno tantum offerretur? Et respondet tam fructum Missæ factisfactorium ex opere operato, quam valorem satisfactionis ex opere operantis minus prodesse, si Missa pro pluribus, quam si pro uno offeratur. Inquit 4. à n. 242. An com-

communio oblata pro defunctis, illis proficit ex opere operato? Respondet nullum in defunctis effectum causare ex opere operato. Inquirit 5. à n. 255. An sacra communio defunctis applicata, illis ex opere operantis prodesse possit? Respondet affirmative, si digne à viventibus accipiatur. Inquirit 6. à n. 262. An opera ex præcepto debita possint pro defunctis, ut satisfactoria applicari? Rejctis duabus alijs sententijs, cum verissimâ, ut inquit, respondet omnia opera pœnalia, sive ex præcepto sint debita, sive non, esse satisfactoria pro peccatis proprijs, & etiam pro alienis, & defunctis prodesse, si illis ab operante applicentur.

732 Inquirit 7. à n. 270. An Confessarius possit imponere pœnitentiam sacramentalem implendam pro defunctis? Affirmative respondet cum DD. communi sententia; quidquid in contrarium tenuerit *Joann. Sanchez. Vega, & Pedraza*. Inquirit 8. à n. 276. An sepultura sacra, aspersionis aquæ benedictæ, & delatio defuncti, ad tumulum in sacro habitu alicujus Religionis sint utiles animabus Purgatorij? Quoad omnes partes respondet esse valde utiles. Inquirit 9. à n. 281. An animæ

in Purgatorio detineantur, quoad usque ab hæredibus, seu testamentarijs restituantur ea, quæ defuncti debebant? Plures affirmant apud ipsum; Ipse tamen cum communi Theologorum respondet negativam sententiam esse veram; atque adco animam defuncti non detineri in Purgatorio ob dilationem, vel omissionem restitutionis (per se spectatæ) ab hærede, vel testamentarijs; quanvis per accidens possit restitutio suffragari defunctis.

733 Inquirit 10. à n. 302. Quodnam suffragiû sit alio magis satisfactorium pro defunctorum animabus? Supponit, quod latius expendit cit. d. 26. n. 50. ex *Trid. sess. 14. Can. 13. & ex Cap. Animæ defunctorum 13. q. 1.* nimirum ea, quæ pro defunctis offerri possunt ad quatuor reduci capita suffragiorum. Deinde relatis tribus inter se diversis sententijs, Respondet 1. suffragiû defunctis utilissimum esse incrementum Missæ Sacrificium. Resp. 2. post Sacrificium Missæ, præcipuum inter reliqua suffragia locum obtinere indulgentias, quæ per modum suffragij defunctis applicantur. Resp. 3. jejunia, quorum nomine veniunt flagellationes, & aliæ carnis macerationes, prodesse defunctis magis, quam eleëmofyna, & oratio. Resp. 4. eleëmofynam magis prodesse, quam oratio. Docet tandem à n. 315. quæ in prædictis responsionibus dicta sunt, esse

esse intelligenda ex genere, & natura ipsorum suffragiorum; nam per accidens, & ex aliquibus circumstantijs potest aliud contingere.

734 Inquiri 11. à n. 318. Quinam possint indulgentias pro defunctis concedere. Respondet solum S. Pontificem, & non Episcopos, aut alios Prælatos. Inquiri 12. à n. 324. An indulgentiæ pro defunctis concedantur per modum absolutionis, an per modum suffragij? Indulgentia tunc conceditur per modum absolutionis, quando conceditur subdito ab eo, qui in illum habet auctoritatem. Per modum vero solutionis, seu suffragij, tunc conceditur, quando remissio pœnæ non fit ab homine iudice, sed à Deo acceptante pretium idoneum ex communi Ecclesiæ Thesaurò, quod tamen pretium homo nempe S. Pontifex ad id exhibet. Respondet igitur non posse S. Pontificem concedere indulgentias animabus Purgatorij per modum absolutionis; quia jurisdictionem directam in illas non habet, posse tamen dictis animabus indulgentias concedere per modum solutionis, sive suffragij; ut ipsa tuadet praxis SS. Pontificum, qui, dum indulgentias pro defunctis concedunt, utuntur clausula, *Per modum suffragij.*

735 Inquiri 13. à n. 330. An applicatio indulgentiæ pro defunctis

facta infallibiliter suum fortiatur effectum? Multi probabiliter negant; ipse tamen cum sententia magis pia, & ut ait, simpliciter vera, respondet affirmativè. Inquiri 14. à n. 336. An valide possint indulgentiæ applicari defunctis quando in formâ cõcessionis id non exprimitur. Respondet negativè. Et inde infert non posse pro defunctis applicari indulgentiam Jubilæi duplicis hebdomadæ: posse autem indulgentiam concessam Ecclesijs nostræ Societatis pro quartâ cujuslibet mensis Dominicâ ad Communionem generalem designatâ; quia in concessione hujus exprimitur id, & non exprimitur in concessione illius Jubilæi.

736 Inquiri 15. à n. 344. An possit quis propria auctoritate indulgentiam, quam intendit lucrari, pro defuncto offerre, sicut potest pro eodem jejunia, disciplinas, &c. Possè id fieri licite, & fructuose affirmat *Gobat. Nog.* vero respondet 1. esse meritoriû, satisfactoriû, & impertratoriû, atque adeo bonû, & licitum hûc actû *Clementissime Deus, rogo te, ut indulgentiam plenariam, quam cràs in die Portiunculæ comparare studebo, digneris admittere potius pro expiandis mei patris defuncti peccatis, quàm meis.* Respondet 2. non posse quem privata auctoritate fructuose, & cum effectû offerre, sive applicare pro defuncto suâ indulgentiâ, ut potest jejunia, flagellationes, &c. quia

quia ex dictis *n. antecedenti* indulgentia nō donatur, nec valide applicatur defunctis ab ipso offerente, nisi ex cōcessione Pontificis. Poterit igitur filius pro patre fructuose offerre satisfactionem illius actus, quatenus satisfactorius est, sicut jejuniij, non tamen fructum indulgentiæ; sicut non potest quis pro alijs applicare meritum suarum operationū, quod semper sistit in operante.

737 Inquiri 16. à n. 352. Quæ conditiones requirantur in eo, qui propositum habet consequendi indulgentiam pro defuncto? Et primò dubium excitat de statu gratiæ, & respondet duplicem dari sententiam. Prima affirmat requiri statum gratiæ saltem in eo momento temporis, quo completur opus impositum ad indulgentiam lucrandam. Ita *Belarm. l. 1. de indulg. c. 14. q. 5. Lug. de Pœnit. d. 27 n. 71. & alij, quibus accedit Gobat. tom. 2. Tract. 4. n. 491.* in casu, quo poterat lucrans sibi ipsi applicare indulgentiam, quam defuncto applicare intendit. Undè juxta *Gobat.* in visitatione quinque Altarium, ut quis indulgentiâ stationum per Bullam lucrandam defuncto applicet, debet esse in statu gratiæ; quia illam sibi poterat applicare; secus dicendum de accipiente Bullam defunctorum pro aliquo defuncto.

738 Secunda, & opposita sententia, quam ut communiorem, & veriorē amplectitur, absolute negat

requiri statum gratiæ. Et ratio quā nititur est; quia remissio pœnæ temporalis, quæ defuncto per indulgentiam applicatur non est per satisfactiones illam applicantis; sed per satisfactiones Christi Domini, & SS. quas S. Pontifex concedit ex Thesaurō ecclesiæ, undè indulgentia suum fortitur effectum ex opere operatio; ubi ex parte applicantis ponuntur conditiones à Pontifice requisitæ.

739 Dices pro 1. sententia. Ut aliquis sibi lucratur indulgentiam, requiritur status gratiæ: ergo etiam quando pro defuncto, vel alio illam lucratur. Confirmatur ex doctrina ipsius-met *Nog. d. 16. à n. 104.* quia existens in peccato mortali, sicut non potest pro se ipso satisfacere; ita neque pro defunctis, vel pro alijs fidelibus; plus enim [ut inter Theologos certum habetur] requiritur ad satisfaciendum pro alijs, quam pro se ipso: ergo similiter &c.

§. Resp. negādo cōsequentiam. Disparitas est, quia qui nō est in statu gratiæ habet obicē, nēpè peccatū mortale; undè indignus est, ut ei remittatur pœna per indulgentiā. Et ideo etiam pro se ipso satisfacere nō potest; siquidē habens reatū culpæ non potest se eximere à reatu pœnæ; culpa enim dū existit reddit hominē dignū punitione. At qui ponit conditiones à Pōtifice requisitas, & indulgentiā applicat, eum statum non requirit; quia, ut diximus. *n. antecedenti*, satisfacti-

ones per indulgentiam applicatę, non sunt proprię, sed ex Thesaurō ecclesię; sicut qui erogat pauperi eleēmosynam per famulum peccatorem non amittit suum meritum, & satisfactionem; quia eleēmosyna non est famuli, sed erogantis, qui illam donat. Ad confirmationē ex dictis patet solutio.

740 Secundo dubium excitat. An requiratur alicujus operis executio a lucrante prestanda, ut defunctus eam indulgentiam consequatur? Et planum est requiri executionem operis a Pontifice requisiti, & intentionem lucrandi indulgentiam pro tali, vel tali defuncto; cum enim opus sit proprium operantis; si ille nō dirigat intentionē suā in favorē alterius, sibi, & non alteri illud retinebit. Hęc autem applicatio debet præcedere opus a Pontifice requisitum ad indulgentiam pro defuncto consequendā. Unde, qui post recitationem Rosarij illud applicat pro defuncto, vel pro alio; pro illius peccatis non satisfacit, quia jam non est, in dominio applicantis. Qui verò Missam applicat in 1. momento ante consecrationem, a pto tempore applicat; an verò possit in 2. momento defunctorum. Dubium est; aliqui affirmant, alij negant.

741 Nota deinde, quando in formula concessionis requiritur, ut opus injunctum pro defuncto offeratur, pro illo debere offerri; ut dicitur in concessionē indulgentię pro Altari privilegiato Missam applicandam

esse pro defuncto. At si in concessionē indulgentię non exigatur, quod opus injunctum applicetur pro defuncto; tunc potest lucrans indulgentiam offerre illud opus, seu satisfactionem illius pro alio quocunque, vel pro se ipso. Unde poterit quis pro defuncto applicare indulgentiam communionis generalis, de quā numero 735. ipsam vero communionē offerre pro alio, vel pro se ipso. *Nog. d. 26. à n. 259.*

## A R T I C U L U S II.

*De indulgentijs Animabus Purgatorij applicandis virtute Bullę tam vivorum, quam defunctorum.*

742 **C**irca indulgentias statutorum, quę per modū suffragij possunt applicari animabus purgatorij, nihil hic addendum superest. Recole superius dicta toto *cap. 10. à n. 184.* Solum nota, ad eas lucrandas tam pro se, quā pro defunctis in diebus stationū, nō requiri Bullā defunctorum; sed sufficit, quod quis habeat Bullam communem vivorum, cum intentione lucrandi indulgentiam vel pro se, vel pro tali, aut tali defuncto juxta dicta *n. 740.*

743 At ut quis lucretur pro defuncto indulgentiam Bullę defunctorum propriam, & de quā in præsentī loquimur. Debet 1. erogare eleēmosynam Bullę receptori, non qualemcunque, & pro arbitrio suo, sed quinquaginta regalium Lusitanorū vulgo *meyo tostam.* Licet enim in Bul-

la Latina dicatur *Pro cujuscunque eleemosynarum voluntate*. Commissarius, cui à Pontifice concessa est facultas taxandi eleemosynas pro Bullis, prædictam taxavit, & quidem æqualem pro omnibus Bullam ipsam defunctorum sumentibus, sive pauperes sint, sive divites. Non sufficit tamen tribuere dictam eleemosynam, ut defunctus liberetur à pœnis Purgatorii. Quia

744 Debet 2. erogans accipere summarium ipsum Bullæ defunctorum, & illud secum è domo thesaurarii defferre. Debet 3. in eodem summario defunctorum inscribi nomen illud sumentis; aliter non proderit defuncto indulgentia; ita, quoad utrunque disponente Commissario in eadem Bulla defunctorum supra adducta. *n. 729.* An verò accipiens Bullam defunctorum debeat illam conservare affirmant aliqui. Probabilius tamen respondetur negativè propter dicta à *n. 142.* de Bulla vivorum, & *n. 631.* de Bulla compositionis, in quâ, & similiter in Bulla defunctorum nihil Commissarius disponit circa retentionem.

745 Debet 4. qui pro defuncto Bullam defunctorum accipit prius habere cõmunem vivorum Bullam. Licet enim nec Bulla plumbea, nec summarium id declarent, ratione ostenditur; quia Pontifex annectit indulgentias, quas concedit pro defunctis illis, quas concesserat pro vi-

vis, & vult quod pro defunctis acquirantur, quas ipsi vivi pro se lucrari possint. Confirmatur 1. à paritate Bullæ compositionis; ad cujus valorè prærequiritur acceptio Bullæ communis vivorũ juxta dicta. *n. 629.* ergo similiter &c. 2. quia Bulla defunctorum est pars veluti secundaria, & accessoria Bullæ vivorum; ergo ut validè accipiatur debet supponere in accipiente partem primariam, & principalem. *Nog. d. 26. à n. 371.*

746 Quæres adhuc 1. quot Bullas defunctorum, durante anno Bullæ, possit sumere, qui jam Bullam vivorum habet? Respondetur unam tantum pro uno defuncto sumere; si verò accepit chirographum, de quo diximus *n. 153.* vel simul cum ipsa Bulla, vel post sex menses à publicatione Bullæ potest aliam Bullam defunctorum accipere, vel pro alio defuncto, vel pro eodem. Non tamen potest, eodem durante anno, sumere tertiã, aut quartã, &c. ratio est; quia in Bulla Latinã tot indulgètiæ plenariæ defunctis, quot vivis, conceduntur; sic enim illius verba adducta. *n. 728.* vertit Commissarius in summario Bullæ vivorum, ibi; *Item concede que as mesmas indulgentias se possão tambem applicar as almas do Purgatorio, que cada hum mais tiver em sua vontade:* Atqui vivi, qui sumunt tantum Bullam communem, unã tantum intra annum gaudent indulgètiã plenariã, & si accipiant chirographũ

graphum gaudent altera post sex menses à publicatione Bullæ: ergo eodem modo conceduntur defunctis.

747 Dices: Cômistarius in Bullâ defunctorum adducta. n. 729. post alia, ait ibi, *Et livrar à tantas almas, quantas veses der a ditto esmola, Et fizer a tal applicaçõ.* Respondetur Commissarij verba esse intelligenda juxta Bullam Latinam, nempe: toties quis animas liberabit, quoties pro se ipso potest indulgentiam plenariam lucrari. Vel sic: tot animas liberabit, quoties dederit dictam eleëmofynam, & talem fecerit applicationem. Cum autem pro se ipso solum semel, & iterum modo dicto possit lucrari indulgentiam; solum etiam semel, & iterum, si & Bullam, & chirographum accipiat, poterit dare eleëmofynam pro Bulla defunctorum; & sic tot animas liberabit, quot fuerint eleëmofynæ, quæ non possunt esse plusquam duæ. Expresse hoc habetur in Bulla defunctorum Hispanâ; juxta quam unam tantum potest accipere pro uno defuncto, qui unam tantum accipit Bullam vivorum; at si secundam vivorum accipiat [ut in Bulla Hispana conceditur, non tamen in nostra] potest alteram Bullam defunctorum accipere intra eundem annum pro eodem, vel altero defuncto *Nog. d. 26. à n. 365.*

748 Et ex eodem numero 369. nota eum, qui initio anni publicationis Bullæ accepit pro se Bullam vivorum, & simul chirographum, posse statim sumere unam Bullam defunctorum pro uno defuncto; sicut statim potest pro se ipso gaudere una indulgentia plenaria ex vi Bullæ vivorum. At sicut non potest gaudere statim pro se ipso secunda indulgentia plenaria ex vi chirographi lucranda; sed solum post sex menses à publicatione; ita statim non potest sumere secundam Bullam defunctorum chirographo correspondentem, sed solum post sex menses. Et ratio est; quia à Pontifice eodem modo conceduntur indulgentiæ plenariæ pro defunctis, erögata eleëmofyna, quo conceduntur pro vivis; si autem & vivorum Bulla, & chirographus accipiantur post quatuor, sex, aut plures menses à publicatione. Tunc circa Bullæ defunctorum acceptionem, procede coherenter ad hinc, & supra dicta. n. 154.

749 Quæres 2. quomodo, & quando facienda est applicatio Bullæ pro defuncto? Non est dubium, ut Bulla defunctorum suum sortiatur effectum, requiri applicationem illam accipientis, ut constat tum ex Bulla Latina, tum ex summario tam vivorum, quam defunctorum. Applicatio autem debet fieri pro determinata animâ, v. g. pro anima patris mei, vel matris meæ, aut pro anima Petri, &c. Potest etiâ fieri hoc modo:



do: applico hanc Bullam animæ in Purgatorio existenti, quam Deus videt magis, vel minus indigere. Deus enim optime scit quæ magis, aut minus indigeat. Si autem applicatio fiat pro anima, quam Deus vult, non habebit effectum Bulla, sicut illum non habet Missa, si eodem modo applicetur. *Nog. d. 26. n. 381. Ex Navar. Tamb. Diana, & alijs.*

750 Semel verò applicatione factâ pro uno defuncto, cum totum jam suum effectum habuerit, non potest eadem Bulla alteri defuncto applicari. Est autem optimum consilium applicationem facere conditionaliter, v. g. *Si pater meus indiget hac Bulla defunctorum illi eam applico; at si non indigeat, illam applico pro anima Petri; Et si hic non indigeat, pro anima mei fratris;* Et sub eadem conditione possunt fieri aliæ applicationes. *Nog. n. 382.* Et est maximè notanda hæc doctrina pro applicatione etiam Missarum, & aliarum satisfactionum.

751 Circa tempus, quo facienda est applicatio Bullæ defunctorum pro animâ defuncti. Respondetur securius esse illam applicare, quando applicans existimet se esse in statu gratiæ. Licet enim ex dictis. *n. 738.* cum communi DD. non requiratur status gratiæ in applicante Bullam, ut hæc profit animæ defuncti; contraria tamen sententia, de qua *n. 707* habet pro se graves Patronos, & potest esse coram Deo vera; & certè est

securior. *Nog. n. 383.*

752 *It. à n. 384.* cum alijs notat esse melius, & laudabilius, ut homo morti proximus, dum judicat se esse in gratia, mandet in suo testamento, vel exigat ab amico, illi tradendo elemosynam, ut pro se jam defuncto Bullam defunctorum suo nomine accipiat, dummodo moribundus ipse habeat Bullam vivorum; & si etiam chirographum habeat, idem poterit mandare circa secundam Bullam. Et sic operans meretur ex opere operantis ob illam bonam voluntatem; deinde si vera sit opinio requirens statum gratiæ in sumente Bullam, cum moraliter existimet se esse in eo statu, & Bulla sumatur suo nomine, & non alterius, qui fortè in peccato mortali erit, tutius operabitur.

753 Advertant tamen illi, quibus moribundus aut mādavit, aut rogavit, ut Bullam pro se defuncto & suo nomine sumerēt, illam esse sumendam intra annū à publicatione Bullæ, quam defunctus, dum viveret, habebat; quia post dictum annum elapsum, cum defunctus jam non habeat, neque pro illo sumi possit Bullam vivorum, inutiliter pro eo suo nomine accipietur Bulla defunctorum; sicut etiam ante annum elapsum, si eam vivus suo nomine non mandavit accipi. Recolle superius dicta. *n. 40. & à n. 638.* Adde quod sicut testator potest mandare suis hæredibus, ut singulis annis pro sua anima faciant tot Missas cele-

brare; ita eisdem mandare potest, ut nomine ipsorum habentium Bullam vivorum, singulis annis pro sua etiam anima Bullam defunctorum accipiant; & si hæredes eam sumere non possint, quia jam pro alio defuncto Bullam acceperunt; per aliquem, qui illam non solet accipere, accipi faciant, tradentes illi eleemosynam. *Nog. d. 26. à n. 385.*

754 Quæres 3. An magis profit una, vel altera Missa pro uno defuncto applicata, an Bulla defunctorum? Respondet *Nog. cum Tamb. d. 26. à n. 387.* sibi videri, cæteris paribus, melius esse Bullam defunctorum sumere, quàm unam, vel alteram Missam facere celebrare. Ratio illi est, quia valor Missæ satisfactorius defuncto applicatus non est infinitus, sed limitatus, ut ipse latè probat *cit. d. 26. à n. 234.* Et ideo potest contingere, ut pro uno defuncto non sufficiat una, vel altera Missa, imò nec triginta, centum, aut mille ad remissionem pœnæ, quam habet luendam in Purgatorio: atqui sufficit indulgentia plenaria per Bullam defunctorum concessa, & applicata, quæ quoad satisfactionem non est limitata. Siquidem *Indulgentia plenaria (ex Laym, & DD. passim) est quæ illimitate conceditur, & omnem pœnam in Purgatorio pro peccatis luendam remittat; & in hoc distinguitur ab indulgentia partiali, quæ solum remittit partem pœnæ: ergo, &c.*

755 Dixi, *cæteris paribus*, quia effectus sacrificij Missæ ex opere operato est infallibilis, & semper prodest animæ in purgatorio existenti. At indulgentia in Bulla defunctorum concessa potest ex aliquo accidenti suum non habere effectum; quia fortasse requiritur status gratiæ in applicante, quem non habeat, aut alias ob causas adductas à *Nog. d. 26. n. 335.* Deinde sacrificium Missæ ex dictis. *n. 733.* habet potissimum locum inter omnia alia suffragia, & ex his poterit aliquando esse fructuosius defuncto, quam indulgentia Bullæ defunctorum. Tradita autem resolutio supponit plenariam Bullæ indulgentiam certo comparari. Adde quod etiam certo non constat de vero Sacerdotio offerentis sacrificium, nec de illius intentione applicandi Missam, &c.

756 Quæres 4. Quid nã sit anime Purgatorij utilius, sumere pro ipsa Bullam defunctorum, an celebrare Missam in Altari privilegiato? Supponendum in primis est tam Bullæ, quam Altaris privilegiati indulgentiam esse plenariam; deinde ad valorem indulgentiarum requiri causam piam, & honestam. Et his suppositis, Dico 1. Data equali causa, & certitudine pro utraque indulgentia utilius est anime offerri pro illa Missam in Altari privilegiato, quàm sumi Bullam defunctorum. Ratio est, quia supposita ea æqualitate, & certitudine, in Altari privilegiato præter indulgentiam

tiam plenariam ( quæ etiam datur in Bulla) datur sacrificium Missæ, quod pro anima applicatur cum indulgentia; in Bulla autem solum indulgentia, & non sacrificium applicatur.

757 Dico 2. Si causa, & certitudo indulgentiæ Altaris privilegiati nõ sit æque proportionata, & certa, ac est causa, & indulgentia Bullæ defunctorum; utilius est pro anima Bullam accipere, quam Missam in Altari privilegiato celebrare. Ratio est; quia quo maior est causa, & certitudo indulgentiæ plenariæ, illius utilitas, & efficacia maior, & certior est.

758 Dico 3. Si dubitetur, quænam ex dictis causis ad dictas indulgentias sit maior, aut certior? Standũ est pro Altari privilegiato. Ratio est, quia in casu dubio, & æquali prævalet illa, quæ añexã habet Missã, propter rationẽ in prima resolutione datã.

759 Dico 4. Regulariter loquendo, maior, certior, & evidentior est causa, ob quam conceditur indulgentia Bullæ, quam sit ea, ob quam conceditur Altaris privilegiati indulgentia. Nam causa concedendi Bullam est bonum religionis catholicæ, nempe subventio locorum Africæ, & subsidium classis pro defensione nostrorum marium à Fidei inimicis. Causa vero concedendi Altare privilegiatum, cõmuniter loquendo est devotio Sãcti, indulgentiæ ecclesiæ, &c.

760 Inferes: Ergo sacerdos ex

stipe accepta obligatus ad dicendam Missam in Altari privilegiato satisfacere poterit sumendo Bullam pro eodem defuncto. R. negando illationem; quia dictus sacerdos convenit cum dante stipem de dicenda Missa in altari privilegiato; tenetur igitur stare conventioni, & ad illum non attinet, eam transgrediendo, agere de illo, quod extra conventum est defuncto utilius. *Nog. d. 26. à n. 392.*

761 Quæres 5. An plures Bullæ defunctorũ sumi possint pro eodẽ defuncto, aut una Bulla pro pluribus defunctis? R. quoad primam partem affirmativè; quia licet indulgentia plenaria per unam Bullam applicata sufficiat ad liberandam animam quamcunque à pœnis Purgatorij juxta dicta. *n. 754.* Nunquam tamen sumens Bullam pro defuncto potest esse certus de effectu, eo quod possunt concurrere circumstantiæ, ob quas priores Bullæ pro ipso susceptæ non profuerint ad indulgentiam juxta dicta *n. 755.* & latius à *Nog. d. 26. n. 335.* Adde quod licet sententia ab eo tradita, & à nobis supra relata. *n. 735.* de eo, quod indulgentia pro defunctis applicata infallibiliter consequatur suum effectum, sit probabilior; contraria tamen est probabilis, & juxta illam poterit Deus non acceptare indulgentiam plenariam pro remissione totius pœnæ. Eadem doctrina applicanda est

Al-

Altari privilegiato; nam propter easdem rationes solent in eo fideles pro eadem animâ applicare plura sacrificia.

762 Quoad secundam partem, de una Bulla pro pluribus defunctis, *Mend. d. 36. n. 2. & in Append. d. 4. S. 10.* affirmat posse fideles sumere unâ Bullam defunctorum pro duobus aut tribus, nec nō & pro omnibus defunctis. Hanc tamen sapientissimi viri sententiam omnino improbabilem existimat *Nog. d. 26. à n. 400.* ubi solū pro uno defuncto posse applicari quâlibet defunctorum Bullam, optime probat primo ex ipso summario, ibi, *Pela alma de qualquer defuncto... fica livre das penas do Purgatorio a alma &c.* Secūdo à paritate Bullæ vivorū, quæ non potest accipi à duobus, ut inter se dividant fructum indulgentiæ vivis concessæ. 3. à paritate indulgentiæ concessæ Altari privilegiato, quæ similiter pro pluribus dividi non potest. 4. ex dictis *n. 665.* pro Bullâ cōpositionis.


763 Quæres 6. An Bulla defunctorū possit applicari pro defuncto, qui mortuus est in alio regno, ubi hæc nostra Bulla nō publicatur? Ad resolutionē recolenda hic sunt, quæ diximus toto *cap. 3. à n. 68.* de locis, in quibus tam Lusitani, quam exteri possint validè accipere Bullam vivorum: quibus suppositis, Respondeo tam Lusitanos, quam exteros, qui validè, loco habili, Bul-

lam vivorum acceperunt, posse durante anno à publicatione illius, accipere Bullam defunctorum [unam vel duplicem, si chirographum etiam acceperunt, *juxta dicta, n. 746.*] pro defuncto, vel defunctis, qui decesserunt ab hac vita in alijs regnis, ubi nostra Bulla non publicatur, v. g. in Gallia, aut in Italia.

§ Et hoc intellige, si ipsi accipientes in ipso loco ad acceptionem Bullæ vivorum habili adhuc perseverent, si in alijs regnis existant; poterit enim, qui post acceptam valide Bullam vivorum in Italiam profectus est, inde mandare sumere Bullam defunctorum pro aliquo defuncto. Cum enim Bulla plumbea absque ulla limitatione dicat. *Quod etiam pro cujuscunque elemosynarum voluntate animabus in Purgatorio existentibus &c.* Et cum similiter loquatur Commissarius in summarijs. Deinde cum Bulla defunctorum sit pars Bullæ vivorum, nulla est ratio cur non possit, qui hanc validè accepit, durante anno, illam accipere ubicunque ipse existat, & pro quocunque fidei defuncto, ubicunque è vivis discesserit, neque enim nos limitare debemus, ubi Bulla non limitat. *Nog. d. 26. à n. 407.*

§ Quæres 7. An requiratur status gratiæ in eo, qui pro defuncto Bullam applicat? *re. hu-*

ius quæstionis resolutionem petendam esse ex dictis à n. 737. An verò Bulla defunctorum infallibiliter profit defuncto, pro quo sumitur? Affirmativè resolvit *Nog. d. 26. à n. 333.* An de condigno ita ut à Deo infallibiliter ex justitia acceptetur? Affirmativè etiam resolvit n. 380. juxta à se dicta, & latè expensa *Seçt. 10. & 11. à n. 79.* circa suffragia, seu satisfactiones à vivis pro defunctis applicatas. Et hæc pro compendio sint satis, quæ vero in illo dicta sunt, Romanæ Ecclesiæ determinationi submitto, & Sanctissimæ Virgini MARIÆ sine labe originali conceptæ commendo, ut omnia per manus illius ad maiorem Dei gloriam dirigantur.



## COROLLARIUM.

*Pro præcipuis differentijs, quibus ab Hispanâ differt Lusitana Bulla.*

**Q**uæ sparsim tum in Compendio hoc, tum apud *Nog.* habentur, differentias inter utranque Bullam hic ex ibidem dictis colligimus, aut in compendium etiam, aut veluti in fasciculum, ut sub uno aspectu facilius percurrantur. Quæ tamen ad Commissariorum facultates spectant, apud *Nog.* videndas omit-

timus *d. 23.* quia ad ipsos attinet, quid possint scire. Sciendum tamen est Commissarium Lusitanum; quia multa necessaria, & opportuna non habet in Bulla Latina, ac plumbea; facultatem habere à S. Pontifice concessam faciendi, & exequendi ea, quæ necessaria, & quomodolibet opportuna fuerint ad executionem Bullæ, de qua facultate multis in locis, & compendium præsertim n. 622. & *Nog.* præsertim *d. 23. à n. 262.* Commissarius autem Hispanus, quia omnia habet à S. Pontifice in Bulla Latina disposita ad executionem Bullæ non habet facultatem, nisi interpretandi dubia nihil addendo.

1 Deinde differunt primo Lusitana, & Hispana Bulla; quia eodem durante anno, potest quis accipere duas Bullas Hispanas, & omnibus utriusque privilegij frui, v. g. ut virtute illarum semel, & iterum in vita, & semel, & iterum in morte absolvatur à reservatis S. Pontifici: in Bulla verò Lusitana 2. acceptio non conceditur, sed conceditur chirographus, & illum accipientibus Jubilæum post sex menses à publicatione Bullæ lucrandum, & nulla alia privilegia in eo cōceduntur. Colliguntur hæc ex dictis n. 100. n. 102, & n. 153.

2 Differunt 2. quia in Bulla Hispana conceditur indulgentia plenaria euntibus ad bellum contra Infideles à Rege Catholico initum, aut alios ad idem bellum mittentibus. At

in Lusitana nõ agitur de procedentibus ad defensionem locorum Africae, aut alios committentibus. Ex dictis n. 27.

3 Differunt 3. quia eleemosyna ad Bullam Hispanam taxatur pro titulis, dignitatibus, & statibus personarum. Ad Lusitanam vero non ita, sed juxta cujuscunque personae reditus, & facultates. Ex dictis n. 101.

4 Differunt 4. quia si Bulla Hispana culpabiliter amittatur, lacere- tur, vel comburatur, ita apud illius Expositores, ut certum habetur, de- perdi illius privilegia, ut de probabili- tate in contrarium merito dubite- tur. At Lusitanæ privilegia non de- perdi, etiam si pro libito amittatur, laceretur, vel comburatur, aut pro- babilius, aut certe probabile est. Ex dictis n. 143.

5 Differunt 5. quia licet in Bulla Hispana nomen accipientis non in- scribatur, adhuc hic illius privilegij gaudebit. At si in Bulla vivorum Lusitana nomen accipientis non scri- batur, nulla illius privilegia acquirun- tur. Ex dictis à n. 46. De necessaria nominis inscriptione in Bulla defun- ctorum diximus n. 744. An vero omni- no necessaria sit in Bulla compositio- nis n. 632.

6 Differunt 6. quia Bulla Hispana ad lucrandas indulgentias non re- quirat communionem, sed solum cordis contritionem, & confessio- nem; imo probabiliter nec confessio-

nem in illis, qui peccatum mortale non habent. At Lusitana ad lucran- das indulgentias tum Bullæ, tum chirographi necessario requirit com- munionem, & confessionem, etiam in illis, qui mortale non habeant, & annuæ confessionis præcepto jam sa- tisfecerint; si communionem accipe- re possint, & confiteri. Ex dictis à n. 155. & n. 161.

7 Differunt 7. quia Bulla Hispana de indulgentia lucranda, & ab- solutione à reservatis Pontifici im- pendenda pro articulo mortis ait, ibi, *semel in vita, & semel in mortis arti- culo*. At Lusitana non apponit dicti- onem *semel* ad mortis articulum; sed indefinite loquitur, ibi, *semel in vi- ta, & in mortis articulo*. Quid au- tem ex hac diversitate probabiliter inferri possit? Vide n. 169. & n. 336.

8 Differunt 8. quia Bulla Hispana concedit participationem bonorum operum sub conditione jejunij, & o- rationum. At in Lusitana dicta par- ticipatio conceditur absque ulla con- ditione. Ex dictis n. 180. Adde ex *Nog. d. 9. n. 1.* in Hispana Bulla sub eadem conditione concedi quinde- cim annos, & totidem quadragenas de pœnitentijs injunctis, aut debitis ali- unde; quod tamen in Lusitana non conceditur.

9 Differunt 9. quia ut quis gau- deat privilegij Bullæ Hispanæ pro tempore interdicti, pro Oratorio privato, & pro celebranda Missa ante auro-

auroram, vel post meridiem, requiruntur preces Deo fundendæ pro unione Principum, &c. idque quoties aliquo ex dictis privilegijs quisque uti velit. At in Lusitana tales preces nõ requiruntur; sed debent illam habentes, ut dictis privilegijs uti possint, erogare in subsidium Bullæ aliquas elemosynas, vel singulas pro singulorum privilegiorum usu, vel unam pro usu omnium in toto anno. Ex dictis à n. 218. ad 222.

10 Differunt 10. quia in Bulla Hispana privilegium celebrandi ante auroram, vel post meridiem de licentia Commissarij conceditur omnibus. At in Lusitana solum cõceditur illustribus, & nobilibus; ut notavit *Nog. d. 11. n. 3.*

11 Differunt 11. quia juxta Bullam Hispanam privilegium circa officia Divina, celebrationem, & receptionem sacramentorum tempore interdicti, non extenditur ad loca specialiter interdicta. Extenditur autem juxta Lusitanam. Ex dictis n. 217.

12 Differunt 12. quia juxta Bullam Hispanam probabilius est posse conferri absolutionem à censuris extra sacramentum; & ideo, qui virtute illius invalide confiteatur de peccato reservato ratione censuræ, potest manere liber à reservatione per ablationem censuræ. Non ita juxta Lusitanam, virtute cujus extra sacramentum nõ potest conferri absolutio à censuris. Ex dictis n. 307. & 378. Circa indulgētias appli-

cãdas à Cõfessario juxta Bullam Hispanam; & non applicandas necessario juxta Lusitanam. Vide dicta n. 166. & n. 171. Circa suspensionem, indulgentiarum partialium. n. 604. fine.

13 Differunt 13. quia absolutio à censuris collata virtute Bullæ Hispanæ nunquam prodest pro foro externo. Collata vero virtute Bullæ Lusitanæ prodest etiam pro foro externo, si sit à censuris à jure latis. Secus si sit à censuris ab homine latis. Ex dictis à n. 371. Et huc spectat Pontificia declaratio adducta n. 365. quæ in Lusitana invenitur, non vero in Hispana Bulla.

14 Differunt 14. quia in Bulla Hispana ex casibus Pontifici reservatis sola excipitur Hæresis, ne possit absolvi semel in vita, & semel in morte. At in Lusitana præter conspersionem in personam, & statum S. Pontificis, de qua à n. 308. excipiuntur sex casus ex contentis in Bulla Cœnæ D. de quibus à n. 339.

15 Differunt 15. quia habentes Bullam Hispanam extra Hispaniam, & loca, in quibus illa publicatur non possunt uti privilegio edendi carnes diebus prohibitis de consilio utriusque Medici, nec privilegio edendi ova, & lacticia pro suo libito in quadragesima. Deinde hoc 2. de ovis, & lacticijs (& juxta aliquos etiam 1. de carnibus) etiam intra Hispaniam non conceditur Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, nec alijs Prælatibus in-

ferioribus, nec Regularibus, nec Prebiteris secularibus, nisi sint sexagenarij, vel Ordinum Militarium Regulares. At habentes Bullam Lusitanam, in loco habili acceptam, omnes ubicunque terrarum existant, eo durante anno, possunt uti dictis privilegijs. Ex dictis *n.* 19, & à *n.* 574.

§ Adde huic aliã differentia; quia subditi Regis Portugallia, degentes in Indijs Onèralibus extra illius conquistas, mercimonij causa, & non animo permanendi, quin declinent ad loca dominio dicti Regis subiecta, nec ad illius conquistas; possunt inde accipere Bullam. Ex dictis *n.* 82. Hoc autem non possunt subditi Regis Hispania ad suam Bullam, quin personaliter declinent ad loca, ubi illa publicari solet.

16 Differunt 16. quoad Bullas compositionis. Nam Beneficiatus, qui se componat per Bullam Hispanã super fructibus male perceptis ob omissionem horarum, quantam eleemosynam dederit in commoditatẽ Bulla, aliam tantam debet dare Ecclesie, ratione cujus tenetur ad horas. At juxta Bullam Lusitanam, facta compositione vel per Bullas, vel cum Commissario, juxta dicta à *n.* 657. nihil tenetur Beneficiatus erogare Ecclesie. Ex dictis à *n.* 680.

17 Differunt 17. quia in Bulla Hispana tum Latina, tum compositionis non exprimitur clausula illa, in qua beneficiarijs conceditur compo-

sitio super indebita fructuum Ecclesiasticorum perceptione, eo quod ligati censuris, & pœnis eos perceperint, quibus suos facere non poterant. At in Bullis Lusitanis id clarissime exprimitur. Ex dictis *n.* 688.

18 Differunt 18. quia juxta Bullas Hispanas ad compositionem faciendam, etiam super legatis, quando legatarij ignorantur, non requiritur quod diligentia pro illis inveniendis fiat à Commissario; sed statur juramento se componentis de facta diligentia, & non invento aut legatario, aut domino incertorum. At in Bullis Lusitanis juramentum non exigitur; sed statuitur diligentiam pro legatarijs inveniendis esse faciendam à Commissario, maxime ut compositio valeat etiam pro foro externo. Ex dictis *n.* 696. & à *n.* 699. videnda etiam, quæ dicimus *n.* 653, & 655, & 711.

19 Differunt 19. quia in Bulla Compositionis Hispana percipitur nominis inscriptio in illa cum clausula irritatoria privilegij, si nõ scribatur. At in Bulla Compositionis Lusitana percipitur quidem inscriptio nominis, saltem in confuso, v.g. *Fo aõ.* sed non cum irritatione privilegij. Unde, si rumpatur, antequam nomen in ea sit scriptum, privilegiũ obtinebitur. Ex dictis *n.* 632. Et apud *Nog. d.* 6. à *n.* 69.

20 Differunt 20. quia in Bulla Compositionis Hispana, non prærequiritur ad illius acceptionem acceptio



ptio Bullæ vivorum (quidquid sit, an hæc necessaria sit ad valorem illius) At in Bulla Compositionis Lusitana expresse percipitur cum clausula irritatoria compositionis præceptio Bullæ vivorum ad acceptionem Bullæ compositionis. Ex dictis n. 629, & 635. fine.

21 Aliæ differentię inter utranque Bullam adduci possent, sed quæ aut sunt parvi momenti, aut non ita certæ. Nota deinde Commissarium Hispanum in Bulla Compositionis proponere undeviginti casus, in quibus compositio locum habet. Commissarius autem Lusitanus solos quinque proponit. In hoc tamen nulla datur

differentia substantialis; quia, ut bene *Nog. d. 25. à n. 282.* Commissarius Lusitanus posset etiam numerare eosdem casus, qui ab Hispano numerantur; sed maluit eos ad quinque reducere, & sub quinto à n. 702. expenso plures alios invenies. Adde ex eodem *Nog. cit.* Commissarium Lusitanum ad compositiones concedendas maiorem habere facultatem, quam habet Hispanus. Nam in Bulla Lusitana, quoad compositionem, eadem dantur verba, quæ in Bulla Latina Hispana, & aliquis casus cum maiori amplitudine. Ex dictis n. 16, & 17.

differentia, & locis ibidem citatis.







# I N D E X

## RERUM NOTABILIORUM,

QUÆ IN HOC COMPENDIO BULLÆ CRUCIATÆ  
continentur.

A

*Abbatissæ*



D irritationem voto-  
rum suarum subdi-  
tarum. *n.* 529.

*Abortus*

Quid sit? Quando sit  
reservatus? Quando  
inducat irregularitatem? An saltem  
indirecte procurari licite possit, &c. à  
*n.* 416.

*Absens*

Virtute Bullæ Lusitanæ absolvi  
non potest à censuris. *n.* 379.

*Absolutio*

Virtute Bullæ semel in vita, & se-  
mel in morte à reservatis Pontifici

extra Bullam Cœnæ. à *n.* 308. Are-  
servatis in Bulla Cœnæ. à *n.* 326, &  
338. An dari possit toties quoties,  
si dicta reservata sint occulta. à *n.*  
314. Quid si in uno loco sint occul-  
ta, in alio publica? à *n.* 321.

Absolutio à quibus reservatis Pon-  
tifici impendi non possit virtute Bul-  
læ Lusitanæ? à *n.* 308, & 340.

Absolutio à censuris virtute Bul-  
læ quoad satisfactionem partis. à *n.*  
366. An profit pro foro externo? à  
*n.* 371. Quomodo probanda, ut Ju-  
dex teneatur acceptare? à *n.* 373.  
Quam utilitatem afferat in foro con-  
scientiæ? à *n.* 375. An pro eo foro  
absolvi possit publicus excommuni-  
catus, lite pendente? *n.* 377.

Ab-

# I N D E X

Abolutio à censuris quomodo impertienda in foro sacramentali? à n. 378. An sub determinata forma? n. 387. An dari possit extra sacramentum? An sub conditione? An ad cautelam, & reincidentiam? à n. 379. An in illa explicanda sit causa censuræ? n. 386. An dari possit per metum? n. 388. An valida sit metu, vel dolo extorta? n. 389.

Absolvi virtute Bullæ an possit suspensio, & interdictum, quæ sint meræ poenæ, non censuræ? à n. 391. Quid de interdicto locali, & personali? à n. 393. Quid de cessatione à Divinis, depositione, degradatione, & irregularitate? à n. 397.

Abolutio à censuris virtute Bullæ impendi non potest defunctis. n. 40.

*Acceptatio, & acceptio*  
Bullæ in loco habili omnino necessaria, ut quis illius privilegij gaudeat? à n. 131. Acceptio fieri potest per alium; non ita acceptatio. n. 134. Quæ loca sint habilia, ut Bulla valide accipiatur, & acceptetur? à n. 68. ad 87. Plures Bullas potest quis accipere, ut illas alijs distribuat, &c. à n. 135.

*Alienigenæ,*  
Sive exteri ad fructuosam Bullæ acceptionem, si personaliter, ac realiter, & non solum civiliter, ad locum habilem quacunque ex causa declinent, imò ad solum portum loco vicinum. à n. 77.

## *Altare*

Altaris nomine quid veniat ad lucrandas indulgentias stationū in Bulla concessas. n. 195. Quando ad id sufficiat visitare quinque altaria, vel unum quinquies, hec in oppido dentur plures Ecclesiæ? à n. 196.

Altare privilegiatum. Non satisfacit Sacerdos obligationi celebrandi in illo, si celebret in non privilegiato cum numismate, aut calculo indulgentia plenaria affecto; neque visitando quinque Ecclesias in diebus stationum. n. 731. Neque sumendo Bullam defunctorum. n. 760. Quid utilius animabus Purgatorij Missa in Altari privilegiato, an Bulla defunctorum. à n. 756.

## *Amens*

Ad Bullæ acceptionem, & privilegia illius. n. 39. & 41.

## *Amor Dei super omnia*

Sufficit ad iustificationem extra sacramentum; non tamē est sufficiens dispositio ad Sacramentum poenitentiae; neque venit nomine contritionis ad indulgentias Bullæ. n. 154.

## *Annus*

Durationis Bullæ sitne Ecclesiasticus, an naturalis. à n. 90. Quando incipiat? n. 88. Aliqua dubia circa annum Ecclesiasticum resolvuntur. à n. 94.

## *Appellatio*

A' gravamine litterarum Apostolicarum, seu ab Episcopo ad Iudices sæculares, vel ad coronam Regiam,

ut

## R E R U M N O T A B I L I O R U M

ut sit reservata in 13. Can. Bullæ Cœnæ, & in Cruciata excepta. à n. 361.

### *Applicatio*

Confessarij non requiritur ad lucrandas indulgentias Bullæ Lusitanæ. n. 166. Neque in mortis articulo. n. 171.

### *Approbatio*

Ad audiendas confessiones quid sit, & in quo à jurisdictione differat. à n. 663. Est actus justitiæ, qui negari non potest dignis per examen inventis. n. 663. Habita per ratihabitionem. n. 280. Data ab Episcopo interius judicante Sacerdotem ea indignum. n. 279.

Approbatio debet necessario esse ab Ordinario loci, in quo excipitur confessio. Clericis sæcularibus non sufficit ad confessiones audiendas etiam virtute Bullæ fuisse approbatos, etiam ab Ordinario ejusdem loci, si jam illorum approbatio desijt, ut revocata sit. Nec sufficit fuisse, aut esse approbatos cum limitatione ad tempus, loca, aut personas, ut possint virtute Bullæ eligi elapso eo tēpore, in alijs locis, aut ab alijs personis. à n. 269.

Approbatio Regularium, ut per Bullam sint eligibiles. à n. 281. Ad illam præsentari debent à superioribus immediatis; talis præsentatio ad valorem approbationis non requiritur. n. 281. Regulares à suis Prælati præsentati, & ab Episcopo injuste

repulsi non manent ipso jure approbati. n. 282. Regulares generaliter idonei, etiam absque examine, non possunt ab Episcopis approbari cum limitatione ad tempus, personas, aut loca. n. 283, & 287. Ubi etiam an talis approbatio limitata absque justa causa non solum sit injusta, sed etiam quoad limitationem invalida.

Approbatio ut Regularibus concedatur ad solos homines, non est justa causa non esse quadragenarios. n. 286. Quando possint Regulares ab Episcopis iterum examinari? n. 288. Quando illorum approbationes ab eisdem revocari? à n. 289. Capitulum Sede vacante nec valide, nec licite revocare potest approbationes Regularibus ab Episcopo concessas. n. 293.

Approbatio Regularium quas ob causas possit revocari? n. 294. Regulares quorum confessiones audire possint absque approbatione Ordinarij. n. 295. Nullius confessiones audire possunt virtute Bullæ, aut Jubilæi, cum sola approbatione suorum superiorum, absque approbatione Ordinarij. n. 296. Quid importent in Cruciata verba illa: *Et quoad Regulares semel tantum approbati fuerint.* n. 297.

Approbatio Oratorij privati debet esse ab ordinario loci, in quo est Oratorium. n. 243. Est omnino necessaria ad licitum usum Oratorij. *ibid.* Non potest Episcopus approbare

privata Oratoria absque commissione Pontificis. à n. 244. Cum alijs ad hujusmodi approbationem spectantibus usq. ad n. 249.

**B**

*Benedictiones nuptiales*

Virtute Bullæ à quo sint impendendæ, tempore interdicti? Et quo tempore sint prohibitæ non habentibus Bullam? n. 234.

*Beneficiatus*

Quoad recitationem & restitutionem fructuum si non recitet, post sex menses à possessione beneficij. n. 670. Etiam si studijs vacet, & per alium recitet. n. 671. Quid de voluntarie distracto? n. 673. Quid de recitante unū officiū pro alio? à n. 674. Quid de recitante unum Matutinum pro duobus diebus. n. 672. Quid de recitante mentaliter, vel non se audiendo? n. 677.

Beneficiatus quoad compositionem super fructibus male perceptis, v.g. ex omissione horarum Canoniarum. à n. 678. An compositionem facere debeat super omnibus fructibus beneficij? n. 681. Quid de habente beneficium simplex, aut pensionem ob omissionem Officij parvi B. Virginis? à n. 683. Quid de non faciente fructus suos ob non residentiam?

Beneficiatus quoad compositionem super fructibus male perceptis

propter invalidum beneficij titulum. n. 690. Propter excommunicationem, suspensionem, interdictum, aut irregularitatem. à n. 691.

*Blasphemia*

Quid sit? Alia simplex, alia hæreticalis, hæc reservatur Pontifici, illa Episcopis si sit publica. Omnes non hæreticales sunt ejusdem speciei. n. 406.

*Bona*

Quæ dicuntur castrensia, & quasi castrensia? n. 118.

Bona ad Bullam pertinentia, qui habent, dum Commissario, aut deputatis ea non manifestant Bullæ privilegijs non gaudent. n. 36.

Bona naufragantium, si sint Fidei, aut Regni inimici, aut piratæ, spectant ad inventorem; quæcunque illa sint; etiam Mauri ex naufragio evadentes. n. 709.

Bona aliorum naufragantium quoad restitutionem; quoad reservationem, quoad traditionem Præfecto captivorum, juxta Ordin. Regni. Quoad compositionem. Quoad retentionem. à n. 710. Vide etiam. à n. 444. & à n. 644.

Bona aliena, & incerta ad reservationem episcopalem à n. 443. & 473.

*Brasilia. Vide India Orientalis*

*Bulla*

Bulla Ccenæ non revocat Cruciatam n. 23. Illius casus recensentur. n. 337. Derogat Regularium privilegia, ne possint ab eisdem absolvere.

n. 342.

## R E R U M N O T A B I L I O R U M

*n.* 342. Quomodo intelligendum, quod Confessarij teneantur sub mortali habere illius transcriptum ante *n.* 337.

Bullæ Cœnæ Canones excepti in Cruciatâ, ne possint absolvi etiam semel in vita, & semel in morte. à *n.* 340. ad 363. Dum in Cruciatâ excipitur *Heresis*, non excipiuntur alia crimina, quæ continentur in 1. Canone, quæ proinde absolvi possunt virtute Cruciatæ semel in vita, & semel in morte. *n.* 345. neque excipiuntur casus DD. Inquisitoribus reservati, qui si Pontifici reservati etiam non sint, possunt absolvi toties quoties virtute Bullæ.

Vide *Heresis, Absolutio, Reservata.*

Bulla communis Cruciatæ Lusitana, quid sit, & unde dicta. *n.* 1. Illius finis. *n.* 2. Quæ in ea conceduntur. *n.* 3. Illius privilegia sunt mixta ex locali, & personali. *n.* 18. Sunt late interpretanda, sicut & indulgentiæ à *n.* 11. Non suspenditur per Jubilæum anni sancti; nec revocatur per Bullam Cœnæ, neque expirat morte Pontificis concedentis, aut Regis impetrantis. à *n.* 20. Per beneplacitum Sedis Apostolicæ quomodo expirare possit. *n.* 24.

Bulla Cruciatæ communis, sive vivorum una tantum accipi potest in quolibet anno *n.* 100. Qui putans duplicem sibi prodesse, duas accipit, errore comperto, potest unam alteri cum fructu donare. *n.* 137. Secus di-

cendum de accipiente duas Bullas Hispanas. *ibidem.*

Bullæ Cruciatæ privilegia non acquiruntur in utroque foro, si illius summarium prius non accipiatur. *n.* 131. Non sufficit intentio illud accipiendi. *n.* 132.

Bullæ Cruciatæ summarium accipere nihil prodest si apud Thesaurarium relinquatur. *n.* 140. Necessarium tamen non est, quod quis secum illud deferat, quando virtute Bullæ absolvendus est, vel indulgentias lucraturus. *n.* 141. Licet amittatur, vel rumpatur Bullæ summarium etiam culpabiliter, non amittuntur Bullæ privilegia. à *n.* 142.

Vide *Acceptatio, & Acceptio Bullæ.*

Bulla Compositionis ex quibus ordinetur. à *n.* 625. Quis possit illam concedere, conficere, aut per se compositionem facere? à *n.* 627. Debet per Bullam, aut Bullas Compositionis faciens præhabere Bullam vivorum; debet accipere summarium Bullæ Compositionis; debet in eo scribere nomen saltem in confuso. à *n.* 629. Non amittitur privilegium defectu nominis inscripti, aut si amittatur.

Bulla Compositionis non prodest bona aliena surripienti ex confidentia in ipsam. *n.* 633. Poterit tamen cum Commissario Generali se componere. *n.* 634.

Bullam Compositionis quæ personæ utiliter possint accipere? à *n.* 635. Quid circa amentes, & infantes? *n.*

637. Quid circa defunctos? à n. 638.

Bulla Compositionis utens debitor, aut cum Commissario se componens super bonis, quorum dominus ignoratur, tutus manet in conscientia. n. 640. Compositione facta, si dominus postea compareat, an teneatur illi restituere? à n. 650.

Bulla Compositionis super quibus bonis locum habeat, aut compositio cum Commissario? à n. 641. & à n. 697. Quis dicatur dominus incertus? à n. 645. Quid si sit certus, sed absens, aut unus ex duobus, aut quantitas debiti incerta? à n. 646.

De eleemosyna, & modo quo fit compositio per Bullas, aut cum Commissario. à n. 656. Quid si debitum non excedat centum millia regalia Lusitana? n. 657. Quid si excedat eentum, non tamen ducenta millia regalia? n. 658. Quid si excedat ducenta millia regalia? n. 659. & à n. 660. dubia aliqua ad hoc spectantia resolvuntur.

Bullâ Compositionis eâdem an possint uti duo debitores? n. 665. An oneratus debitis incertis illicite comparatis teneatur super illis se componere? à n. 666.

Bulla Compositionis circa fructus Ecclesiasticos male perceptos ex omissione horarum. à n. 669. ad 684. Circa distributiones. n. 685. Circa fructus male perceptos ob non residentiam. n. 687. Circa fructus male perceptos quia cum titulo beneficij

invalido. n. 690. Quia ab excommunicato, suspenso, vel interdicto. à 691.

Bulla Compositionis circa dimidiû legatorum pro male ablatis. à n. 695. Circa alia legata, si legatarij ignorentur. n. 696. Et ibidem circa donationes causa mortis. A quo facienda sit diligentia pro legatarijs, aut incertorum domino inveniendis? à n. 698. & à n. 654.

Bulla Compositionis circa male comparata per usuram. n. 702. Circa male comparata per iudices sive sæculares, sive Ecclesiasticos, etiam simoniace. à n. 704. Per Notarios, Advocatos, & alios ministros publicos. n. 707. Per Mercatores, & quoscunque negotiatores. n. 708.

Bulla Compositionis super bonis inventis, & naufragantium. à n. 709. Super damnis per venationem, aut animalia illatis. n. 712. Per res falsificatas aut deterioribus mixtas. n. 713. Per simulantem paupertatem, sanctitatem, aut alicujus consanguinitatem. à n. 714.

Bulla Compositionis ad licite possessa, & Missas celebrandas, quando ignoretur, a quo accepta fuerit eleemosyna. à n. 717. Ad male comparata per ludum. à n. 719. Et ibidem de cooperantibus ad talem ludum. Ad accepta ob turpem causam. à n. 724. Sit ne potius consulenda pœnitentibus Bulla compositionis, an integra resti-



## RERUM, NOTABILIORUM.

restitutio bonorum incertorum pauperibus facienda. *n.* 727.

Bulla Defunctorum unde defumatur, & præcipua summarij illius clausula. *à n.* 728. Non requiritur ad lucrandas pro animabus Purgatorij indulgentias stationum; requiritur tamen ad indulgentiam ipsius propriam. *à n.* 752.

Bullæ Defunctorum indulgentiâ lucraturus debet accipere, & è domo Thesaurarij deferre illius summarium, erogata pro eo eleemosyna 50. regalium; & in eo scribere nomen suum. *à n.* 743. Debet prius habere Bullam communem vivorum. *n.* 745.

Bullam Defunctorum unam tantum potest quis accipere in quolibet anno; & si chirographum etiam accipiat, alteram post sex menses *à n.* 746. An ad lucrandam illius indulgentiam pro defuncto requiratur status gratiæ in accipiente? *à n.* 737, & 751. Applicatio illius pro certa & determinata anima facienda est; quomodo, & quando? *à n.* 749. Et ibidem, quod semel applicata pro una, non possit pro aliâ applicari.

Bullam Defunctorum suo nomine accipi potest moribundus in testamento, vel extra mandare, & quidem laudabiliter. *n.* 752. Potest etiam heredibus mandare, ut post mortem suam singulis annis accipiant pro se defuncto Bullas. *n.* 753. Et ibidem, si Bulla accipiatur nomine defuncti, debet accipi intra annum durationis

Bullæ vivorum, quam defunctus habebat: si nomine hæredis, debet ipse tunc habere Bullam vivorum.

Bulla Defunctorum an magis proficit quam una Missa? *n.* 755. Quid si Missa sit in Altari privilegiato? *à n.* 756. An plures Bullæ possint sumi pro uno defuncto, aut una pro pluribus defunctis? *à n.* 761. An Bulla defunctorum possit applicari pro anima defuncti, qui mortuus est extra loca, ubi Bulla Lusitana publicatur? *n.* 763. An Bulla infallibiliter proficit defuncto, pro quo sumitur? Item an de condigno? §. finali.

### C

#### *Canonicus*

Canonicus ad distributiones cum sola assistentia in choro, & circa compositionem super illis. *n.* 685. Vide *Beneficiatus*.

#### *Capitulum Sede Vacante*

Capitulum Sede Vacante potest revocare approbationes Oratoriorum ab Episcopo mortuo concessas. *n.* 245. Non tamen approbationes ad confessiones concessas Regularibus. *num.* 293.

#### *Cardinales*

Cardinalium declarationes, habent vim legis, quando habent debitas conditiones. *n.* 10.

#### *Caro*

Carnes edendi privilegium de Cæsilio utriusque Medici. *à n.* 573. Quid veniat nomine *Utriusque Medici n.*

577. Dubia aliqua circa hoc privilegium. à n. 578.

*Castellani*

Castellanus cuiuscunque dignitatis ad Portugalliam declinans, & ibi accipiens Bullam vivorum potest ubique terrarum edere ova, & lactinia, & omnibus illius privilegijs gaudere; licet jam eo anno acceperit duplicem Bullam Hispanam. à n. 574 & à n. 79.

*Cathecumenus*

Cathecumenus qui dicatur, & an Bullæ privilegijs gaudere possit? à n. 42.

*Censura*

Censura quatuorplex fit? n. 301. Peccatis S. Pontifici reservatis annexa. ibidem. Ab eâ excusat metus gravis. à n. 302. Eam probabiliter non incurrun impuberes. n. 300. Ab ea virtute Bullæ Lusitanæ absolvi non potest invitus, maxime vero à Prælato, aut iudice illam ferente. à n. 379. Et ibidem quid de ignorante potestatem per Bullam concessam. Vide V. *Absolutio a censuris*:

Centuræ absolutio virtute Bullæ in articulo mortis præstita, quid addat supra absolutionem in eodem articulo absque Bulla, aut alio privilegio? à n. 327.

*Certitudo*

Certitudo moralis de sumptione Bullæ ab alio suo nomine facta requiritur, ut aliquis illius privilegijs utatur.

tur. n. 139. Et ibidem, quid sit explicatur.

*Cessatio a Divinis*

Cessatio a Divinis ab Interdicto differt, & per illius violationem non incurritur Irregularitas. n. 212. In ea locum non habent privilegia concessa pro tempore Interdicti. n. 215. Virtute Bullæ absolvi non potest. n. 397.

*Chirographus*

Chirographus solum concedit jubileum sex mensium, & non alia Bullæ privilegia. n. 100. & 153. Potest accipi simul cum Bulla, sed indulgentia illius lucranda post sex menses a publicatione Bullæ. à n. 153. Ut valide accipiatur, prærequiritur Bulla vivorum. n. 102. & ibidem alia. Qui illam accipit, fructuose accipit secundam Bullam defunctorum. n. 746. Eleemosyna pro eo danda dimidium argentei. n. 101.

*Coadjutor*

Coadjutor ex vi coadjutorie non tenetur ad horas canonicas, licet habeat sedem in choro, & vocem in capitulo. Nec ad officium parvum B. V. M. nisi habeat propriam pensionem, qualis non est congrua a coadjuto præstita. n. 686.

*Cohabitatio*

Cohabitatio ante denuntiationes post matrimonium contractum ad reservationem Episcopalem. n. 480.

*Commissarius*

Commissarius ad interpretationem Bullæ n. 8. ad facienda ea, quæ ad

## RERUM NOTABILIORUM

ad Bullæ expeditionem opportuna fuerint, non revocando decreta, & declarationes Pontificum. *n.* 622. In casum reservatū incidere, si in Bulla faceret mutationem substantialem. *n.* 622.

Commissarius ad dispensandum in Irregularitate. *n.* 600. Ad suspendendas indulgentias. *n.* 602. Ad suspendendum Interdictum in publicatione Bullæ. *n.* 619. Ad taxandas eleemosynas pro Bullis vivorum, compositionis, & defunctorū. *n.* 101. & 656. & 743. Non potest licentiam concedere ut absque Brevi Pōtificio celebretur in Altari ab Ordinario approbato. *n.* 244. variæ facultates Cōmissario in Bulla concessæ. *n.* 599. ad 622. Vide *Bulla compositionis*.

Commutatio votorum ad reservationem Episcopalem. *n.* 465. Communio pro defunctis sumpta non causat in eis effectum ex opere operato, maxime ex opere operantis. *n.* 731. Vide *Eucharistia*.

### Compensatio

Compensatio justa in spoliante recurrentem ad Curiam Romanam eū liberat ab incurrenda excommunicatione 12. Can. Bullæ Coenæ. *n.* 357. *Compositio*. Vide *Bulla Compositionis*.

### Concionator

Concionatores Bullæ. *n.* 618.

### Concubinatus

Concubinatus ad reservationem Episcopalem. *n.* 471. & sequenti.

### Confessarius

Confessio incæpta intra annum Bullæ, vel tempus Jubilæi duplicis hebdomadæ, & ob justas causas non perfecta, postea potest proficere, etiā cum alio confessario, & ab eo obtinere votorum commutationem, & absolutionem a reservatis. *n.* 97. Ibidem, quando confessio dicatur incæpta.

Confessio Sacramentalis (in valentibus confiteri) requiritur ad lucrandas Bullæ indulgentias, etiam in non habentibus peccatum mortale; licet eos non obliget præceptum annuæ confessionis. *n.* 155. Non sufficit ad dictas indulgentias confessio invalida, sicut neque ad impletionem præcepti. *n.* 156.

Confessarius excommunicatus an sit eligendus? *n.* 163. Confessarij applicatio ad has indulgentias non requiritur. *n.* 166. Etiam in mortis articulo *n.* 171.

Confessarius ordinarius Regularium tenetur sub mortali adire superiorem pro licentia absolvendi subditum a reservato, non tamen non ordinarius, nisi in casu ibi designato. *n.* 520. Si superior regularis neget licentiam a confessario ordinario petitam, pro illa vice censetur concessa. *n.* 521. Secus si petatur licentia a confessario ex nō deputatis. *n.* 523. Quomodo intelligatur particula *illa vice*. *n.* 522.

Confessarius non tenetur, neque potest

potest se accommodare cum pœnitente Regulari, qui probabile existimet posse absolvi virtute Bullæ, etiã à non reservatis, absque superioris licentia ex traditis à n. 55. & apud *Nog.d.20.Sect.8.*

Confessarij sub pœna excommunicationis ipso facto nequeunt recipere eleemosynas commutationis votorum n. 555. Pro bonis incerti domini, an potius suadere debeant restitutionem pauperibus, an compositionis Bullam? n. 727. An possint imponere pœnitentiam pro defunctis implendam? n. 732.

Pro Confessione in Ecclesia, vel extra pecuniam, aut aliquid pecunia æstimabile accipientes reservatum committunt in Dicecesi Funchalensi. n. 501. & 474. Ubi extenditur reservatio ad dantes.

Vide *Absolutio. Mortis articulus, Censura.*

*Confidentia*

Confidentia ad compositionem. à n. 633. Quæ sit positiva, & quæ negativa? Et quid peccare ex confidentia aut cû cõfidentiã? n. 38. Et ibidem prodesse Bullam peccantibus ex confidentia in hñllam ad absolutionem a reservatis. & iterum n. 324.

*Consanguinei*

Consanguinei, qui veniant illorũ nomine, aut privilegium in Bulla concessum pro tempore interdicti? n. 227. In absentia habentis Bullam an possint in oratorio privato Missam audire? à n. 229.

*Conspiratio*

Conspiratio in personam & statũ S. Pontificis, nec semel in vita, aut mortis articulo potest absolvi virtute Bullæ, si sit publica. à n. 308. Ibidẽ Quid sit? In quo differat a conjuratione? Et quando reservata sit.

*Consuetudo*

Consuetudo non edendi ova, & lacticia in jejunijs quadragesimæ aut per annum extra quadragesimam ubi datur, obligat, in aliquibus Dicecesibus Lusitaniæ non viget, neque obligat. à n. 587. Habet vim ad abrogandam, & inducendam legem. n. 589. An dicta consuetudo non comedendi ova & lacticia obliget sub mortali, an sub veniali? à n. 590.

*Contritio*

Contritio in Bulla ad lucrandas indulgentias etiam significat Attritionem. n. 158. Quid utraque sit? n. 157. Qualis esse debeat Attritio ut sufficiat ad dictas indulgentias, & ad valorem confessionis. n. 159. Ad valorem sacramenti, etiam quando confessio sit de solis venialibus, requiritur contritio, saltem imperfecta, quæ est Attritio; idque sub mortali; sufficit si habeatur de uno veniali ex confessis. n. 160.

*Copula Carnalis*

Cum sponsa post sponsalia jurata reservatur in Dicecesi Conimbriensi; si jurata non sint, non reservatur. Secus dicendum in Dicecesi Leriensi. n. 464. & ibidem alia. Copula homi-

## RERUM NOTABILIORUM

hominis Christiani cum muliere pagana, aut mulieris Christianæ cum homine pagano in Dicecesibus Brasiliæ reservantur. Secus, si cum hæretica, aut schismatica, vel è contra. *n.* 482.

### D

#### *Dæmonis invocatio*

Dæmonis invocatio tacita, vel expressa, alia simplex, alia cum pacto tacito, vel expresso; est unum ex reservatis. *n.* 408.

#### *Decimæ*

Decimæ non solutæ ad reservationem Episcopalem in maiori, vel minori quantitate. Illarum nomine non veniunt primitiæ; quando in illis retinendis reservatio non incurritur. à *n.* 439. & ibidem alia.

#### *Declaratio Pontificia*

Declaratio Pontificia circa Bullam Regularibus prohibitam in concernentibus ad sacramentum poenitentię, extenditur ad futura. *n.* 57.

#### *Defunctus*

Defunctus. Pro eo Bulla vivorum sumi non potest, ut ab Excommunicatione absolvatur, vel ut in tempore Interdicti sepeliatur in loco sacro. *n.* 40. Ibidem si defunctus dum viveret Bullam habebat, potest in loco sacro sepeliri tempore Interdicti, non tamen ab Excommunicatione absolvi, ex vi Bullæ.

Defuncti ad Bullam compositio-

nis. à *n.* 638. Ad suffragia. Vide *Bulla Defunctorum*; & plura remissive à *n.* 730. Quæ suffragia magis profint Defunctis? *n.* 733. In confessione potest imponi poenitentia pro illis implenda. *n.* 732.

#### *Degradatio, seu Depositio,*

Degradatio, seu Depositio, non sunt censuræ, nec per Bullam tolli possunt. *n.* 397.

#### *Dies festus*

Dies festus, qui Bullam habet, teneri in eo audire sacrum tempore Interdicti est probabilius. *n.* 231.

#### *Dispensatio*

Dispensatio in votis, ac juramentis ad reservationem Episcopalem. *n.* 478.

#### *Distributor Bullarum*

Distributor Bullarum peccat mortaliter si aliquos cogat ad sumendas Bullas; & similiter Parochus, aut Thesaurarius. *n.* 138.

#### *Dolus*

Absolutio censuræ per dolum extorta est invalida; & similiter per errorem circa casum finalem. *n.* 389.

#### *Domestici*

Domestici, qui veniant nomine illorum, ut possint cum domino habente Bullam audire Missam, & Divinis interesse tempore Interdicti, & in oratorijs privatis? *n.* 227.

#### *Dominium*

Dominium, quando acquiratur in pecunijs turpi lucro comparatis? à *n.* 725. & *n.* 109.

E

*Ecclesia*

Ecclesia, quid veniat illius nomine in visitatione ad indulgentias stationum lucrandas? à n. 193. Quid ad reservationem peccati infringentes portas Ecclesiae, aut alterius loci sacri. n. 426. & 490.

Ecclesia violata in ea virtute Bullae nullus Divinis interesse potest. n. 214. In ea qui absque necessitate urgente celebrat, peccat mortaliter, Irregularitatem tamen non incurrit. n. 212.

*Eleemofyna*

Eleemofyna pro Bulla vivorum, & chirographo eroganda designatur. n. 101. Pro Bulla compositionis. à n. 656. Pro Bulla defunctorum. n. 729. Pium quid est dare pecuniam pro Bulla. n. 103. Nullis Bullae privilegijs gaudet, qui pro Bulla designata à Commissario eleemofynam non erogat. n. 105. Sufficit eam solvere per alium, & Bullam credito accipere, si habeat intentionem solvendi. n. 106. An accipi possit pecunia turpi lucro comparata? à n. 108.

Qui pro Bulla erogare debent eleemofynam 300. regalium lusitanorum, vel 200. vel 80 à n. 111. Qui pro Bulla erogare debent unum tantum argenteum, vulgo, *dous vintens*? à n. 117. ad 127. ubi multa huc spectantia.

Qui accipit Bullam ab eo, qui eam furatus est, illi erogata eleemofyna, Bullae privilegijs non gaudet. At gaudet, si qui Bullam furatus est, minister sit Cruciatæ. n. 128. An Bulla pro fit sumentibus, si eleemofynæ nõ applicentur in subventionem militum Africanorum, &c. ibidem.

Eleemofyna solvenda, ut quis gaudeat privilegijs pro tempore Interdicti in Bulla concessis est diversa ab eleemofyna pro Bulla eroganda. n. 214. Est de substantia privilegiorum. n. 218. Non habet certam taxam, neq; pro singulis privilegijs diversa impertienda, sed sufficit una pro omnibus. à n. 220. Et hæc data a domino habente Bullam sufficit ut domestici, & consanguinei sacro interesse possent. n. 222.

*Episcopus*

Episcopus Ad Bullam concedendam. n. 6. Ad indulgentias. n. 144. Non potest illas concedere pro defunctis. n. 734. Potest prohibere regularibus, ut personis secularibus non administrant Eucharistiã in die Paschatis. n. 238.

Episcopus ad approbationem Oratorij privati (supposito Brevi pontificio) & revocationem illius. à n. 243. Ad approbationem ad confessiones audiendas. à n. 262. Maxime circa sacerdotes seculares. Ad eandem approbationem, & revocationem illius pro Regularibus. à n. 281. ad 297.

Ubi

## RERUM NOTABILIORUM

Ubi multa circa illorum examen, & approbationem limitatam potest extra suam diocesim absque approbatione ordinarij loci audire confessiones suorum subditorum. *n. 271.* Nō tamen eligere sibi confessarium ab ordinario loci non approbatum, etiā subditum; nisi sit Episcopus Regularis. *n. 272.*

Episcopi ad absolutionem reservatorum Pontifici tam intra, quam extra Bullam Cœnæ, quando occulta sint. *n. 314.* Si Episcopus confessarius neget facultatem absolvendi a reservato, non habetur pro concessa, si pœnitens sit sæcularis, maxime si sit Monialis Episcopo subjecta, & confessarius pro Monialibus deputatus. *n. 515. & 523.*

### *Eucharistia*

Eucharistia ad Bullæ indulgentias requiritur. *n. 161.* Non sufficit communio sacrilega, sicut neque ad satisfaciendum præcepto communionis Paschalis. *n. 162.* Si accipi non possit sufficit id corde optare. *n. 163.* Excepta communione paschali, & viatico, absque licentia Parochi potest accipi Eucharistia a quocunque sacerdote tã in Ecclesijs, quã in Oratorijs, dũmodo pro tẽpore Interdicti detur privilegiũ Bullæ, aut simile. *n. 235.* Quomodo intelligenda sit exceptio diei Paschatis ad sumptionem Eucharistię? *n. 236.* Vide *Episcopus, Communio.*

### *Examen*

Examen, eo prævio Regulares

simpliciter approbati ab eodem Episcopo iterum non possunt examinari. *n. 288.* & ibidem alia hũc spectantia. Vide etiam *n. 281.* & Verbo *Approbatio, Episcopus.*

### *Excommunicatio Excommunicatus.*

Excommunicatus Bullam utiliter sumere potest. *n. 29.* Ad quæ privilegia? *n. 31.* Ab excommunicato non tolerato, ut Bullæ indulgentiæ acquirantur, non licet petere confessionem, licet non detur alius cõfessarius. Nec ut tutius à tolerato: sed oppositum est probabile. *n. 163.*

In excommunicatione defuncti, si nō tolerati, sepeliri nō possunt in loco sacro, virtute Bullę: si tolerati, probabilus est posse; absolutione tamen indigent, ut suffragijs fidelium fruantur. *n. 174.* Absolutio ab excommunicatione eo modo, quo defunctis dari potest, non virtute Bullæ danda est, sed ab eo, à quo poterat vivus absolvi. *n. 176.* Absolutione non indiget excommunicatus, etiam vitandus, defunctus, qui in articulo mortis fuit absolutus etiam a simplici sacerdote. *n. 178.* An exhumandus sit excommunicatus vitandus jam sepultus? *n. 179.*

Qui plures habet excommunicationes virtute Bullæ Lusitanæ ab una absolvi non potest, quin ab alijs absolvatur. *n. 386.* Excommunicatio quæ sit a jure, quæ ab homine? *n. 433.* & ibidem de utraque quoad reservationem Episcopalem. Vide

*Absolutio, Censura, Metus, Dolus, Absens.*

*Exterus Vide Alienigena.*

F

*Facultas*

Facultas quid sit? *n.4.* Quid facultates regularium quoad fratres, quæ per Bullam non suspenduntur? *n.608.* Facultates Commissario concessæ. *n.599.*

*Falsificatio*

Falsificatio litterarum Apostolicarum, & supplicationum reservata in Bulla Cœnæ, & in Cruciatâ excepta, ne possit absolvi semel in vita, nec in mortis articulo. *n.349.* Quid veniat nomine dictæ falsificationis, & quæ falsificationes per Bullam possint, aut non possint absolvi? Ibidem usque ad *n.353.* & *n.136.* fine.

*Familiares*

Familiares, qui veniant illorum nomine, ut possint cum domino habente Bullam Divinis assistere tempore Interdicti? *n.227.* Quid si dominus sit absens, aut jam Missam audiverit? *n.229.*

*Famuli*

Famuli, quam eleemosynam erogare debeant pro Bulla? *n.121.*

*Filiusfamilias*

Filiusfamilias quis dicatur, & quando a patria potestate egrediatur? *n.117.* Quæ bona habeat? Quando proprios fructus? Ad quam eleemo-

synam pro Bulla teneatur? *n.118.* Cui facienda restitutio eorum, quæ filius alienare non potens amisit in ludo? *n.721.*

*Fraus*

Fraus non committitur ab utente jure suo. *n.79.* & ibidem exemplo asseritur.

G

*Gratia*

Gratia facta non expirat morte cedentis. *n.26.* Gratiæ status non requiritur in suscipiente Bullam, neque ad plura illius privilegia. *n.35.* An requiratur ad lucrandas indulgentias pro defunctis? *n.737.* & *n.763.* §. Quæres. 7.

H

*Habitus Religiosus*

Habitus Religiosus defunctis est proficuus dum in eo ad sepulturam deferuntur. *n.732.* *Heres.*

*Heres*

Hæres quando possit pro defuncto utiliter accipere Bullam compositionis. *n.639.* Aut Bullam defunctorum. *n.752.* & *753.*

*Hæresis Hæreticus*

Hæresis, Hæretici sive externi, sive interni Bullæ privilegij non gaudent; nec veniunt nomine fidelium in favorabilibus. *n.33.*

Hæresis quid sit? *n.340.* In Cruciatâ excipitur ne possit absolvi semel in vita, & in mortis articulo, si sit externa



## RERUM NOTABILIORUM

terna, & interna simul, licet occulta. *n.* 341. Duæ conditiones ut hæresis sit reservata Pontifici in 1. can. Bullæ Cœnæ. *n.* 344. §. Nomine Hæresis quoad exceptionem in Cruciata non veniunt alia delicta contenta in 1. canone, nec peccata DD. Inquisitoribus reservata, si hæresis non sint. *a n.* 345. Hæresis quoad reservationem Episcopalem. *n.* 405.

### *Homicidium*

Homicidium voluntarium, & casuale quid sint? *a n.* 409. Voluntarium quando sit, & quando non sit Episcopo reservatum? *a n.* 411. Septem propositiones circa homicidium a SS. PP. Alex. VII. & Innoc. XI. damnatæ; & ex ipsis aliqua deducta. *a n.* 413.

Mandantes, & consulentes, nisi exprimantur, non incurrunt reservationem homicidij voluntarij. *n.* 410. Maritus occidens adulterum Clericum in adulterio deprehensum incurrit reservationem Episcopalem, non tamen Pontificiam *cap. si quis suadente. n.* 415. Vide *a n.* 416. *Abortus procuratio.* Et *n.* 420. *Oppressio, sive suffocatio prolis.*

*Horæ Canonice.* Vide *Beneficiatus, Bulla Compositionis. Canonicus, Coadjutor.*

## I

### *Idolatria*

Idolatria quid sit, & quando reser-

vata in Dicecesi Angolana? *n.* 484. & 506.

### *Jejunium*

Jejunium de illius essentia est abstinencia à carnibus. *n.* 580. An obliget dispensatum ad carnes, quando in diebus jejuniij illas non comedat? *n.* 579. Privilegium Bullæ, in quo conceditur comedenti carnes de consilio utriusque Medici satisfacere jejunijs, non obligat ad jejunium. *num.* 580.

### *Ignorans, Ignorantia*

Ignorans revocationem Bullæ intra annum factam, si a reservatis absolvatur, vel votorum commutationem obtineat, non tenetur se superiori subicere, nec aliam commutationem obtinere. *n.* 25. cum additione ibi adducta. Ignorantibus indulgentiarum revocationem an illæ profint? *n.* 150.

Ignarus à censuris virtute Bullæ absolvi non potest. *n.* 379. Cum limitatione adducta *n.* 380. Et ibidem absolvi potest a Prælato, vel iudice censuras ferentibus.

Ignorantia sicut excusat ab incurrenda censura S. Pontifici reservata, ita etiam a reservatione ipsius peccati excusat. *n.* 301. Secus a reservatione Episcopali. *n.* 300.

### *Impotens*

Impotens ad satisfaciendum parti læsæ, potest virtute Bullæ absolvi à censuris, præstita cautione de jure requisita. *n.* 368. & *n.* 366.

*Incendium*

Incendium ad reservationem Episcopalem; & si res sit Ecclesiastica, ad reservationem Pontificiam. *n. 422.*

*India Orientalis.*

India Orientalis ad acceptionem Bullæ *n. 72.* Quid veniat nomine illius? *n. 73.* Privilegia illi concessa & concedenda Indijs Occidentibus conceduntur, & è contra. *n. 86.*

*Indulgentia*

Indulgentia quomodo definiatur. *n. 144.* In rescriptis non comprehenditur sub nomine *privilegium.* *n. 5.* Est latissime interpretanda. *n. 11.* Qui possit illam concedere? *n. 144.* Ut concedatur requiritur causa pia. *n. 148.* Ad eam consequendam sufficit quod ultimum opus fiat in statu gratiæ. *n. 148.*

Dividitur, & subdividitur. Non datur discrimen inter plenam, plenariam, & plenissimam, & eam quæ conceditur in anno sancto. *n. 145.* Et ibidem potest quis obtinere plenariam, & adhuc ei superesse pœnam in Purgatorio luendam. Variæ indulgentiæ partiales explicantur. *n. 146.* Et clausula *De pœnitentijs injunctis.* *n. 147.*

Tempore indulgentiæ plenariæ, vel jubilæi leviores sunt imponendæ pœnitentiæ satisfactoriæ. *n. 149.* Et ibidem probabile videtur tunc manere pœnitentem liberum ab implendis pœnitentijs non medicinalibus; aut si aliquas non implevit, poterit confessarius eas commutare, non au-

ditis confessionibus, in plenariam indulgentiam lucrandam; imo & pœnitens ipse, si sit vir doctus.

Cessat indulgentia per revocationem factam ab homine, vel à lege. *n. 150.* Et ibidem in quo differant hujusmodi revocationes; item an eas ignorantes indulgentiâ possint lucrari. Ad lucrandam indulgentiam non sufficit opinio probabilis, si coram Deo ea non detur. *n. 151.*

*Indulgentiæ Cruciatæ*

Plenaria conceditur semel in vita, eo durante anno; & si accipiatur chirographus alia. *n. 153.* & ibidem quando utraque lucranda. Conditiones ad utranque requisitæ contritio, confessio, & communio. *n. 155.* Et ibidem multa circa dictas conditiones, usque ad *n. 162.*

Dictas indulgentias consequi possunt, qui confiteri, & communicare non valent. *n. 163.* Ad eas lucrandas, etiam in defectu confessarij, non licet accedere ad communionem, non præmissa confessione peccati mortalis. *n. 164.* Fine. Quæ intentio requiratur? *n. 165.* Quæ confessarij applicatio? *n. 166.* & *171.*

Alia indulgentia plenaria conceditur pro mortis articulo. *n. 167.* Pro uno solum, & vero, an pro omnibus, & pro præsumpto etiam, aut pro mortis periculo? *n. 168.* Alia indulgentia in Bulla concessa decedentibus morte repentina, & absque confessione.

## RERUM NOTABILIORUM.

feffione, si statuto tempore fuerint concessi. *a n. 172.*

### *Indulgentiæ stationum*

Quibus verbis concedantur in Bulla, & alia ad earum notitiæ. *à n. 184.* Sunt plenariæ. *n. 187.* Non possunt eadem die pluries obtineri. *n. 188.* Quid quando duæ stationes occurrunt eadem die? *n. 191.* Quid de habente Bullam, & simul aliud privilegium ad easdem? *n. 189.* Non possunt quotidie obtineri. *n. 190.* Quibus diebus possint? *à n. 192.*

Quid veniat nomine *Ecclesiæ*, vel *Altaris*, & de visitatione illorú ad dictas indulgentias. *à n. 193.* De intentione, oratione, devotione, tempore, & modo, quibus faciendæ visitationes. *à n. 199.*

Stationum indulgentiæ possunt defunctis applicari, in omnibus stationum diebus, non tamen potest habens Bullam obtinere duas indulgentias, unam pro se, alteram pro defuncto. *a n. 205.* Si eadem indulgentia a vivente applicetur pro se ipso, & pro defuncto simul, nulli prodest; & similiter indulgentia Bullæ defunctorum, si duobus applicetur. *n. 207.*

Indulgentias stationum concessit Paulus V. omnibus Regularibus, visitantibus, non quinque Ecclesias, aut Altaria, sed propriam cujusque Ecclesiam. *n. 208.* Et ibidem quando dictæ indulgentiæ possint defunctis applicari; & quod hodie viget hu-

jusmodi concessio. Quod autem ad eas lucrandas non indigeant Regulares Cruciatam. *a n. 611.*

### *Indulgentiæ pro Defunctis*

Quis possit illas concedere? An concedantur per modum suffragij, an per modum absolutionis? An infallibiliter consequantur effectum. An valide propria autoritate possint indulgentiæ applicari defunctis, quando in concessione iam non exprimitur? *a n. 734.* Et ibidem *n. 735.* Quod non possit eis applicari indulgentia Jubilæi duplicis hebdomadæ; possit vero indulgentia concessa Ecclesijs nostræ Societatis pro quarta cujuslibet mensis Dominica. Quæ conditiones requirantur in consequente indulgentiam pro defunctis *a n. 737.* Vide *Gratia. Bulla defunctorum. Indulgentiæ stationum.*

### *Indulgentiæ quoad suspensionem*

#### *per Bullam.*

Facultas Commissarij ad suspendendas indulgentias, & alias gratias pro non accipientibus Cruciatam. *n. 602.* Eadem revalidantur pro accipientibus Bullam. *n. 603.*

Non suspenduntur privilegia in corpore juris inserta; nec indulgentiæ ab Episcopis concessæ; nec indulgentiæ partiales 40. septem, aut 4. annorum, & similes. *n. 604.* Nec Jubilæum duplicis hebdomadæ; nec indulgentiæ concessæ Imaginibus, Calculis, Rosarijs &c. *n. 605.*

Non suspenduntur Jubilæa concessa

cessa Diocesi Ulyssiponensi in festi-  
vitatibus Natalitij D. Spiritus S. Af-  
sumptionis B.V. & omnium SS. nec  
similia. n. 606. Probabiliter non sus-  
penditur gratia liberandi animam a  
Purgatorio Altari privilegiato con-  
cessa; & in contraria opinione proba-  
bilius est solum Bulla indigere, qui  
celebrat, & non qui facit celebrare. n.  
607.

*Indulgentiæ Regularium, & earum  
suspensio.*

Indulgentiæ Regularibus conces-  
sæ usque ad Paulum V. ab eodem re-  
vocata. n. 608. & ibidem eorundem  
indulgentiæ, & facultates in triplici  
differentia.

Loco abrogatarum concessit Paul.  
V. Regularibus varias indulgentias,  
inter quas 8. sunt plenariæ, quæ nu-  
merantur. n. 609. Concessa iisdem in-  
dulgètia stationum visitantibus pro-  
prium Ecclesiam. n. 610. Et ibidem  
propositio damnata circa revalidati-  
onem indulgentiarum a Paul. V. re-  
vocatarum; cujus revocatio non ex-  
tenditur ad indulgentias promiscue  
concessas Regularibus, & sæculari-  
bus.

¶ Non suspenduntur a Commissario  
indulgentiæ a Paul. V. Regularibus  
concessæ; nec aliæ similes, si a succes-  
soribus concedantur. n. 611. Suspen-  
ditur indulgentia personalis cuicun-  
que Religioso concessa, nisi conces-  
sio fuerit pro mortis articulo. n. 613.  
& ibidem Jubilæa concessa Ecclesijs

Regularium pro omnibus illas visi-  
tantibus suspenduntur quoad sæcula-  
res, non quoad Regulares Mendi-  
cantes.

Non suspenduntur privilegia Mē-  
dicantibus concessa ad absolvendum  
ab aliquibus reservatis sæculares, ad  
commutanda, aut dispensanda vota. n.  
614. Indulgentiæ, gratiæ, & privi-  
legia, quæ non suspenduntur pro  
Mendicantibus, non suspenduntur  
etiam pro non Mendicantibus, si cū  
illis communicent. à n. 615. & ibidē,  
quid veniat nomine *Fratum* in exce-  
ptione pro mendicantibus.

*Infans*

Infans fructuose pro illo accipitur  
Bulla, ut tempore interdicti in loco  
sacro sepeliatur; à quo, & quando sit  
accipienda? n. 39.

*Infirmi*

Infirmi habentes unam, vel duas  
fistulas purgativas possunt in quadra-  
gesima edere ova, & lacticia. n. 598.  
Quid circa jejunium dispensati ad  
carnes propter infirmitatem. n. 579.

*Interdictum*

Interdictum. Quid sit? Quid pro-  
hibeat post moderationem *cap. Alma  
Mater?* n. 210. Quotuplex sit? n. 211.  
Differta cessatione a Divinis. n. 212.  
Privilegia pro illius tempore in Bul-  
la concessa n. 209, & 224. Omnia  
conceduntur sub conditione dandi  
in subsidium Bullæ aliquas pias elec-  
mosynas, præter eleemosynam pro  
Bulla. n. 214. & a n. 218. ubi plura.

Pri-

## RERUM NOTABILIORUM.

Privilegia Bullæ circa Interdictū non valent ad Interdictum personale, neque ad celsationem a Divinis, neque ad Ecclesiam violatam, sed solū ad Interdictum locale, sive generale, sive particulare sit. *n. 215.* Et non valent ad Interdictum ab ingressu Ecclesiæ: *n. 213. & 216.*

Dictis privilegijs gaudent habentes Bullam tam pro Ecclesijs, quam pro oratorijs approbatis. *n. 225.* Itē illorum domestici, familiares, & consanguinei, sed domino præsentē. *n. 227.* Quid si hic jam Missam audi erit? *n. 230.*

Sacerdos habens Bullam, ut Missam celebret tempore Interdicti, potest eligere ministrum laicum, qui nec sit consanguineus, neque de familia, aut domesticus. *n. 228.* Habentes Bullam probabilius est teneri ad Missam tempore Interdicti.

Privilegia pro tempore Interdicti in Bulla concessa circa usum sacramentorum. *n. 232.* Circa sepulturā Ecclesiasticam cum moderata pompa funerali. *n. 239.* In quo consistat talis pompa? *n. 241.* Pro quibus festi- vitatibus ipso jure suspendatur Interdictum? *n. 234.*

### *Interpretatio*

Interpretatio quid sit, & quotu- plex? Qui possint Bullam interpreta- re? *n. 7.*

### *Invasio*

Invasio Indorum, seu in vijs publi- cis, quoad reservationem Episcopale- m. *n. 481, & 487.*

### *Inventum*

Inventum. Quotuplex fit; quod- nam & quando reservatam Episco- pis? *n. 443.* Potest Episcopus in pro- bali sententia præcipere confessorijs non exemptis, ut de bonis inventis nō disponāt; quod tamen non potest præ- cipere Regularibus. *n. 448.*

Inventa quoad compositionem, & præsertim circa bona naufragantium. *n. 709.*

Inventa quando possit quis sibi re- tinere cum onere restituendi domino comparenti? *n. 446, & 451.*

### *Invitus*

Invitus non potest a censuris vir- tute Bullæ absolvi *n. 379.* Potest a Prælato, vel Judice censuram feren- te, & a quocunque alio habente pri- vilegium absolvendi a censuris extra sacramentum, quod privilegium non habent Religiosi Societatis JESU. *n. 380.*

### *Irregularitas*

Irregularitas non est censura. *n. 301.* Nulla potest tolli virtute Bullæ. *v. 400.* In quibus casibus sacerdos incurrat irregularitatem? *n. 476.* & ibidem peccatū dicti sacerdotis quo- ad reservationem Episcopalem.

Irregularis beneficiatus etiam ex homicidio voluntario, an ipso jure maneat privatus beneficijs, & an in- digeat compositione super fructus ex illis præceptis? *n. 694.*

In qua irregularitate possit dispen- sare Commissarius? *n. 600.*

*Itinerantes*

Itinerantes ad esum ovorum, & laticiniorum in quadragesima sine Bulla, si pisces non habeant? *n.* 398.

*Jubilæum*

Jubilæum anni Sancti quas indulgentias suspendat? *n.* 20. Non suspendit Cruciatam. *n.* 21. An suspendat privilegia Mendicantibus concessa? *n.* 22.

Vide *Indulgentia. Indulgentiæ stationum, Indulgentiæ quoad suspensionem per Bullam.*

*Jubilæum sex mensium* Vide *Chirographus.*

*Judex Judicium*

Judex Judicium quando teneatur acceptare probationem absoluti à cæsuris virtute Bullæ. *n.* 374.

Judicium quando sit legitimum, & quando judex legitime procedat? *n.* 436. Judex quoad compositionem vel restitutionem acceptorum pro injusta sententia, sive justa. à *n.* 704.

Quid circa simoniacè accepta? *n.* 706. Ibidem Non potest Judex accipere pecuniam pro sententia in favorem unius præ alio quando litigantes habent pro se opiniones æque probabiles. Item semper tenetur judicare juxta sententiam probabiliorem. Et oppositum his resolutionibus damnatur ab Alexandro VII. & Innocentio XI.

*Juramentum*

Juramentum falsum in judicio, vel actibus judicialibus, aut coram

superiore competenti, nec non coram Rectore Universitatis quoad reservationem Episcopalem. *n.* 436.

Qui hanc reservationem incurrant, vel non incurrant à *n.* 437. Non est licitum jurare sine animo jurandi; si ve res sit levis, sive gravis, etiam cum causa. *n.* 525. Oppositum damnatur ab Innocentio XI.

Juramentum soli Deo factum, & votum juramento confirmatum, & juramentum independentem factum ad commutationem per Bullam. à *n.* 551. Jurameta Deo facta castitatis, Religionis, & perigrinationis Jerosolymitanæ ad commutationem per Bullam. *n.* 568.

Vide *Testimonium falsum, & votum.*

*Jurisdiction*

Jurisdiction quid sit? quotuplex? In quo differat ab approbatione? à *n.* 264. Requiritur moraliter certa, & non sufficit moralis probabilitas ad sacramentum Pœnitentiæ. *n.* 139.

Et ibidem quæ sit hæc certitudo moralis. Supposita approbatione Ordinarij, si hic neget jurisdictionem, virtute Bullæ, aut Jubilæi duplicis hebdomadæ illam habent omnes sacerdotes.

## L

*Lacticinia*

Lacticinia, illorum nomine veniunt omnia ex lacte conflata. *n.* 594. Privilegium Bullæ ad illa edenda in qua-

## RERUM NOTABILIORUM

quadragesima. à n. 582. Vide *Ova*.

*Legatum*. Vide *Bulla Compositionis*,

*Lex*

*Lex* a quo authentice interpretetur? n. 7.

*Licentia*

*Licentia* Commissarij, ut quis utatur privilegijs in Bulla concessis pro tempore Interdicti, non requiritur nisi ad privilegium nobilibus concessum celebrandi Missam ante aurorã &c. n. 223.

*Licentia* ad absolvendum a reservationis ab Episcopo obtenta per nuntiũ, dum non sit confessario manifestata, proderit ad valorem absolutionis, quæ tamen erit mortaliter illicita. n. 513.

Habens dictam licentiam ab Episcopo non potest eam alteri subdelegare. n. 514. Et si ab Episcopo petita, ab eodem negetur, non habetur pro concessa illa vice, nisi pœnitens sit Monialis Episcopo subjecta, & petatur ab ordinario Monialiũ Confessario. n. 515.

*Locus*

*E loco* extrahere gaudentem immunitate. n. 425. & 479. Vide *Sepelire*.

*Loca habilia* ut Bulla accipiatur. à n. 68. Vide *Acceptatio*, *Acceptio*, & *Alienigenæ*.

*Ludens*

*Ludens* quo ad restitutionem, & Compositionem per Bullam. à n. 719.

*Lusitanus*

*Lusitanus* accedens ad aliquem locum Castellæ ad fructuosam duplicis Bullæ Hispanæ acceptionem, licet jam acceperit Bullam Lusitanam, n. 80.

*M*

*Mandantes*

*Mandantes* in reservatione alicujus peccati non comprehenduntur, nisi exprimantur; sicut neque consules, auxiliantes, & alij moraliter concurrentes. n. 410. & 457.

*Mandantes* exequi actiones prohibitas in 11. Canone Bullæ Cœnæ, nõ sequuto effectu, excommunicatione non incurrunt. n. 355.

*Manus*

*Manus violentæ* in clericum ad reservationem Episcopalem. n. 432.

*Matrimonium Clandestinum*

*Matrimonium clandestinum* quotuplex sit? Quando Episcopis reservetur? n. 452. ibidem Parochus, & testes, si non exprimantur in reservatione, eam non incurrunt.

*Medicus*

Quid veniat nomine utriusque medici in privilegio edendi carnes? n. 577.

*Mercatores Mercatura*

*Mercatores Mercatura* quoad compositionem per Bullam. n. 708. Mercaturam exercetes in locis sacris quoad reservationem sacrilegij Episcopalem. n. 424. & 426.

L12

Mer-

Mercatoribus non est licitus contractus Mohatra, Lusitanice trapassa. *n.* 708. Et ibidem oppositum damnatur ab Innocentio XI. Exercentes commercium in rebus, quæ consistunt in pondere, mentura, & adulterinis mixtionibus quoad compositionem à *n.* 647.

*Meritrix*

Meritrix cum fructu Bullam accipit erogando eleemosynam ex pecunia turpi lucro acquisita *n.* 108. Quando teneatur ad restitutionem, aut possit per Bullam componi. à *n.* 724.

*Metus gravis*

Metus gravis mortis, infamiae, exilij &c. operantem à culpa excusat, & à censura in transgressione præcepti ecclesiastici, non tamen a culpa intransgressione legis naturalis, vel Divinae positivæ, quavis tunc excuset à censura, & reservatione à *n.* 302. Et ibidem quid dicendum, si metus incutiatur in contemptum fidei, aut Religionis. Vide *Absolutio*.

*Milites*

Milites, dum non constet de belli injustitia, licite illud reputant justum. *n.* 411.

*Militares Ordines. Vide Regulares*

*Missæ*

Missæ. Probabile est non teneri ad illam tempore interdicti habentes Bullam; probabilius oppositum. *n.* 231. Ibidem ad illam tenentur clerici, & ministri, qui gaudent privilegio concessio in capite *Alma Mater*.

Privilegium celebrandi Missam ante auroram, & post meridiem nobilibus in Bulla concessum. à *n.* 254.

Missæ applicata in primo Memento apto tempore applicatur, an etiam in secundo Memento defunctorum dubium est? *n.* 740.

Missæ in altari privilegiato applicanda est pro defuncto, cui intenditur indulgentia *n.* 741. Alia circa Missas defunctorum in altari privilegiato. *n.* 731. & 730.

*Monetæ*

Monetæ falsificatio & circuncisio reservatur in Diocesi Portuensi *n.* 493.

*Moniales*

Moniales exemptæ virtute Bullæ non possunt eligere confessarium etiã ad non reservata. *n.* 59. Idem probabilius est de non exemptis. *n.* 61. Intelligendum id est de monialibus, quæ vere religiosæ sunt; nam de monialibus militaribus, quæ solum profitentur castitatem conjugalem. *n.* 62.

Moniales quoad usum Bullæ ad non concernentia sacramentum Pœnitentiæ, quoad suspensionem privilegiorum, & indulgentiarum. Vide *Regulares*.

*Mortis articulus*

Mortis articulus qualis verus, & præsumptus dicatur? *n.* 168. Articulus, & periculum mortis quoad indulgentias, & reservationem pro eodem usurpantur. *n.* 170, & à *n.* 332. Idem dicendum de periculo diuturnæ,



## RERUM NOTABILIORUM

næ, vel perpetuæ amentia: *n.* 334. Idē de diuturna navigatione, si in navi sacerdos desideretur. *n.* 335. In mortis articulo præiente proprio sacerdote, aut approbato, probabilius est simplicem non posse absolvere *n.* 328. Præfente proprio Sacerdote, si Bullam habeat, potest absolvi à quocunque approbato etiam à censuris reservatis sine onere comparendi. *a n.* 327.

In mortis articulo, qui Bullam habet potest absolvi ab omni censura; si non habet solum a censuris, quæ impediunt Sacramentorum receptionē, & ecclesiasticam sepulturam; ut probabilius. *n.* 330.

### *Muficus*

Muficus non habens Bullam in quadragesima ova, & lactinia edere potest. *n.* 598.

### *Mutilatio*

Mutilatio membri ad reservationem Episcopalem. *n.* 421.

## N

### *Nobilis*

Qui veniant nobilium nomine? *num.* 261. Privilegium illis concessum ad celebrandam missam ante auroram &c. *a n.* 254.

### *Nomen*

Nomen; Si non scribatur in sumario Bullæ communis privilegia non acquiruntur. *à n.* 44.

Ibidem sufficit scribere nomen appellativum, si per errorem nomen,

aut cognomen falso scribatur, potest emendari error sine nota falsificationis. Quid circa inscriptionem nominis saltem in confuto in Bulla compositionis. *n.* 632. Quid in Bulla defunctorum? *n.* 744.

### *Notarius*

Notarius quoad restitutionem, aut compositionem per Bullam. *n.* 707.

### *Novitij*

Novitij, & novitiæ absque prælati licencia virtute Bullæ eligere possunt confessorium, qui eos a reservatis absolvat. *n.* 66. Ibidem subduntur casibus in religione reservatis.

## O

### *Occultum*

Occultum quid sit, & quotuplex? *n.* 315. Probabilius est peccata Pontifici extra Bullam Cœnæ reservata, si sint in aliquo loco publica, non posse virtute Bullæ absolvi, ubi sūt occulta *à n.* 321. Probabile est posse toties quoties absolvi, ubi non sunt publica. *n.* 323.

### *Officiales*

Officiales Cruciatæ prohibentur sub excommunicatione ipso facto facere compositiones. *n.* 628. Quibus gaudeant privilegijs? Remissive *n.* 623.

*Officium Divinum. Vide Horæ*

*Canonica, Beneficiatus.*

### *Opinio*

Opinio certe probabilis sufficit ad

jurisdictionem ad absolvendum a re-  
servatis, non tamen ad indulgentias, si  
coram Deo vera non sit 151.

*Oratorium Privatum*

Oratorium privatum. Privilegia  
in Bulla pro illo concessa. à n. 225. Et  
à n. 243. Ad illud requiritur appro-  
batio Ordinarij, quæ dari non potest  
sine brevi pontificio. Ibidem finito  
tempore à Pontifice præfixo, an lice-  
at in eo celebrare? à n. 247. An aliqua  
limitationes, quæ apponi solent in  
brevis pro concessione, cessent virtute  
Bullæ? à n. 250.

Ut sacerdos in oratorio celebret,  
sufficit quod Bullam habeat, qui facit  
celebrare n. 253. In Oratorijs, etiam  
in die Paschatis, & alijs solemniori-  
bus, potest virtute Bullæ audiri Mis-  
sa. n. 251.

*Ordinarij*

Quid contra illos possit Com-  
missarius, si non applicent pœ-  
nas pecuniarias in subsidium Bullæ,  
ut in virtute Obedientiæ eis a Pontifi-  
ce præcipitur. n. 599.

*Ordines*

Ordines suscipere sine patrimonio,  
pensione, vel beneficio, aut per saltû,  
vel sine dimissorijs, aut furtive, aut an-  
te legitimam ætatem, quoad reserva-  
tionem Episcopalem. à n. 454. Quid  
de suscipiente cum patrimonio, aut  
beneficio ficto? Ibid. Quid de susci-  
piente primam tonsuram? Ibid. Quid  
de crasse ignorante ætatis defectum,  
aut de eo dubitate? Ibid. Quid de sus-

pensione, aut Irregularitate incurfa, si  
postea celebret, aut exercent actum  
ordinis sacri? Ibid. Quid de restituti-  
one patrimonij ficti? Ibid.

Ad Ordines suscipiendos annus in-  
terstitutionum est Ecclesiasticus. num.  
90.

*Ordines Equestres. Vide Regulares,  
Militares.*

*Ordines non Mendicantes*

Ordines non mendicantes gaudent  
eisdem facultatibus, & privilegijs,  
quibus Mendicantes, si cû illis cõmuni-  
cent, quæ pro ipsis etiam non suspen-  
duntur à Commissario. n. 615.

*Ova*

Qui habent Bullam Lusitanam  
ubique terrarum possunt illa edere  
in diebus quadragesimalibus. à n. 18.  
& n. 574.

Quo jure ova, & lacticia sint  
prohibita in diebus jejunijs tam intra,  
quam extra quadragesimã, & in Do-  
minicis ejusdem. à n. 582. An etiam ex  
consuetudine? à n. 586. An sub pec-  
cato mortali, aut veniali? à n. 590.

Ad licitum illorum usum, non re-  
quiritur concilium utriusque medi-  
ci. n. 593. Quid illorum nomine ve-  
niat? n. 594. Qui absque Bulla possint  
licite iisdem vesci? à n. 596.

*P*

*Pactum*  
Pactum cum Dæmone ad reser-  
vationem Episcopalem. n. 408.

*Pa-*

## RERUM NOTABILIORUM.

### *Parochus*

Parochus mortaliter peccat, si Parochianos obliget ad suscipiendam Bullam. *n.* 138. Habenti Bullam, vel Regularium privilegium non potest prohibere communionem etiam in die Paschatis in Ecclesijs, & oratorijs privatis, si jam communioni annuæ satisfecerit. *à n.* 235.

Probabilius est Parochum non posse virtute Bullæ, aut jubilæi ubique terrarum eligi in confessarium à non suis Parochianis; maxime vero à suis. *à n.* 270. Qui fuit, & jam Parochus non est virtute Bullæ eligi nō potest absque nova Episcopi approbatione ut probabilius. *n.* 173.

### *Participatio*

Participatio bonorum operum cōceditur habentibus Bullam Lusitanā sine obligatione jejunij, aut orationū, non ita habentibus Bullam Hispanam. *n.* 180. Quid per eam concedatur in Bulla. *à n.* 181.

### *Pater*

Pater quæ vota filiorum possit irritare? *n.* 529.

### *Patrimonium. Vide Ordines.*

### *Pauper, Mendicus*

Pauper, Mendicus, quis dicatur? *à n.* 124. & ibidem ad quam eleemosynam pro Bulla teneatur? Pauperes non habentes neque unū argenteum ad eleemosynam Bullæ non possunt lucrari indulgentias a commissario suspensas. *n.* 126. Possunt edere o-

va, & lactinia, si alios non habeant cibos. *n.* 598.

### *Pensionarius. Vide Beneficiatus.*

### *Bulla Compositionis..*

### *Pharmacopola*

Pharmacopolæ gravissime peccant vendendo unum pro alio electuarium. *n.* 713. Ad quam restitutionem teneantur? Et quando compositione indigeant? Ibidem.

### *Pœnitens*

Pœnitens lucrans indulgentiam plenariam quoad impletionem, & commutationem, & pœnitentiæ non medicinalis. *n.* 149. Impotens ad satisfaciendum parti læsæ licite absolvitur a censuris, data cautione. *à n.* 366.

Pœnitentes, qui non sunt confessi annis præteritis, quoad reservationem Episcopalem. *n.* 471. Quid si sacrilige confessi? Si non habuerint peccatū mortale? si sint impuberes? Si validam, sed informem fecerint confessionem? Ibidem.

### *Pretium*

Pretium recipere, vel dare pro confessione ad reservationem Episcopalem. *n.* 474.

### *Pœnitentiarius*

Pœnitentiarius Ecclesiæ cathedralis ex vi suæ institutionis non potest absolvere a reservatis Episcopo; & si licentiam obtineat, subdelegare non potest. *n.* 509.

### *Prælati*

Prælati Regularis non potest absol-

absolvere ab hæresi occulta, etiã suos subditos. *n.* 342. Affertur propositio damnata ab Alex. VII. Et quid circa alios casus bullæ cœnæ occultos. Ibidem. Potest irritare omnia subditorum vota, exceptis constituentibus statum regularem, & illi annexis. *n.* 529.

Prælati non potest absolvere subditum a reservatis & pro non reservatis mittere illum ad alium confessarium. *n.* 518. Potest concedere licentiam absolvendi subditum a reservatis cum onere postea comparandi. *n.* 519. Non tamen quando licentia petitur post peccatum commissum. Ibid.

Prælati Regularis, si confessario deputato neget licentiam absolvendi subditum a reservatis, potest confessarius pro illa vice illum absolvere. *n.* 521. Idem si licentia petatur a pœnitente. Ibid. Quomodo intelligenda particula *pro illa vice?* *n.* 522. Quid si licentia petatur a confessario ex non deputatis in conventu? *num.* 523.

Pro Monialibus a Prælato Episcopo. Vide *Licentia*.

*Presentatio*. Vide *Approbatio Regalarium*.

*Primitiæ*

Primitiarum retentio non censetur reservata in reservatione decimarum, nisi exprimat. *n.* 439.

*Privilegium*

Privilegium quid, & quotuplex?

*à n.* 15. Privilegia Bullæ sunt mixta ex locali, & personali. *n.* 18. Amplissime sunt interpretanda. *à n.* 12.

*Publicatio Bullæ*

Publicatio Bullæ consistit in processione, & concione. *n.* 89. Bullam accipiens post processionem, ante concionem, privilegijs gaudet. Ibid.

*Pueri*

Pueri ante annos pubertatis probabiliter ab incurfione censurarum eximuntur; non tamen a reservatione peccatorum. *n.* 300.

*Purgatorium*

Purgatorium, multa remissive circa illud. *à n.* 730.

R

*Ratihabitio*

Ratihabitio ad incurfionem censuræ latæ in 11. Can. Bullæ Cœnæ. *n.* 359.

*Reditus*

Reditus quid veniat illorum nomine ad eleëmofynam pro Bulla. *à n.* 112. Vide *Eleëmofyna*.

*Regulares*

Regulares ad usum Bullæ Cruciatę quoad privilegia, quæ non concernunt sacramentum pœnitentię. *à n.* 49. Quoad privilegia, quæ pœnitentię sacramentum concernunt. *à n.* 55. & *à n.* 519. Quid de Regularibus Monialibus Ordinum Militarium utriusque sexus, & de Novitijs? *à n.* 59.

Regu-

## R E R U M N O T A B I L I O R U M

Regulares ad indulgentias, & privilegia dispensandi, ac commutandi vota. Vide *Indulgentiæ Regularium, & earum suspensio.*

Regulares cum Societate JESU communicantes ex privilegio eidem concessio, quovis anni tempore omnibus fidelibus Eucharistiam ministrare possunt, excepto die Paschatis. à n. 236. Et quomodo intelligenda sit exceptio diei Paschatis? Ibid.

Regulares, ex privilegio eidem Societati concessio possunt celebrare per horam ante auroram, & post meridiem. à n. 254. ad 260. De licentia suorum Prælatorum possunt confiteri cuilibet simplici sacerdoti, etiam sæculari. n. 295. Idem de Episcopo Regulari. n. 272. Vide *Approbatio Regularium.*

Regulares extra Italiam ex privilegio eidem Societati concessio, possunt absolvere ab omnibus casibus extra Bullam cœnæ Pontifici reservatis. n. 343. Intra Italiam non possunt a quinque casibus adductis. Ibidem. Regulares virtute suorum privilegiorum an possint commutare, aut dispensare vota extra confessionem, sicut possunt virtute Bullæ? à n. 549.

In exceptione Bullæ pro Regularibus mendicantibus nomine fratrum veniunt etiam novitij, & novitiæ. n. 616.

Regulares militares utriusque sexus quoad usum Bullæ. à n. 59.

### *Reservati casus, Reservatio.*

Reservatio quid sit? n. 300. Ligat ignorantes. Ibid. Quoties non incurritur censura, non incurritur reservatio Pontificia. n. 301. Metus gravis ab ea excusat. à n. 302. Reservato aliquo delicto, non comprehenduntur actiones leves externæ ex affectu mortali procedentes. n. 304.

Qui virtute Bullæ, aut jubilei confessus est nullam ex inculpabili oblivione mentionem reservatorum faciens, liber manet à reservatione oblatorum, a qua tamen virtute Bullæ lufitanæ non liberatur, qui invalide confitetur; maxime vero virtute Bullæ Hispanæ, aut si a prælato absolvatur. à n. 306.

Reservati casus in omnibus Diocesisibus hujus Regni habentur in indice capitum *cap. 15. art. 1.* & à n. 405. Reservati casus in singulis Diocesisibus habentur in eodem *cap. art. 2.* à n. 488.

A reservatis Episcopo potest absolvere Nuntius, non tamen Archiepiscopus subditos subfraganei. Potest quilibet sacerdos approbatus virtute Bullæ. à n. 507. Non potest pœnitentiarius Ecclesiæ cathedralis, nec vicarius generalis, nec Regulares ex virtute suorum privilegiorum, & oppositum ab Alexandro VII. damnatur à n. 509.

Possunt Regulares virtute suorum privilegiorum absolvere a casibus Pœnitentijs occultis, quorum absolutio

committitur Episcopis in Trid. n. 511. Item confluentes ex alia Dicece-  
si a peccatis in ipsis reservatis, dum-  
modo in fraudem reservationis in ali-  
enam non pergant, & in ea in qua fit  
confessio non sint reservata. Item cō-  
mutare, & dispensare vota non refer-  
vata Pontifici etiam in Dicecesibus,  
in quibus Episcopis reservetur com-  
mutatio, & dispensatio votorum.  
n. 512.

Facultas alicui concessa ad absol-  
vendum à reservatis subdelegari non  
potest, neque confessarius illa uti  
dum illius notitiam non habeat. num.  
513.

Si Episcopus confessario ordinario  
Monialium sibi subjectarum peten-  
ti licentiam neget, poterit pro illa vi-  
ce confessarius Monialem à reserva-  
tis absolvere; secus si licentia petatur  
pro secularibus n. 515.

An aliquando possit confessarius  
absque licentia, & privilegio absol-  
vere à reservatis Episcopo num. 516.  
An valide absolvatur à reservatis, qui  
bona fide illa confessus fuit, à confes-  
sario non habente facultatem illa ab-  
solvendi? n. 517. Vide *Praelatus*.

A reservatis Pontifici non exceptis  
in bulla una tantum conceditur ab-  
solutio, & non plures pro singulis re-  
servatis n. 311. Nec pro præsentis an-  
no virtute bullarum annorum præte-  
ritorum potest absolvi, qui a reserva-  
tis Pontifici virtute illarum annis  
præteritis non fuit absolutus. n. 313.

Possunt virtute Bullæ absolvi to-  
ties quoties casus DD. Inquisitoribus  
reservati, si Summo Pontifici refer-  
vati non sint. 346.

Pro absolutione a reservatis Ponti-  
fici tam intra, quam extra Bullam cœ-  
næ; tam publicis, quam occultis, Vide  
*Verbo Absolutio*.

Quid speciale indulgeat Bulla con-  
cedens facultatem absolvendi a refer-  
vatis Summo Pontifici in articulo  
mortis. num. 327. Vide *Mortis Arti-  
culus*.

**Sacerdos**  
Sacerdos habens Bullam ad ce-  
lebrandum in Oratorio privato, vel  
in Ecclesia tempore interdicti potest  
eligere ministrum laicum, qui nec sit  
familiaris &c. n. 228. Sacerdos appro-  
batus ad primam missam approbatus  
censetur ad administrandam Eucha-  
ristiam n. 235. Sacerdotis peccatum  
cui irregularitas est annexa, ad refer-  
vationem Episcopalem n. 476.

**Sacramenta**  
Sacramenta quæ prohibentur tem-  
pore interdicti n. 210. Quæ virtute  
Bullæ eodem tempore possint recipi  
tam in Ecclesijs, quam in Oratorijs à  
n. 224, & à n. 232.

**Sacrilegium**  
Sacrilegium quid sit? Quot species  
cōtineat? Res circa quas species sacri-  
legij versantur à n. 423. Quando, &  
quæ

## RERUM NOTABILIORUM

quæ species sint Episcopis reservatæ. ibidem.

### *Sagimen*

Sagimen, illius usus ob penuriam olei in aliquibus provincijs, & regnis, ex consuetudine, & non virtute Bullæ, est licitus in diebus, quibus esus carnis est prohibitus. *n. 595.*

### *Schismaticus*

Schismaticus ad Bullam fructuose accipiendam. *n. 34.*

### *Scriptura*

Scripturam falsam efficere, falsificare factam, illis uti, ad reservationem Episcopalem *n. 457.*

### *Sepelire*

Sepelire. Sepultura sacra defunctis est utilis. *n. 732.* Privilegium ad illam cum moderata pompa pro tempore Interdicti per Bullam concessum. *n. 239.* In quo consistat moderata pompa? Ad quid dictum privilegium profit clericis? Ibidem.

Sepelire excommunicatum in loco sacro quoad reservationem Episcopalem. *n. 469.* Vide *Defunctus. Excommunicatio.*

### *Servi*

Illos furari, aut fugitivos apud se retinere ad reservationem Episcopalem. *n. 486.* Vide *Venditio.*

### *Sigilli*

Revelatio a sacerdote facta quoad reservationem Episcopalem &c. *n. 458.*

### *Simoniacus*

Simoniacus quid, & quotuplex sit, &

quoad reservationem Episcopalem, &c. *n. 467.* Non intervenit in danda elemosyna pro Bulla. *num. 103.* Quoad compositionem. *n. 706.*

### *Simulator*

Simulator quoad compositionem. *n. 714.*

### *Societas Jesu*

In Societate Jesu Religiosi Episcopis ad audiendas confessiones per superiores immediatos presentantur. *n. 281.* Illius confessarij a censuris, ad quas absolvendas habent privilegiu, absolvere non possunt extra sacramentum *n. 380.* Nullo gaudent privilegio Pontificio, nisi dependenter à Generali. Ibidem.

In Societate non est recepta constitutio Julij III. in qua dicitur, confessiones esse irritas, si fiant à Regulari cum approbatione Episcopi, absque sui superioris presentatione. *n. 281.* Fine.

In Societate confessarij deputati religiosos ejusdem à reservatis Pontifici extra Bullam cœnæ non possunt absolvere, sicut exteros absolvere possunt. *n. 56, & 343.*

In eadem novitij reservatis subjacent. *n. 66.*

### *Solicitatio*

Solicitatio in confessione, vel occasione illius ad reservationem Episcopalem. *n. 461.* Explicatio particulæ occasione illius, & propositio ab Alexandro VII. damnata. Ibidem.

*Stationes. Vide Indulgentiæ Stationum.*

*Streptus Forensis*  
Streptus forensis in Ecclesijs, aut Cimiterijs exercitus est Sacrilegium, an reservatum? n. 426.

*Suffocantes prolem*  
Suffocantes prolem ad reservationem Episcopalem n. 420.

*Suffragia*  
Multa circa suffragia pro defunctis remissive. à n. 730. Vide *Missa, Indulgentia, Defunctus.*

*Suspensio*  
Suspensio; an semper sit censura? à n. 390. Omnes suspensiones, quæ sunt censuræ possunt virtute Bullæ absolvi; non ita suspensiones, quæ sunt meræ pœnæ. à n. 391.

Suspensiones Pontifici reservatæ virtute Bullæ solum possunt absolvi semel in vita, & semel in morte. à n. 308.

T

*Testis*  
Testis quoad compositionem per Bullam. n. 707. Vide *Juramentum.*

*Testimonium Falsum*  
Testimonium falsum in actis quoad reservationem Episcopalem. num. 466. Vide *Juramentum falsum in iudicio.*

*Thesaurus*  
Thesaurus Ecclesiæ quid sit? Et quis illius dispensator? n. 144.

*Tingitana urbs*  
Tingitana urbs ad publicationem Bullæ. n. 72.

*Tribunal*  
Tribunal Cruciatæ, de eo remissive. n. 623.

*Tutor*  
Tutor ad acceptionem Bullæ pro infantibus, & amentibus. n. 39.

V

*Venator*  
Venator per venationem damnum inferens ad compositionem per Bullam. n. 712.

*Venditio*  
Venditio, & emptio indorum liberorum ad reservationem Episcopalem. n. 483. Punitur excommunicatione ipso facto Pontifici reservata. Ibidem. Venditio servorum mutorum, aut furdorû, vel alijs infirmitibus occultis affectorum, eas malitiose emptores celando ad reservationem episcopalem. n. 485. Videntes triticum, aut alia rebus deterioribus mixta ad compositionem per Bullam n. 713.

*Veneficium*  
Veneficium quid sit? Illud mandantes, consulentes, & eo utentes &c. ad



R E R U M N O T A B I L I O R U M

ad reservationem Episcopalem. *num.*  
407.

*Vicarius Episcopi*  
do Vicarius Episcopi à reservatis  
Episcopo non potest absolvere absq;  
licentia, & hac concessa non intelligi-  
tur concessa ad absolvendum à refer-  
vatis Pontifici occultis, ad quæ tamē  
sufficiet delegatio generalis ipsi ab E-  
piscopo facta. 509.

*Votum*  
o Votum quid sit? Et quæ ad illius  
valorem requirantur? à n. 524. Votū  
emissum ex gravi metu à causa ex-  
trinsecè libera injuste incusso est inva-  
lidum, non tamen juramentum; si ve-  
ro emittatur ex gravi metu à causa  
intrinseca, sive irrationali illato est  
validum. Ibid.

Si quis dubitet an votum emisit,  
illo non tenetur. n. 525. Vovere rem  
Deo gratam sine animo vovendi est  
peccatum mortale. Ibid. Materia im-  
possibilis, & indifferens qua talis, &  
opposita consilijs Evangelicis est ine-  
pta ad votum. Ibid. Votum non  
peccandi sive mortaliter, sive veniali-  
ter est validum. Ibid. Vovere ali-  
quid mortale est mortale contra reli-  
gionem; vovere aliquid veniale,  
probabilius est esse veniale. Ibid.

Quotuplex sit votum? n. 526. O-  
cto modi, quibus cessare potest obli-  
gatio voti explicantur à n. 27.

In Bulla conceditur privilegium  
commutandi vota exceptis ultrama-

rino, castitatis, & religionis. n. 524.  
Non tamen conceditur ad dispensan-  
dum in illis. n. 537. Quæ in ea comu-  
tatione consideranda sunt? à n. 530.  
Varia commutationis exempla. Re-  
missive. n. 532.

An commutatio virtute Bullæ fie-  
ri possit in minus bonum, aut in æ-  
quale, vel necessario faciendā sit in  
maius bonum, sicut faciendā est ab i-  
pso vovente? à n. 533. Quæ causæ re-  
quirantur ad commutationem, sive  
per Bullam, sive ex alijs privilegijs? à  
n. 541.

Commutatio voti virtute Bullæ  
in totum faciendā est in subventio-  
nem temporalem. à n. 543.

An, & quando confessorius tenea-  
tur commutare votum virtute Bullæ,  
quando id à pœnitente petitur. à n.  
545.

Commutari possunt virtute Bullæ  
vota emissā post illius promulgatio-  
nem. n. 548. Et extra confessionem?  
*num.* 549. A confessorio tamen ap-  
probato si commutentur extra arti-  
culum mortis. n. 550. Ubi etiam de  
dispensatione, & commutatione faci-  
enda à Regularibus virtute suorum  
privilegiorum.

An confessorius virtute Bullæ pos-  
sit commutare juramenta Deo facta?  
An votum juramento confirmatum?  
à n. 551.

Pro commutatione in praxi facien-  
da duo exempla afferuntur. n. 554.

Quid faciendum de eleemosynis pro commutatione votorum taxatis, quas confessarij sub excommunicatione non possunt accipere. *num.* 555.

Quæ vota præter tria excepta non possint virtute Bullæ commutari? *n.* 557.

Potest commutari virtute Bullæ votum Deo factum in honorem ipsius Dei, vel alicujus Sancti, in utilitatem tamen alicujus tertij, non solum ante, sed etiam post acceptationem ipsius tertij. *n.* 558.

Qualia esse debeant vota castitatis, Religionis, & ultramarinum, ut virtute Bullæ non possint commutari, aut per jubilæum, vel Regularium privilegia. *n.* 561.

Ibid. debent esse absoluta, & non conditionalia, non pœnalia, simpliciter, & in totum de materia reservata, omnino spontanea, & non ex metu, etiam levi ab extrinseco per causam liberam incusso ad illa extorquenda. De materia non reservata, in quam Sûmus Pontifex commutavit votum reservatum. *n.* 565.

An nomine votorum, quæ in Bulla excipiuntur veniant juramenta Deo facta de iisdem materijs? *n.* 568.

An votum castitatis commutari possit quoties non sit votum immediatum castitatis, aut sit castitatis partialis. *n.* 569. Ubi etiam de voto virginitatis.

An votum ultramarinum commutari possit quando emissum sit non ob devotionem videndi loca sacra, aut in subsidium terræ sanctæ, sed ob alium finem honestum? *n.* 570. Ubi etiam de commutatione ejusdem voti quoad aliquas circumstantias peregrinationis.

Voti Religionis commutari possunt aliquæ circumstantiæ. Item votum perseverandi in religione prout contradistinguitur a voto illam ingrediendi. Item votum ingrediendi ordinem militare, qui solum voveat castitatem conjugalem. Item votum ingrediendi aliquam congregationem à Sede Apostolica pro vera religione non approbatam. *n.* 571.

An commutari possint vota excepta, quando vovens per illa solum vult obligari sub veniali? Aut Episcopus ex urgente necessitate potest illa dispensare? Aut ab habente potestatem dominativam possint irritari. *n.* 572.

Petenti commutationem voti ultimo die anni durationis Bullæ potest commutari hoc modo: *Ex nunc id votum tibi commuto in opus, quod ego, vel quidam doctus designabit.* Et ex tunc manebit pœnitens liber ab onere observandi votum. *n.* 99.

Vide *Commutatio, Dispensatio.* *Usura*


RERUM NOTABILIORUM


*Usura* 702. Et ibidem tres propositiones  
Usura quid sit? Et quoad ad damnatę ab Alexando VII. & ab In-  
compositionem per Bullam. *num.* nocentio XI.

F I N I S















1774  
1775